Q; stole quibus induimur: sunt opera iustitie que tamen sepe pollutũtur: velut sanguine mortuorum dum inter bona opera que agimus multa quibus polluantur: quottidie committimus mala. folio. 229.la.1
Q; Christus ꝺz q homo dicitur stella ẽm vero q deus sol dicitur:z ꝺz q stella matutina precedit aduentum solis: ita reuelatio z manifestatio humanitatis ipsius processit ostensionem maiestatis: quia est verus Homo z verus Deus Christus Iesus. fo.229.la.1
Q; beatus Joannes sciẽs:q animales homines scandalizarentur de verbis huius libri non intelligentes alta mysteria z pfundas intelligẽtias que in eo sunt: putarentq; opus pietatis addere vel minuere textui in aligbus locis: protestatur zc. fo.229.la.2
Q; auctor petit a domino veniam si aliter q̃ ipse voluit:z ei placuerit in aligbus locis presumpserit loqui: quia ipse scit q solum timor z amor eius coegit ipsuz presummere:ei gratias referẽs q de curris tot ac tantis pelagis eum ad portum perduxit. fo.229.la.2

Q; auctor obsecrat fideles dicens. Obsecro z vos fideles vt sicut ego p vestra salute laborem tanti oneris assumpsi cupiens dare vobis significationem vt fugiatis a facie arcus:ita z vos mihi manuz mie porrigatis:quatenus si in hoc aut alijs opusculis meis erraui sicut homo(liecat in consciẽtia nõ habeã:)illi q bonus est mihi indulgeat. f.230.la.1
Q; auctor ex mandato romane ecclesie:ac eius licentia:hoc opus scripsit cuius auctoritati se in oĩbus submittit. fo.230
Q; si aliqua dicta in hoc opere minus bene forte videñ habere:ac p hoc ab emulis trahi possent ad illicitũ intellectuz: querat diligenter defensor veri in alijs suis opusculis z inueniet sufficienter. folio. 230.la.1

¶Explicit Tabula octaue z vltime partis huius operis Abbatis Joachim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit epistola prologalis dñi Abbatis Joachiz florensis omniuz opusculoz suoz tã cõpilatoz q̃z cõpilandoz ab eo omniũq̃z iuditio ac examini romanę ecclesię p̃sentãdoz sub protestatione mãdãtis suis fratribus: casu quo accidat eũ e vita decedere anteq̃z huiusmodi opuscula ab ecclesia approbarentur.

Miuersis q bus litteris iste ostense fuerint: frater Joachiz dictus abbas de flore: eternam in dño salutem. Sicut ex literis dñi pape quondã clemẽtis (que apud nos sunt) percipi põt ex mandato dñi pape Lucij z dñi pape Urbani: visus suz aliqua scripsisse: z hucusq̃z z quod occurret ad gloriã dei z vtilitatem legentiũ scriptitare nõ desiit. Deniq̃z librũ cõcordie quinq̃ volumin ibus incisuz: expositionẽ [illegible] octo partium titulis inscripsit. Item librum decem cordaz [illegible] volumi nibus cõprehensuz: prout deus inspirauit z facultas affuit ingenij: ad consumationez perduxi: preter alia que in parus libellis: seu contra iudeos: seu contra catholice fidei aduersarios comprehendi: z si aliud duz suz in hoc corpore: posse datur ad edificationez fideliũ xpi: z maxime monachoz: dare operã nõ postpono: Quia vero pro angustia tempoz: non potui hucusq̃z opuscula ipsa preter librũ concordie apostolico arbitrio: presentare vt ab eo corrigerentur: siqua ibi q̃ non abnuo z si mihi conscius non sum occurrerint corrigẽda: z incertus est homini numerus dierum suoz. Si me contigerit priusquã egredi ex hac luce: q̃z ea posiz: sm q̃ accepi in mãdatis: sigdẽ ea cõditione suscepi dictanda vt meus







Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem labor eius vero in eis esset omnimodo magisteriuz sedi apostolice ꝓsentare: Rogo ex parte omnipotētis dei: eo abbates meos ⁊ ꝓres ⁊ ceteros fratres metuētes dñm: ⁊ ea qua posse videor auctoritate precipio: quatenus pñs scriptū aut exemplar habētes secum: ac si ꝓprio testamēto opuscula que hactenus cōfecisse videor: ⁊ si quid me de nouo vsqz ad diem obitus mei cōtigerit scripsitare (qz citius poterint collecta omnia relictis in salua custodia exemplaribus apostolico examini representent recipiētes ab eadem sede vice mea correptionez: ⁊ exponētes ei meaz circa ipsam: deuotionem ⁊ fidem: ⁊ qō ea semp tenere paratus sim: que ipsa statuit: vel statuerit: nullamqz meaz opinionē cōtra eius defendere sanctā fidem: credens ad integrū que ipsa credit ⁊ tam in moribus qz in doctrina eius suscipiens correptionem abijciens quos ipsa abijcit: suscipiens quos suscipit ipsa credēsqz firmiter nō posse portas inferi preualere aduersus eam: ēt si eam ad horaz turbari ⁊ procellis agitari cōtingat non deficere fidē ei⁹ vsqz ad ꝯsumationem seculi. ROBORATIO. Hoc scriptum feci ego abbas Joachim ⁊ ꝓpria manu roborauī. anno dominice incarnationis. M.C.⁊ sic me tenere cōfiteor sicut in eo continetur. SVBSCRIPTIO. Ego frater Joachim Abbas floris.

¶ Breue admonitoriū seu preceptoriū sūmi pōtificis vt qz citius perficiat expōnez Apocalipsis ⁊ se pontifici presentet.

CLemēs epūs seruus seruoꝝ dei. Dilecto filio Joachiz Abbati: de curatio: salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Canonis suadet ⁊ debitū euāgelice charitatis: vt in cūctis actibus nr̄is: ad id plurimū itēdamus qlīter ꝑm veritatis euangelice testimonium: opera nr̄a bona luceant coraz hominibus: vt ex eis profitendi materiā capiant ⁊ exemplum quū igitur iubente ⁊ exhortante bone memorie lucio papa predecessore nostro: expositionem Apocalipsis ⁊ opus concordie inchoasse: ⁊ postmodū auctoritate dñi pape Urbani successoris ipsius composuisse dicaris: caritatē tuā monemus ⁊ exhortamur in dño ꝑ apostolica scripta mandantes: quatenus laboribus tuis i hac parte peroptatum ⁊ debitum finem imponens (gratia dñi prosequēte) ad vtilitatem proximoꝝ opus illud cōplere ⁊ diligēte studeas emēdare veniensqz ad nos qz citius opportunitas aderit: discussioni apostolice sedis ⁊ iuditio. vt presentes: Si.n. vellis in abscōdito retinere: diligenti cura prospitias: qua possis sūmi patrisfamilias offensaz de talento scientie tibi credito: satisfactione placare. Datū late. sexto idus iunij. Pontificatus nostri anno ꝑmo.

¶ Incipit ꝓlogus dompni Joachiz Abbatis florēsis in expōnē libri Apocalipsis.

QUam propensioribus studijs a viris catholicis ⁊ orthodoxis certatū sit: vt nouiter exoritam ecclesiaz preceptis humilioribus instituerent: ⁊ iacentez adhuc ꝑ tempore (in cunabulis fidei lactis potu nutrirent: illoꝝ que per cursum tēporū: ad nos vsqz derivata sunt opera celestiuz doctrinis vberū secundata testantur: Talia nempe illos tunc tempo[illegible] oportebat docere talia (spiritu sancto suggerente) describere q̄lia lactenti hebreoꝝ (⁊ paruule: in expteqz a cibo solido) cōueniret: vt nō prius ad alta misteria ruitura ꝓscenderet qz plenius erudita in infimis disceret: humilibus cōsentire: Quū vero hāc adultā ⁊ aptā matrimonio cernerent maiora illi ostendere sacramēta cōperunt qbus exercitata diutina [illegible] ac perfecti cibi: experiret dulcedinez: ⁊ relicto preceptoꝝ xpi inchoatiōis sermone ad perfectionem ferretur: ostenderunt deniqz illi spiritualiū carissimata vnguentoꝝ: pretiosa diuersoꝝ scematum ⁊ imēse pulchritudinis indumenta in aures ⁊ armillas: ⁊ omne qō ꝑtinet ad ornatum. Nō est vltra quo indigeat tāta donoꝝ copia iā premissa: nec est qō'a nobis expectare debeat: taz meritis extremus qz tēpore nisi forte vt manifestius ꝓsolito ostendatur ei qđ diligit anima eius: sponsus vtiqz ille celestis: cui tāto opere ab infantia sua adherere qsuit.

Gen. 1. Ge. 24. Deniqz ⁊ Rebecca mater Jacob cui i typo sancte huius ecclesie ministerialia munuscula data sunt ⁊ vtiqz a seruo habrae: qui ecclesie doctores designat: nō legitur circa finē itineris quo reuersus est seruus ad Ysaac dñm suum vel ab ipso seruo qui eam duxerat: vel a quolibet alio: noua donaria percepisse sed tantuz faciem sponsi: quem auditu solo didicerat docēte se eodem duce suo cōtemplata fuisse: ⁊ induēda pallio decoris sui de tortuoso animali quod insederat descendisse: atqz in tabernaculū sarre exultante cōiuge introisse: Ge. 24. Cuius vtiqz serui recte nos quoqz vltima imitamur vestigia: si ea quam designauit Rebecca veritatē (que est in spū) demonstrare curemus: quatenus ⁊ ipsa diligēter istructa ꝓtēdat obliuisci que in terra sunt ⁊ apprehendere ⁊ tenere ꝓ quo ⁊ vsqz modo cucurrit: obliuisci in qz populum suum ⁊ domū patris sui: ⁊ qz rēs nuptiarum vrget: cooperire se iuxta vocez libri huius byssino splendenti ⁊ candido: vt aptatis accēsisqz lampadibus: ingredi cū sponso mereatur ad nuptias. Neqz.n. celorum rex illius poterit cōcupiscere speciē nisi ⁊ ipsa sponsi thalamum concupiscat: qz nec sunt legittime nuptie in qbus ꝑs altera non cōsentit. Unde ⁊ ab eodez dño in euāgelio dicit: qui amat patrez aut matrem plusqz me nō est me dignus: quod si ita est. imo qz ita est: nec ꝑdest sponse pulchritudinis decor: nisi populum ⁊ patriam (sponsi gratia) spernat: nimirum qz vel sponsum non amat: vel alius ab ea q non est sponsus diligitur: persuadēda est modis omnibus tanta deuitare infamia: ne thoro (qđ absit) regio cōprobetur indigna: Sed quibus eaz sermonibus persuadere quis poterit que relinquere presentia ꝓ futuris. deserere cognita ꝓ incognitis: parētes ⁊ vicinos quos nouit: ꝓ sponso ⁊ patria quoꝝ gloriam nescit: sicut inexpertū habet ita impossibile putet presertim cū non extimet tēs nuptiarū instare? Nō paruus laboꝝ iste est: q nobis hijs diebus incūbit: Ez ad hec qs ydoneus? forte ⁊.n. qui posset spernit: qui cuperet nescit cui cultus sermonis ineſt sciētia deest: cui scire concedit dicere oportune negatur. Sic ergo nullus idoneus. Sed nū omnes pariter excusāt? Habet qui nescit si tū non parnipēdit: vel negligit: aut plenam aut qualēcūqz excusationis fiduciaz nullā aut quasi nullā cui datuz est cognoscere: vel ex parte: Sed num qz istud dico: alterū mihi e duobus attribuo vt scientie mihi: titulū arrogare ꝓsummaz: aut dinime: sed qui me prorsus in altero insufficientē profiteor: in altero iuditium pertimesco: qz ⁊ si me scientē nō nisi insipiēter crediderim: ignorare me tū qp loqui tenear nō nisi mendaciter excusabo: Loquar ergo prout potero: sin minus nutibus indicabo: Defecisse mundi gaudia imine/re ꝓsūras: celoꝝ regnū adesse in ianuis: ⁊ si sermone rustico ⁊ ipolito certis tū ⁊ necessarijs ꝓbare me posse arbitror documentis: si tū ille affuerit: qui presumētes de se ipsis irridet ⁊ linguas infantiū: cuz sibi placet facit disertas. Non igit de meo (qō nō habeo) sed de xpi benignitate cōfidens. Apocalipsim quā beatus Joānes in pathmos ysula religatus descripsit nō mee presumptionis audatia: sed romani auctoritate pontificis exponendā assum ꝑsi: ex cuius vt ego extimo serie probari plane poterit: qō ꝑdixi ⁊ si qua sunt alia laude digna: que possint ad contēptuz seculi spōsam ⁊ regni filios aiare ⁊ vocē illā dñi sibi esse factā qui dicit: Respicite ⁊ leuate capita vestra ecce appropinquat redemptio vestra: Ut aūt ad alta nimis cō templanda misteria: facilius annuēte deo sublimari possimus (manentib⁹ nobis adhuc in plano) omnem libri materiam: in summaz colligere opus est quo.n. inusitata sunt que aggredimur eo in reserandā libri ianua latiori ⁊ multiplici idigemus sermone: Unde est q ꝑter solitū ⁊ vsum maiorum nō tā ꝓfationes qz libellū: vtilitati potius lectoris cōsulentes qz vsui: non ignorātes qnte difficultatis sit ꝓsidere sacramentoꝝ excellentiam ꝑm plenitudinē scripturaꝝ dilatare sinū angustie mentis ad cōtēplanda velut in ictu oculi

Mat. 20.

Judith 6. Sapie. 10.

Rut. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam multa ⁊ tã archana mysteria que velut in quadã libri summa: in libro Apocalipsis collecta sunt: quatenus qui domum illam spiritalem in qua multis obsecrata firmaculis scripturaꝝ intelligentia clausa est intrare satagimus nõ sine clauibus mysterioꝝ accedamus ad eaz: nequando (quõ absit) accidat illud quod quibusdam per
Esa.29 prophetam dicitur. Erit vobis visio omniũ sicut verba libri signati quem cum de
Da.12. derint scienti literã: dicent. lege. Et respõdebit. Non possum signatus est. n. Nõ. n. vsqz in finẽ mundi clausos esse signatosqz sermões pdicit angelus Danieli: sed vsqz ad tempus prefinituz: vsqz ad tempus an
Apo.3. geli philadelphie: hoc illius ordinis qui significatur in xpo cui ⁊ dicitur. Hec dicit sanctus verus qui habet clauẽ dauid qui aperit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo aperit. Scio opera tua: ecce dedi coram te ostiũ apertum quod nemo põt claudere: q; modicam habes virtutez: Quod si hi qui iuxta saluatoris vocem nouunt iudicare faciem celi ⁊ terre signa tẽporũ: aut non cognoscũt aut non' credunt agnoscentibus ea: non est meum iudicare de eis: Est acutus dei sermo: ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti qui iudicat eos: cuius vox apHeb.4 ta ⁊ terribilis nimis. In eodem Danielis
Da.12. volumine subsecuta est dicẽs: Eligentur ⁊ dealbabuntur: ⁊ quasi ignis probabuntur multi: ⁊ impie agent impij: nec intelligent omnes impij: porro docti intelligẽt.
Da.12 Hinc ⁊ per se ipsam veritas dicit: Confiteor tibi pater domine celi ⁊ terre: q; abscõdisti hec a sapiẽtibus ⁊ prudentibus ⁊
2.cor.4. reuelasti ea paruulis. Hinc ⁊ per apostolũ dicit. Et si opertũ est euangelium nostruz in his qui pereunt apertum est in quibus deus huius seculi excecauit mẽtes infidelium: vt nõ fulgeat illuminatio euangelij glorie christi qui est imago dei. Et ne quis eum de vanitate argueret quia se quidem intelligere verba dei: nõnullos ignorare dicebat mox euidens signum dedit humili
2.cor.4. tatis sue: cuz primus adiecit ⁊ ait. Non. n. nos metipsos predicamus sed iesum xpm dõm nostrũ: Tale est enim ac si apertius di

ceret: Si voluero gloriari nõ ero insipiẽs veritatem. n. dicã. Qui enim loquitur veritatem ipse est qui predicat xpm: qui loquitur veritatẽ humilis est: q; intelligit se nõ habere de proprio. Et ideo nõ loqtur vt videatur ab hoibus: ⁊ glorietur de scientia sua. Sed q; veritas ⁊ charitas vrget: iuxta id quod alibi ipse dicit. Si euangelizauero: nõ est mihi gloria: necessitas enim mihi incũbit. Ue. n. mihi est: si non euangelizauero. Non ergo discipuli veritatis seipsos predicant: sed xpm iesum: q; nõ q; Phil.2 rũt que sua sunt: sed que iesu xpi. Qui ãt querunt que sua sunt, inuenire nequeunt veritatẽ: teste ipsa veritate: que icredulis iudeis inter cetera dicit. Quõ potestis credere qui gloriam ab invicem accipitis: ⁊ Joi.5 gloriam que a solo deo est: nõ queritis? Liquet ergo q; nõ põt credere q; querit gloriam suam: ⁊ qui nõ põt credere: intellige re nequit: q; tenebre incredulitatis obcecãt oculos mẽtis eius ⁊ palpare in circuitu non finitur ostium inuenire. Eis autẽ qui spernunt gloriam suam: datur a dño vt possint credere dat vt credẽtes intelligere queãt: p quos quod donauerit: deus in libello isto introductorio q; veluti pambulus, é in expõne totius libri itimare curabimus vt tãto p icognitas vias 'maris huius securius nauigare possimus: q;to manẽtes adhuc in portu' sedemus 'cõputãtes sumptus q; necessarij sunt. Quo circa lectorẽ moneo libri huius vbera sitiẽtẽ: vt sic ex eo plenũ se capere itellectũ cõfidat: si in eo itẽtus ⁊ iteger sine vocis strepitu mediteẽ ⁊ subscripte itroductiõis sũmulã lectitare nõ pigeat: in q; toti' libri cõtinẽt materia. Explicit prologus.

¶ Incipit ꝓphatio' siue liber introductorius in expõnem Apocalipsis. Cap. 1.

Vniuersa hystoriarũ nemora q; vetus testm obũbrant in qnq; portionibus diuidunt: quaz vna generalis est: q;tuor spãles. Una ẽ. n. rota quatuor hñs facies: vna est generalis hystoria: quatuor spãles: Generalis hystoria illa est: q; a mũdi inchoata pncipio: vsqz ad libũ Esdre: recto cursu dirigit: ⁊ Dista libroꝝ vet. test.

hoc quidem patriarcharũ primo: secundo iudicum: tertio regum: cronicas exhibet: habens quidem vnaz narrationis seriem: sed scriptores diuersos: eo q; morte diu ꝑ hiberent manere: Quattuor vero hystoriaruz spãlium: prima est que intitulatur iob: secũda tobie: tertia iudith: quarta hester. Illa ergo rota iste facies. Et q;dẽ haz due minus apud hebreos iudicantur canonice vt ait hiero. iudicanꝫ sed nõ apud ecclesiaz cui spũs testimoniũ reddit. Duo quattuor aũt hystoriis: quattuor euãgelia data sunt: nõ sine ostensione cõcordie: ⁊ spiritalis mu nimine intellectus. Illud vero inter cetera distincta est rõne pẽsandi: q; ꝑmus euãgelista: ⁊ vltimus: ille Matheus. s. ⁊ Joannes apostoli sunt iesu xpi ⁊ visa magis referũt q; audita. Duo vo medij: ille Marcus ⁊ Lucas: non apostoli sunt: sed apostoloꝝ discipuli: ⁊ audita potius q; visa describunt. Sicut ergo apud nos si hũano liberaret iudicio: maioris auctoritatis esse quis diceret: q; apostoli visa q; quõ apostoloꝝ discipuli: nõ tã visa q; audita scripserũt: ita hystoriaꝝ quattuor: prime vltime iob. s. ⁊ hester maioꝝ iudeoꝝ ꝓbiteri auctoritatẽ derunt: q; duabus medijs. Tobie: vz ⁊ iudith. Sed hec nequaq; dixit archani speculator eloquij ⁊ qui in eis spiritalẽ ac misticũ esse pcipit intellectũ. Nunq;. n. historias ipas tã clara illustrarẽt misteria: si eas digitus dei sicut ⁊ ceteras: non scripsisset. Sicut autẽ pro illis quattuor quasi in medio rotarum rote: quattuor euangelia data sunt: ita gñali historia datus est liber Apocalipsis: Utriq; ⁊ ipse quasi rota infra rotaz: dico illam que primo apparuit super terram: vt ꝑphetia ex integro cõpleret que dicit. Et similitudo rotaꝝ ⁊ opera: quasi si sit rota in medio rote. Est ergo rota prima ⁊ maior ceteris: generalis illa historia: seu magis hystoriarũ librorũq; congeries: que ab Adam vsqz ad Esdrã per successionem protensa est: postq; ⁊ scriptores sacre pagine sabbatizasse noscunt. Sane rote huius exterioris: liber iste Apocalipsis rota interior factus est tendensq; vsqz ad finez seculi: ⁊ pertransiens sine reuelans misteriorum abdita que in illa prima rota latebãt: Quo circa nõ imerito Apocalipsis dictus est: eo q; occulta detegat ⁊ reuelet archana. Est enim clauis veterũ: notitia futuroꝝ: signatorum apertio: detectio secretoꝝ: Magna est ⁊ singularis huius prerogatiua voluminis: quia magnus est dei spiritus qui in eo aperte loquit: voces suas: per hoc. n. q; librum istũ septenarius totuz possidet numerus: q; familiaris sit ei qui donoꝝ septem largitor est: innotescit: Nec miruz si a celi camerario scribit: cui recũbenti supra pectus dñi archana speculari misteria ⁊ detorrente spũs sancti abũdantius bibere datum est: vt in se spãlius cõpletũ esse probaret qđ ipse generali promissione ex ore veritatis processisse testatus est dicẽs: qui sitit veniat ⁊ bibat ⁊ flumina de vẽtre eius fluẽt Joi.7. aque viue. Si. n. amorem xpi spũm scũm a patre ⁊ eodẽ filio procedentẽ taz pie q; catholice esse tenemus: quid aliud intelligẽdum dicimus q; se xpi dilectum ioannes ipse cõmemorat: nisi vt gratiaꝝ fluẽta abũdantius se de pectore xpi exhausisse testeꝫ quod ergo ipse bibit hoc tãdẽ propinauit electis: aquã. s. viuã quaz ipse potauerat de fonte vite. Sũt. n. aque viue spiritales scripture: nõ attramẽto ⁊ calamo in papiro depicte: sed in libro humani cordis virtute sancti spũs exarate. Tales sane aque inspirate diuinitus: ꝑducte ex cordis puteo infatigabiliter fluũt: ex quibus greges dñici ammoto prius lapide ad aquanꝫ. Ille non terraꝝ iugera: sed arridaꝝ sepe mentiũ prata rigant ⁊ sitientiũ corda hoium fructuũ vbertate secundant: Et hoc quidẽ generale est oium: At de libri huius progatiua quid dixerim in quo celestis fluminis impetus letificat ciuitatem dei septem meatuum plenitudine seruens ad irrigan- pſ.45. dam omnem terram: abundantius nobis his diebus ex Joannis ventre profluxit? Beatus (ait) qui legit ⁊ qui audit verba prophetie huius ⁊ seruat ea que in ea scripta sunt: Nõ. n. hec prophetia qualiscũq; est: sed omnium aliarum (si sine sapimus) prophetia: vt pote que omnes: aut pene omnes comprehẽdit in vnum: ⁊ q; eo ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius est: cõprehẽdit ⁊ aperit. Alie nãq; prophetie aut pauca aut obscura protulerũt spãltum populoz bella in typo futurozuz tangẽtes. Hec generaliter occulta reserat: patefacit archana: soluit sigillozũ vincula tenebrosa illustrat. Hoc autem istud: sed alterũ mirabilius: ita ecclesiastica prelia: summatim ⁊ seriatim prosequitur: ita p curricula tẽpozũ ordines ⁊ bella distinguit: vt tñ a veteribus non discordet: ostẽdens opozteret cõpleri in ecclesia xp̃i que cũq; in hebreoz populo: in figura precesserant. Hec cõfuso id ordine factum esse: vt prima vltima: vltima prima scribant: ac per hoc lectoz ipsius difficultate sibi facta diffidat: sed vt futura erant per tẽpora succedentia sibi scripta esse non dubitet: ita tñ vt presingulas prout infra ostendemus: distinguat ⁊ in singulis partibus recapitulatio fiat. Quia tñ hoc ipsum q̃ clarum est nescienti libri materiã: minus claret: nõ parua prephatione lectorẽ indigere perpẽdo. Quinimo (vt iam dixi) nõ tã pphatione q̃z libro: per quẽ reserata ianua pateãt oia que in domo sunt: vt pus: vz: quo pergat videat q̃z vt posteavideat p cognita pgat.

¶ De aptione litere ⁊ libri. Cap. 2.

Omnes itaq; libri hystorici quorũ in typo rotaz: gnq; supr̃ fecimus mẽtionẽ: in quibus ab exoz dio tẽpozũ: vsq; ad Joãnem baptistã gesta mystica scripta sunt sub generali quodã libro collecaa erãt septẽ signaculis inuolutoz: in cuius solutionis palma nemo (vt testatur in hoc libro Joãnes) dignus iuẽtus est nisi ille qui mortis regnũ moriendo exsuperãs leonis fortitudinez resurgendo calcauit. Ecce (ingt) vicit leo de tribu iuda. apire librũ ⁊ soluere septem signacula eius. Libri ergo huius tam magnãtã archana mysteria soli moriẽti ⁊ resurgẽti dño apire donatũ ẽ: q: vz: ⁊ moriẽte xp̃o: litere vis que occidebat interijt: ⁊ 2.cor.3. spũalis intellectus q̃ viuificat: vixit. Erat eni veluti tumulus signatus vn̄ diq; liber iste: in quo vita iacebat mortua ne ipẽdẽt mortuis lumen vite. Cui aũt vita xp̃s resurrexit a mortuis: vt alis intellectus qui latebat: prodijt: ⁊ quasi cuiusdã floris speties de scriptur̃e monumẽto processit. Disputat circa ista in epistola ad romãos apostolus ⁊ inter multa que de lege ⁊ gratia disserẽdo cõscripsit: cur in aptiõe libri seu leonis victoria seu vite resurrectio cõmendet verbis. Hec eadẽ ꝓtinẽtibus: apit dicẽs. Cõsepulti sumus xp̃o p baptismuz in morte: vt quõ surrexit xp̃s a mortuis per gloriã p̃tis: ita ⁊ nos in novitate vite ambulemus. Et q̃ litere vetustas ad mortẽ: spũs novitas pertinebat ad vitaz q̃busdã interpositis subsecutus est dicens. Nunc aũt soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus i novitate spiritus: ⁊ nõ in vetustate litere. Et post aliqua. Quod.n. impossibile erat legi in qua infirmabamur p carnẽ: deus filiũ suũ mittens in similitudinẽ carnis peti: de peccato dãnauit petũm in carne vt iustificatio legis impleret in nobis: qui nõ scõm carnẽ ambulamus: sed scõm spũm. Quis est enim qui p virtute spũs resurrexit a mortuis nisi is qui pro carnis infirmitate agnoscẽtes occiso similis esse phibetur? Si.n. mactate ouis debilitas infirmitatẽ preno/tat carnis: qd insuperabilis fortitudo leonis nisi triumphatoris spũs maiestatẽ designat? Inde est q̃ Sanson ille fortis q̃z diu sibi spiritus fortitudinis affuit fortitudinem superauit leonis: cuz vero amore carnis in culpam prolapsus est: ne vt secũdo ⁊ tertio inimicis resisteret: virtute spũs priuatus est. Quia igitur in morte xp̃i: innerata carnis infirmitas: infirmata vt ita dicaz interijt: ⁊ antique vetustas litere cõsumationem accepit: in resurrectione vero nouitas spũs ⁊ fidei fortitudo surrexit. Recte libri aptio in leonis victoria: recte in vita xp̃i sigillozũ solutio ꝺ̃dicaf. Cũc.n. aperuit discipulis sensum vt intelligerent scripturas. Aperit ergo librũ xp̃s qui magister est omnium: aperit qui ligauit ⁊ signacula soluit. Sic enim vt iam prædiximus in angelo philadelphie: de eo inter cetera scriptum est. Hec dicit sctus ac verus qui habet clauem dauid qui aperit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo aperit. Erat

Ro.6.

Ro.6.

Ro.8.

Lu.24

enim vt iam diximus testamentuz vetus ab habraaz patriarcha: vsq; ad xp̃m septẽ signaculis inuolutũ: q̃ septem spũalia prelia: tẽpozibus ⁊ figuris distincta sub eodẽ testamento scripta sub eodem consumata legũtur: in quibus ecclesiastica bella ⁊ spiritalia sctoꝝ plia laboresq; signantur.

¶ De septẽ sigillis ⁊ aptiõb̃ eoz. Ca. 3.

Sed frustra signaculozũ septẽ solutionem querimus: nisi prius signacula ipsa que librum signauerant denotamus. Et quidem sigillis septẽ liber ipse signatus erat: sed aliquid interest: quod notari oporteat. Quinq; sane illozum vnifozmia sunt. Sextũ ⁊ septimũ dissimilia: Sũt enim simplicia quinq;: sextum duplex: septimũ sabbatizat. Ergo in sex signaculis labor est aliqs designatus. Sex itaq; sigilla: sex sunt generalia bella a tpe Moysi: vsq; ad obitũ Esdre: quẽ quidã esse autumãt Malachiã ꝓphetã in sex tẽpozibus cõsumata: ⁊ in sacris codicibus a prophetis cõscripta. Hoz bellozum primuz fuit egyptioz. Secundum cananeoz. Tertiũ syriozum. Quartuz assyrioz. Quintũ chaldeoz. Sextũ quod duplex fore diximus: item assyrioz ⁊ macedonũ. Sexta ⁊ eniz cõcertatio ꝓtinet in hystoria Judith. Septima ꝓtinet in hystoria Hester. Fuit aũt Holofernes assyri⁹. Aman qui ⁊ agagita natione macedo. Quidam tñ onble tradiderũt: prius fuisse cõditã hystoriaz Esdre q̃z hystoriã Hester. Quod q̃ opinio ẽ nõ assertio ꝓpter duos artaxerses: quoz alt⁹ post altũ regnasse credit: nescio vtrum sit cedendũ opinioni eoz: vt vz: tẽpore posteriozis artaxersis fuisse credaf: ⁊ non potius sub tpe primi sub quo ⁊ Esdra: cum apte dicat scriptura fuisse mardocheũ ex numero captiuoz quos trãstulerat nabuchodonosoz rex babylõis cũ Jechonia rege iuda: ⁊ ꝑm computationẽ annoz qui a trãsmigratione babylonis: vsq; ad vltimũ artaxersem regnasse ferunt plusq; ducenti anni fore tradanf satisq; videatur absurdum vt hõ ducẽtoz annoz extimaretur aptus ad ministrãdum in palatio regis: ⁊ haberet neptem puellam filiaz fratris sui.

Exo.14. Josue 3. Re. 20.22. 4. Re. 10.15. Judith Hester.

Etiã si septuagenarius esset mardocheus qũ natus est frater eius: ⁊ septuagenarius frater eius qũ nata esset Hester: quo esset Hester puella qũ assumpta est in matrimonium regis: q̃z ad minus sexagenariaz esse cõstaret. Verum hoc propter Esdraz hystoriographũ quẽ inter scriptores veterũ hystoriarum: vltimum fore dixi. Hystoriarum autem dico non quarũcunq; : sed auctenticarum. Quia libri machabeorum extra canonem sunt. Si aũt subscribenda est hystoria ista: ⁊ ita magis placet lectori. In nullo propter hoc offenditur series tẽpozum ⁊ ordo bellozum: q̃z ⁊ si contemporanei fuerint Esdra ⁊ Mardocheus: potuit tamen prius incipere hystoria Esdre quod oino verum est: vtpote que icipiẽs a Cyro vsq; ad finem dieruz suozum que acciderũt p tpa cõpilault. Quocirca dandũ est nobis aliqd circa legẽ lr̃e q̃ occidit vt nõ extiguaf in nobis spũs q̃ viuificat: ⁊ siue in obitu Esdre quẽ qdã (vt iã dixi) tradũt fuisse malachiã: siue in obitu nehemie q̃ adiũctus est ei: siue in zorobabel qui edificauit tẽplũ dño: siue in Hester statuimus finẽ pie ⁊ simplr̃ accipiaf: q̃z ⁊ si eos ꝓpozaneos fuisse nõ dubitam⁹: qs tñ eorũ pus obierit ⁊ qs posterius ignoramus. Q̃z tñ qd̃ dictũ est de malachia q̃ ꝓphetarũt de Joanne baptista: q̃ ipse sit Esdra: opiniũcula ẽ nõ assertioa. Statuam⁹ si placet in eo finẽ sexti signaculi q̃ vltim⁹ fuit duodeciz ꝓphaz: ⁊ post aggeũ ⁊ zachariã q̃ darij Perse ꝓphetauerũt: hz ẽ i senectute zorobabel ꝓphetasse dignoscit. Cetez qd̃ spectat ad signaculũ sextũ sub vno (vt iaz dixi) tpe sexto: due tribulatiões vltie pene simul pacte fuit: vna sub nabuchodonosoz rege assyrioz: altera sub artaxerse qui regnauit sup cẽtũ viginti septẽ pulcias. Ut eni filij israel ascẽdẽtes de egypto: dãna qd̃ eis celitus mittebat: singuli gomor p psonas singulas singulis q̃q; diez cuiusc̃uq; hebdomadis legere iussi fuit: sexto vo die i duplũ: hoc ẽ simul duo gomor: vnũ vz: p sexta feria: alterz p die sabbati i quo nõ licebat opari: ita in sexto tpe duplicatũ est bellum: ⁊ quasi duplex alimoniũm

Hest. 8

Exo. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

repositũ est in libro vnum qdem prototpe
sexto:alterum p septimo in quo antiquo
illo populo ociũ sabbati datum est: Alaz t
nox diei sexti in quo passus est xps:si sane
sapimus:duplex fuit:qz bis in eo facta est
nox:primo.s.pro cursu tpis:secũdo preter
legez nature. Sic t ex loco illo vbi agitur
de regno bestie que pcussura ẽ babylone
vsqz ad eũ locũ vbi cãtat a sctis Alleluia:
pro nocte illa in qua traditur xps accipiẽ
dũ est. Ex eo aũt vbi dr. Vidi cęlũ aptuz:
Apo.13 17.19. t paulopost. Vidi bestiam t reges terre t
exercitus eoz cõgregatos ad faciendum
preliũ cuz illo qui sedebat in equo t cum
ibi.20. exercitu eius:vsqz ad eũ locuz vbi agitur
de incarceratione sathane: p illis tenebris
accipiẽdũ est que facte sunt ab hora sexta
vsqz ad horã nonam. In quibus horis cru
cifixus est xps qui t fortassis meditãte ho
ra nona:tradidit spũm:vt tribus horis t
Dañ.7 dimidia suspensus in patibulo fuisse cre/
datur:t intelligatur illud quod de comu
vndecimo in Daniele scriptũ est: Muta/
bit qz possit mutare tępora t leges t tra/
dentur in manu eius in tępus t tpa t di/
midiũ tpis:ex qua re t illud intelligi pos/
se datur quod dr. Vidi vnuz de capitibus
bestie occisum quasi ad mortẽ t plaga gla
Judi.3 dij eius curata est. Aut si due ille pressure
que geminate sũt sub signaculo sexto:hoc
est sub holoserne principe exercitus regis
assyrioz t aman agagita:cõem vnius tẽ/
poris pcellã insinuãt p eo.s.qz liber Apo
calipsis bestiã ascendẽtẽ de mari:t bestiã
ascẽdẽtẽ ỏ terra i vnũ puenire demõstrat
fieri põt vt presens tribulatio designata se
cundũ partẽ in bestia ascendẽte de mari:
prevalente potẽtia xpi pene ad defectum
deueniat:t rursuz p draconis astutiã. semi
uiua vel redniua cõsurgat eo qz pseudo p
phetaz turba assotiata pualeat:ita vt alia/
ta per illã:deteriora faciat qz fecisse antea
videbatur. Unde t in alio loco scriptum
Ap.16. est. Vidi de ore draconis t de ore bestie t
de ore pseudo pphete exire spũs tres imũ
dos in modũ ranarũ. Sũt.n.spũs demo/
niozfacientes signa:t procedũt ad reges
totius terre cõgregare illos in preliuz ad
die magnũ dei oipotẽtis. Uerum hoc ad
extremũ:qui caput tã pene mortuum viui
ficari incipiet. Satis.n.clare ostẽduntur
ista duo ingẽtia prelia in sexta parte libri
huius scdm qz prediximus affutura. Pri
mũ denotatũ est circa exordiũ sexte partis
in loco vbi de regibus t de bestia dicitur.
Bestia quã vidisti fuit t nõ est:t ascensu
ra est de abysso t in interitũ ibi. Secũdũ
de quo in sequẽtibus:dr. Uidisti bestiam
t reges terre t exercitus eoz cõgregatos
ad faciẽdum preliũ cum illo qui descende
bat in equo. Oportet.n.deficere bestiam
istã que actenus impertinacia sua superbe
agere visa est. Sed nõ ppterea cõfidendũ
est de pace illa:qz redniua ipsius bestie tẽ
ptatio denigrabit eã addita nihilominus
t illa que fiet per aliam bestiam ascenden
tem de terra.

I.col.9.

¶ De duabus psecutionibꝫ tpis. Ca.4.

VT enim vna fuit tribus Joseph:
gemina tũ in Manasse t Effraiz
ita sextum tẽpus geminum esse
cõstat:adeo vt in duobus videat
diuisum t inter primuz t sequens tẽpus
pax nõ satis vera distiguat:sz melius ostẽ
demus hoc:qz dicimuz esse.vz geminum
tẽpus sexti:si exordia ieiuniozque apud
grecos solemnia sunt ministerialia:t ipsa
quoqz fore pensamus:qz magnos t ipsos
habuisse viros a quibus hec acceperunt:
nulli ambiguũ esse põt:t si tpa ieiuniozuz
preiudicẽt vetustioribus t eis gratia pse/
rant. Si ergo ab eadẽ hebdomada nume
rare incipimus:presertim cum t nos ipsi
ex eadẽ ieiunare t abstinere a carnibus in
cipiamus:t si nõ ita solemniter qũo in se
quẽti hebdomada:profecto hebdomada
illa que de passione intitulaẽ respectu il/
lius hebdomade:sexta est:ea vero que p/
cedit pascha t alto gñe sexta eẽ istiusmo/
di respectu:iam nõ erit sexta:sed septima:
velvt melius dicamus nõ septima:sed itẽ
sexta propter duas ecclesias grecorũ:vz:t
latinozum.quarũ prima primo percutien/
da erat:secũda secundo: Inter vtramqz
vero hebdomadã solemnitas palmarũ di
stinguit:nimirum qz tribulatio sexta:ma/

gna saluandoz solemnitate interpolanda
est:secundũ qz in sexta parte libri manife/
ste ostendit:in eo:vz:qz exultantiũ voces
t Alleluia cantantiũ:persecutio sepe scri/
pte bestie:t preit t secutura est. Erit autẽ
gaudium ipm propter pueros hebreozũ:
qui cõuertent ad dnm laudantes t dicen
tes. Benedictus qui venit i noie dñi. Et
propter alia bona que facturus est dñs:nõ
filijs huius seculi qui destruentur:sed oi/
bus qui recti sunt corde: Ostenditur hoc
quoqz in sexto angelo tuba canente vbi
postqz agi incipit de tribulatione sexti tẽ/
poris: interponunt aliqua de apertioni/
bus libri:t rursum addunt alia in consu/
matione laboris:in qua:vz: cõsumatione
recte mẽtio fit de mensibus quadraginta
duobus:hoc est de annis tribus t dimi/
dio:vt ostẽdatur ea esse tribulatio:quam
Da.12. facturus est rex ille vndecimus de quo di
citur in Daniele. Putabit qz possit muta
re tempora t leges: t tradent in manus
eius in tẽpus t tẽpora t dimidium tẽpo/
ris. Erit aũt istud in consumatione sexte
tpis:in quo sancti dei occidendi sunt agẽ
tibus. sicut t dñs Iesus tradẽtibus iudeis:
t ante ipz Joannes bapt ista:aut certe sicut
petrus t paulus qui altercante cũ eis Sy
mone mago in cõspectu Neronis ab eius
apparitoribus occisi sunt. Et hoc quidez
propter duo gomoz t duas persecutiones
sexti tpis:in quibus opz dei populum de
aiarum hostibus triũphare. Porro perse
cutionis vltime que facta est sub Anthio
cho:pausqz dei filius veniret in mundũ:
alia est causa mysterij. Non.n.est in cano/
ne librozum:t ideo separaẽ a lege ista. Que
tamẽ qz iam ostẽsa fuerat Danieli pphe/
te in spẽ hyrci captarũ nõ vacat a myste/
rio:quod de ea scriptuz est:de qua q deus
cõcesserit:suo loco dicemus. Nunc in pro
ptu est dicere de duoz cõcordia testamẽ/
torũ:seu ẽt de cõcordia trium operuz que
in tribus statibus mũdi:alia post alia cla/
rere ceperunt:vt dum similia queqz sim
libus sitis respõdere perpendimus:eo ma
gis intẽtionẽ auctoris idagare possimus:
quo magis cõuenire noua veteribus:t ve
luci ex eisdem subsistentia consonare senti
mus. Quia vero de tribus statibus seculi
mẽtio facta est. oportet eosdẽ status breui/
ter designare:vt qui sunt ipsi status:t ad
quid sane memorie cõmendemus: exa/
eturi illud in locis suis:cũ aliquid de eis
eloquendum occurrerit.

¶ De tribus statibus mũdi. Cap.5.

PRimus trium statuuz de quibus
nobis sermo fuit sub tẽpore legis
qñ populus dñi adhuc pro tẽpore
paruulus seruiens erat sub elemẽ
tis huius mundi non valens adipisci li/
bertatem spũs:quousqz veniret ille q ait.
Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Joã.8.
Secũdus status fuit sub euangelio t ma/
net vsqz nunc in libertate quidẽ respectu
preteriti:sed nõ in libertate respectu futu
ri. Dicit enim apostolus: Nunc ex parte
cognoscimus t ex parte pphetamus:cuz
aũt venerit quod pfectũ est euacuabitur
quod ex pte est. Et alio loco. Dñs aũt spi
ritus est:t vbi spus dñi:ibi libertas. Ter/ 1.col.13
tius ergo status erit circa finẽ seculi: iam 2.col.3.
nõ sub velamine litere:sed in plena spus
libertate:qñ euacuato t ỏstructo pseudo:
euãgelio fi'ij pditionis:t pphetarũ eius:
hi qui ad institiã erudient multos:erunt
sicut splendor firmamẽti:t quasi stelle in
perpetuas eternitates. Et primus quidẽ Da.12
status qui claruit sub lege t circuncisione
initiatus est ab adam. Secundus qui cla
ruit sub euangelio initiatus est ab Ozia.
Tertius ąztum datur intelligi ex nume/
ro generationum:a tpe sancti Benedicti
cuius precellens claritas expectanda est
circa finem:ex eo:vz:tempore quo reue/
labitur Helyas t incredulus iudeorum
populus conuertetur ad dominuz:ita vt
in eo spiritus sanctus videatur voce sua
in scriptura clamare. Pater t filius vsqz
modo operati sunt:t ego operor. Ut enim
litera testamenti prioris proprietate qua/
dam simlitudinis videtur pertinere ad
patrem. Litera testamenti noui pertine/
re ad filium. Ita spiritalis intelligentia q
procedit ex vtraqz ad spiritum sanctum:
Et rursum sicut ordo coniugatorum:qui

primo tempore claruit: proprietate similitudinis videtur pertinere ad patrem. Ordo predicatorum qui secundo ad filium: ita ordo monachorum cui extrema magna tempora data sunt: ad spiritum sanctum. Et secundum hoc primus quidem status ascribitur patri. Secundus filio. Tertius spiritui sancto: licet alio modo vnus dicendus sit status mundi: & vnus populus electorum: & omnia simul sint patris & filij & spiritus sancti. Nec illi auctoritati patrum putetur esse contrarium qua dictum est. Tempus ante legem. tempus sub lege. & tempus sub gratia: qr & illud in suo genere dici necessarium fuit: & istud in suo necessarium est. Nam vt teneamus vtrunq;. Tertia quoq; assignatio temporum adiungenda est. Idest tempus sub litera euangelij. Tempus sub spirituali intellectu. Tempus manifeste visionis domini. Omnia tempora simul quinq;. Licet quintum quod erit in patria abusiue nō proprie tempus dicatur: dicemus tamen phemni seculorum tempore. Primus itaq; tempus ante legem. Secundum sub lege. Tertium sub euangelio. Quartum sub spirituali intellectu. Quintum in manifesta visione dei. Sic
ps.83. enim oportuit electos dei ire de virtute in virtutem & transire de claritate in claritatem donec videatur deus deorum in syon. De lege naturali ad legem moysi: de lege moysi ad euangelium. de euangelio Christi ad spiritalem intellectum: de spirituali intellectu ad veram & eternam contemplationem dei. Ultro autem modo in quinq; distinctionibus istis manet inuolutū & consignatū sacrum mysteriū trinitatis: ita vt seipso manens integrus in nullo patiatur scandalum: circa mysterium vnitatis. Sed primo ostendamus hoc in minimis vt facilius possimus ad
Ge.21. maiora transire. Abraam genuit Isaac:
25.30. Isaac genuit Jacob: Jacob genuit Joseph: Joseph genuit Effraim. Hi quinq; viri iusti magni extimati sunt coram deo: in nullo sicut hi qui reprobati sunt a domino habentes redargutionem eo q; elegit illos dominus in signum ad designanda incerta & occulta sapientie sue. Non quidem omni populo sed eis qui in spiritu vocati sunt israel. Igitur habraam significat patrem: Isaac filium: iacob spiritum sanctum. Et hoc quidem ita est: sed nequis existimet nō esse in patre filium & in filio patrē: oportuit exhiberi aliud mysteriū i quo ascriberet nomē paternitatis: isaac cui videbat ascripta similitudo filij: ꝑm qō dicendū est isaac significare patrē: iacob significare filiū: ioseph spiritum sanctū. Hoc eni nos aliquādo intelligere cogunt sacra mysteria: que diuersa nimis & multiplicata sunt. Rursum nō esse in patre & filio spiritū sanctū: & i spiritu sancto patrem aut filium humana fragilitas existimaret: data est iacob significatio patris: ioseph significatio filij: Effraiz spiritus sancti: & inuentus est iacob primus qui putabatur vltimus in mysterio trinitatis: vt nihil in ea prius aut posterius esse credamus: nihil maius aut minus: sz tota tres psonas coeternas sibi eē & coequales. Patriarcha ergo habraam: patriarcha isaac: Atha/nasius
patriarcha iacob: & ab eisdem dissemina/tus est populus israel: quia creator generis humani pater: creator filius creator: & spiritus sanctus. Secundum hoc quoq; tempus: quod fuit ante legem ascribitur patri: tempus quod sub lege filio ascribitur: tempus quod vocatur gratie: spiritui sancto. Et hoc quidem digne satis. Tempus ante legem ascribitur patri: idest tempus illud in quo peccatum non imputabatur: cum lex non esset: sed tñ regnauit mors ab Adam vsq; ad Noysen: quia terribilem se per hoc iudicium ostendere voluit deus pater in consilijs suis super filijs hominum vt icuteret timorem suū generi humano: quod nesciens causam culpe tali se animaduersione sentiebat puniri. Tempus quod succesſit sub lege ascribitur filio: quia ipse est magister & legislator qui illuminat omnez hominem ve-
Joā.1. nientem in hunc mundum. Tempus

2.cor.3 autem gratie ascribitur spiritui sancto: quia vbi gratia est aboletur lex & vbi spiritus dei: ibi libertas. Rursuz illud quod fuit sub circoncisione & lege: hoc est ab habraam vsq; ad Christum ascribitur patri: quia in eo multipharie multisq; modis locutus est deus pater: patribus in pheb.1. phetis: Tempus quod succesſit sub euangelio: ascribitur filio: quia in ipso idem filius mūdo apparuit manifestus: & doctrina euangelij sui conuertit ad seipsuz multitudinem gentium. Tempus quod omnino erit ammodo sub spirituali itellectu ascribitur spiritui sancto: quia datus hominibus abundantius docebit eos quos repleuerit omnem veritatem: & eos qui vsq; ad ptesens in perfidia perseuerant neq;q; sibi in aliquo obuiare valentes: vocabit de tenebris ad admirabile nomen suum: Rursum tempus istud quod decursum est a Joanne baptista: vsq; modo: ascribitur patri quia in eo procreat sibi fi
Mat.3 Mat.1 Joā.1. lios spiritales per spiritum sanctum quez misit super Christum in specie Columbe: de quo & renascūtur quotidie qui sunt filij dei: vt clarificetur pater in filijs. Tempus quod erit animodo vsq; ad consummationez seculi: ascribitur filio: quia quod in Christo nato secundum carnem designatum est: in eo secundum spiritum: Opz plenius consumari. Seculū futurū quod erit post resurrectionem: ascribendum est spiritui sancto: quia ibi non soluz anime: que natura subtiliores sunt verum corpora nostra spiritalia erunt: & tem plum spiritus sancti: quando & consumptis vniuersis corruptionibus carnis: solus idem spiritus regnabit in eis. In assignatione primi mysterij: datum est spiritui sancto tempus euangelij. In assignatione secundi: tempus spirituale intellectus. In assignatione tertij vita futuri seMat. 22. culi. In qua neq; nubent neq; nubentur sederunt sicut angeli dei in celo. Sed putas horum aliquid sine causa? Absit. Propter hec enim tria: tribus modis tribus vicibus missus siue datus: legitur spiritus sanctus. Primo in specie columbe. Secundo in sufflatione: Tertio in igne. Primo ostensum est q; procedit a patre. Secundo q; procedit a filio. Tertio q; idem spiritus vbi vult spiret: & diuidat de suo singulis prout vult. Hec regula mysteriorum frequens est satis in diuina scriptura: & ea generaliter patres vtuntur: & licēt ipsi forte non apertius exprimant causam: cur videlicet: ea persona que aliquando accipitur in significatione patris: aliquando accipiatur in significatione filij: aliquando in significatione spiritus sancti: & econuerso. Que cum vniuersaliter vera sint: & fideliter amplectenda in locis suis. Nos tamen illorum temporum status in vsum exponendarum scripturarum proprie tenere decreuimus: in quibus sunt idiuidue trinitatis opera lucidiora & manifestiora claris exhibent sacramentis: hoc est sub tē/pore litere testamenti veteris: sub tempore litere testamenti noui: & sub tempore spiritualis intellectus: quod erit ex hoc nūc vsq; ad cōsumationē seculi. Ubicūq; ergo de tribus statibus absolute fit mention in hoc libro pretermisso tempore illo quod fuit ante legem: secundo post finem mundi futuro. Primuz statum esse dicamus ab Habraam siue iacob vsq; ad Joannem baptistam. Secundum a ioanne baptista vsq; ad tempus plenitudinis gentium. Tertium ex eo vsq; ad consummationem seculi. Hec de tribus statibus dicta sunt: vt sciamus vnde agitur: cum de eis facimus mentionem. Nunc de cōcordia videamus.

Mat.3 Mar.1 Luc.3.

¶ Assignatio concordie duorum testamentorum. Cap.6.

Si secundum q; se mutuis vultibus duo: que scriptura sepe commemorat testamenta respiciūt: concordiā duorū temporū volumus assignare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus temporis cursus: a iacob patriarcha inchoandus est: z terminādus in xpo. Secundus a Xpo vsq ad finem seculi: quando rursuz ad faciendum iudiciū ventur⁹ est in gloria xps: facta fuit tamen illic initiatio in babaā: hic in zacharia patre ioannis. Sin vero quia testamentum nouum geminum est z quasi duplex: pro eo q non solum filius in carne apparuit: verumetiam z spiritus sanctus reuelari dignatus est hominibus in columba z igne: z nō solus filius missus est: vt redimeret mundum: verumetiaz z spiritus sanctus qui procedit ab ipso complere que ipse inchoauerat. Tempus istud quod dicit gratie in duas temporuz portiones distingui tur: qō omnino necessariū est: inuenimus in tribus statibus magna quedam opera dñi distincta proprietatibus suis: in quibus trinā cōcordiā oporteat assignari: saluo intellectu superiorū: z prima illa assignatione que duo velut ex equo testā pcordat: Non.n.manus aliqd sunt filij z spūs scūs: q̄z solus p̄: aut minus aliqd solus filius: aut solus spūs scūs: z ideo simplex relatio est noui testi ad vetus z equa secūdi status ad primum: z tertij ad scōm. Inde est vt z duo testā que scriptura cōmemorat: z opa triū statuū que equaliter i singulis magna sunt: simplex hinc z inde similitudo ꝓspiciat. In prima distinctione taliter cōcordia assignāda est. Tēpus primi sigilli a Jacob patriarcha vsq ad moysen z Josue. Tempus scōi a moyse z iosue vsq ad samuel z dauid: Tēp⁹ tertij a samuele z dauid vsq ad helyaz z helyseuz. Tēpus quarti ab helya z helyseo vsq ad ysaiaz: z ezechiaz. Tēpus quinti ab ysaia z ezechia vsq ad trāsmigrationē babilonis. Tēpus sexti a transmigratiōe babilonis vsq ad obitū hester aut malachie ꝓphete. Tēp⁹ septimi ab obitu malachie vsq ad zachariā p̄rem Joannis baptiste. Hec in veteri: In nouo autē sic.

3 Reta Aptio primi sigilli a zacharia p̄re Joānis: magis aūt a resurrectione dñi vsq ad obituz sancti Joānis euāgeliste. Apertio secūdi ex eo tpe vsq ad Cōstātinū augustum. Apertio tertij ex eo vsq ad Justinianum. Aptio quarti ex eo vsq ad Karolū. Apertio quinti ex eo vsq ad pītes dies: in qb⁹ initiata apertione sexti percutienda est noua babilon: scōm q ostendit in ꝓphetis z liber iste apocalipsis manifeste demōstrat: licet nec dum quinta cōsummatione accepe/rit. Cōpleta vero apertione sexta: erit sabbatuz dñi sctūm. De quo dicit apostolus. Relinquitur sabbatism⁹ populo dei: quo/usq veniat dominus ad extremum iudicium: p̄eunte ante faciem eius helya propheta sicut quondā p̄eiuit Joānes baptista. Quia vero sabbatum labores p̄ceunt z quietem certamina: notanda sunt inde israelitica p̄elia: hic ecclesiastica bella: siue que tunc pro fide vnius dei: qui creator est oium: siue que nūc pro nomine xpi qui verus est z vnus cū patre deus: per quē facta sunt oia: fideles pertulisse legunt: vt dum similia bellorum gesta in duobus testamētis perpendimus: agnoscamus verā esse saluatoris sentētiā qua dicit. Pater meus vsq modo operat z ego operor: In tēpore primi sigilli habuit cōflictū israel cuz egyptijs qui euz multis doloribus affligētes: seruitutis quoq vinculo compeditum tenebant: ita vt non liceret eis egredi ad explenda iussa dñi in desertum nec cessare ab operibus laterū que sibi indixerat rex egypti. In tēpore quoq apertionis prime sub quo terminato in patribus testamento veteri: inchoatum est nouuz surrexit itez pro patribus: nouus z spiritualis israel qui aduersus nouos egyptios iudeos nouū propter spirituz iniret certamen: nouo quoq moyse qui est fidelissimus legis lator z p/phetaruz oium dñs inchoante: vt quomodo: in illo primo conflictu silentibus filijs israel: moyses famulus dñi dimicauit z vicit: ita z hic tacentibus electis qui sub onere legis z lre oppressi laboze superuacuo insudabant solus xps iesus pugnaret z vinceret eosq in manu valida z extēta a litterę superstitione z legis eriperet seruitute: in cuius tamen concordie serie illud vigilantur obserua quod in domino nostro iesu xpo qui lapis est angularis oium antiquoz patrum opera virtute quadam siue potentie

Mota

Mat.3 a tuū.2.

Hebr.4

Apoc. vlti.

Jo.3.

Jo.3

potentie ostēdūtur infixa z nihilominus que in filijs, complenda erunt tēporibus suis: ita vt in operibus eius tam noua q̄z vetera redigantur in summa: Ex qua re mirum aliquid accidit: vt sicut ipse vbiq̄z est: ita in q̄z pluribus scripture locis inueniatur vnus ipse respondere tam multis patribus testamenti prioris z tamen in cōcordie serie soli respondeat patriarche Jacob: qui sic in veteri testamēto genuit duodecim patriarchas: quomodo apostolos totidem: ipe qui verus est israel procreauit in nouo: excepto q ibi caro ex carne: hic spiritus ex spiritu propagatus est: teste veritate ipsa que dicit. Quod natum est ex carne caro est: z quod natum est ex spiritu spiritus est. Non igitur christus iesus ita in cōcordia respuit Moysen: quomodo Jacob patriarcham: sed sicut alioz quēlibet qui typum eius pro loco z tempore tenuisse: probātur. Quo circa: vt patriarchas duodecim respiciūt apostoli primi: ita Moysen z Aarō, Paulus z Barnabas apostolorum nouissimi: quia sicut Moyses z Aaron p̄cesserunt filios israel egressuros de egypto z progressuros in terram chananeorum: ita Paulus z Barnabas fidelem populum exiturū de synagoga incredula z transiturum ad pronuntias paganoz: Pugnauit moyses pro libertate israelis: pugnauit z Paulus. Ille vt cessaret seruitus que erat in faciēdis lateribus. Iste vt cessaret seruilis lex que erat in opibus carnis z vterq̄z donāte deo prostratis hostibus triumphauit: Nec mirum: quis.n.pugnabat in illis: nisi ille de quo in psalmis dicit. Dñs fortis z potēs in p̄elio. Et de quo per Joānez dicitur in libro isto: Cum aperuisset vnum dei septē sigillis audiui vnum de quatuor animalibus dicens tanq̄z voce tonitrui. Veni z vide: z vidi z ecce equus albus: z qui sedebat super illum habebat arcum: z data est ei corona z exiuit vincens vt vinceret.

Act.13.

Jos.vl.

Perseuerauit ergo primum sigillum vsq̄z ad obitum Josue z vniuerse generationis illius q̄ egressa est in patribus ex egypto: sed tamen a Jordanis transitu in

Exo.17

Jud.12.

ibi.20.

4.reg. 24.

& monachorum: hoc est eorum qui super greges dominicos curam gerunt: & eo/rum q̃ vt soli deo vacare queant: a seculo exeunt. Et in locis solitarijs: aut soli ali/quando: & aliquandiu: aut in conuẽtibus requiescunt. Et illis quidem incũbit acce pta cruce sua ambulare post xp̃m: istis in castitate & mũditia: q̃s dulcis sit dominus degustare: q̃uis pro causa & tempore ab vtrisq; regratur vtrũq;. Et sancti quidez martyres cum beato petro strenue pugnan tes: in marcessibilis coronam glorie adipi sci meruerũt. Sed magno dilectionis sue munere contemplatiue vite filios donat xp̃s pãdens illis archana & profunda my steria. Ne ergo qui: vt arctius adhereant regi suo: seipsos ab humanis obtutibus: ac si in alicuius insule vastitate abscõdũt: inferiores sanctis martyribus: & minus deo vtiles putarent fratrem se testatur eẽ ioannes: eoꝝ qui pro domino patiuntur: participẽ nihilominus ipressura & regno. Est.n. tribulationũ & regni & patientie cõ sors: in dño nostro iesu xp̃o: qui pro oibus nobis ptulit passionẽ. Quicunq; p amo re ipsius refugit illecebras mũdi appetẽs asperitatẽ mõtiũ & squalorez deserti: sicut hi qui relicta egypto ingressi sunt in ter/ram desertã in locũ horroris & vaste solitu Sen 32. dinis. Qui.n. cõsors est pugne erit (neces/se est) & corone. Et qui socius belli est: fiat necesse est: & iperij. Fui (inqt) in insula q̃ appellat pathmos: ꝓpter verbũ dei & te/stimonium iesu. Non solum sancti marty res qui transitoriã & fallacẽ vitam mundi deserũt pro eterna xp̃o testimonium per/hibent: verumetiam: & illi qui sic viuunt: vt iam non sibi viuant: sed xp̃o: portan/tes & ipsi crucem xp̃i in corporibus suis. Dicũt inq̃s & ipsi testimonium xp̃o: q̃: p pter verbuꝫ christi: taliter in corpore mo riuntur. Quis enim tam stultus & mente captus qui vltro vellet carere oblectatio nibus vite huius: & sponte se tam multis condemnare miserys: nisi certus esset de fide sua: & q̃ sit magna nimis merces con Jo. fitentium domino? Unde non incongru/ pathmos fretum interpretari dicitur: q̃ velut in quodam freto temptationum na uigant pugnaturi: qui cõtra vitia carnis & spiritus vite se religiose & arcte nimis: ac si ex eadem die morituri committunt. Sequitur.

¶Fui in spiritu dominica die. T.13

¶Locus iste magni ponderis: & altis re positus sacramentis: simplex sermo: sed non mysterium: cortex euidens: sed occul ta medulla. Fui (inquit) in spũ in domini ca die. Quid sibi vult qõ ait ioannes: fui in spiritu? Quid sibi vult quod sequitur in dominica die? forte iam aliquibus leue erat: & perspicabile intellectu: quando ego primo in locum istum velut in quãdam bytalapsum impegi: q̃ solet deus facere huic lucidum: quod alteri videtur obscu rum: vt discat vnusquisq; non alta sapere sed humilibus consentire. Et enim cum decursis precedentibus libri huius capitu lis: peruenirẽ ad locum istum: tantam fa/teor difficultatem: & quasi preter solitum perpessus sum angustias intellectus: vt sentiẽs oppositum mihi lapidem ab ostio monumenti: hebetatus subsisterez: & dãs honorem deo: qui pro velle suo claudit & aperit: relicto loco ipso intacto: ad sequen tia pertransirem: seruans difficultatem eã dem vniuersali magistro: vt ipse qui ape/ruit librum & soluit septem signacula eius cum sibi esset placitum: mihi vel alijs aperiret. Cũq; me occupatum in multis hoc ipsum oblivio procul duceret: factuꝫ est verso anni circulo: diem ad esse paschа lem: mihiq; circa horam matutinam exci tato a somno: aliquid in libro isto meditã ti occurrere: pro quo confisus de dono dei audacior factus sum ad scribendum: quinimmo in silendo & non scribendo timidior: nequando tacenti mihi dicere/rur a iudice. Serue male & piger scie// Matth. bas: quia meto vbi non seminaui: & 25. congrego vbi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam num// mularijs & veniens ego recepissem vtriq;

quod meū est:cum vsura.Et enim cū nō
nulla iaz capere:z maiora adhuc sacramē
ta nescirem:quasi quedam pugna gereba
tur in mēte mea:his quidē q̄ patebāt sua
dentibus ausum:ceteris aūt difficultatez
minantibus.Cū ergo in supra scripta no
cte:simile aliquid cōtigisset:circa mediuz
(vt opinor)noctis silētiuz z horā qua leo
noster de tribu iuda resurrexisse:extimaē
a mortuis:subito mihi meditanti aliqd:
quadam mētis oculis intelligentie clari
tate pcepta de plenitudine libri huius:z
tota veteris ac noui testamēti concordia:
reuelatio facta est:z nec sic recordatus suiz
supra scripti capituli. Cur:vz:ioānes di
xerit:fui in spū in dominica die:z vtrum
ptineret ad rez:q̄ hec ipsa reuelatio libri
huius in die dominica facta eē narratur.
Non inq̄z istud occurrit aio:nec q̄ xp̄us
de monumēto egrediens : spūm de litera
significauerit processurum.nec q̄ septem
dies paschalis hebdomade cum octauo se
quēti:cuius partibus libri huius in myste
rijs cōcordarēt:nec q̄ die eodem aperue
rit discipulis sensum vt intelligerēt scri
Lu.24. pturas.Cum ergo post aliquantulum tē
poris opportunitate pcepta: parum id qō
notaueram relegissem pueni ad locuz istū
in quo z dicitur. Fui in spū in dominica
die:z tunc primo itellexi quid sibi vellet
in mysterijs:id quod ait ioānis. Fui i spū
in dominica die cōserēs mecū : vel ea ipsa
que acciderant:vel ea que de ipso die scri
pta fore nōscuntur:z q̄ inde inceperit spi
ritus excitatus a litera:z multa huic simi
Ge.117. lia:que in hoc loco pstringere longuz est.
Jo.20. Hec est ergo dies quam fecit dñs:exulte
mus z letemur in ea.Hec dies i qua xp̄s
Lu.24. resurrexit a mortuis : sublato magno illo
lapide ab ostio monumēti.Hec dies in q̄
aperuit discipulis suis sensuz vt intellige
rēt scripturas. Sane octo dies in quibus
paschalis festiuitas ab vniuersa christia
norum ecclesia tā solēniter celebratur:cuz
octo ptibus libri huius in significatu con
uenunt:nihilominus z octo hebdoma
dē que vsq̄ ad sabbatum quod sequitur
penthecosten:pro reuerētia tantarum so
lēnitatum gaudio z letitie deputate sunt.
Uerūtamē q̄ sicut alibi scripsimus:duos
habet liber iste typicos intellectus: vnuz
qui pertinet ad sēm statum:alterum qui
ptinet ad tertiū. Libet hac in re diligen
tius intueri : q̄ nobis qui in initio tertij
status positi sumus:illa potius reuelatiōe
indigemus:que sequēti detegit:q̄z illa q̄
a tēpore apostolorum:viris spiritalibus fa
cta est:z si nūc magis illa ad lucē veniat:
cum hoc pro cursu tēporis incipit aperi
ri. Inde est q̄ in sexta feria q̄ pcedit ipsuz
paschalez diē:petre scisse sunt z monumē
ta apta'sūt:ide q̄ velū tēpli scissuz est a sū
mo vsq̄ deorsum. Nam pro eo q̄ dies ipe
qui mediate sabbato precedit dominicū:
videtur eo ipso quo sextus' est referri ad
vetera:sicut z sequēs dies dominicus :eo
ipso q̄ dominicus est pertinere ad nouū.
Quid est q̄ die sexto : petre scisse sunt z
monumēta aperta?aut q̄ scissum est velū
templi a summo vsq̄ deorsuz?z q̄ die pri
mo qui vocatur dominicus:monumētū
illud maximum apertum est:nisi q̄ tem
pus illud in quo hec oīa facta sunt:z quā
tū ad vetera finis erat:z q̄ztum ad noua:
principium subsequentiū seculorum? Ita
q̄ppe tres isti dies sub vno accipi ūtur:vt
dicatur de eis in pfatione paschali. Te q̄
dem dñe omni tēpore:sed in hoc potissi
mum die gloriosius predicare cuz pascha
nostrum imolatus est xp̄s:Uerūtamen p
cedit illud in significatione : quod factuz
est in die sexto. Sequitur quod gestuz est
die pasche:z licet aliqui putent in ipo die
pasche aperta esse monumenta:postq̄z re
surrexit xp̄us a mortuis:qui z ppter hoc
volunt eum vocatum ab apostolo:primo
genitum mortuorum. Sed si hoc est:qua
re nō hoc dixit euangelista:vbi agitur de
resurrectione ipsius:sed potius vbi dictū
est. Jesus autē iterum clamans voce ma
gna emisit spūm?An forte fatendum est:
tunc quidem fuisse aperta z quasi prepara
ta in diem tertium : vt ipsa apertione sua
aliquid designarent? Quid si prius edu

cta sunt corpora iuxta illud ezechielis : z
adducta in vnum locū:z post resurrectio
nem dominī a mortuis excitata ? Potuit
enim deus si voluit z hoc facere qui facit
oia quecunq̄z vult in celo z in terra. Et
videtur apertio ista pertinere ad scriptu
ras veteris testamenti:aptio vero monu
mēti dominici.quod fuit nouum z exci
sum de petra:ad scripturam noui testamē
ti:quod eo tēpore cōditum est:z mox ap
tum:maxime cū in hoc loco scriptū sit:q̄
veluz templi scissum sit a summo vsq̄ de
orsum. Ubi enīz ista duo simul ponuntur
templū.s.z monumentum dñi. Templuz
q̄dem designat testamētum vetus:monu
mentum nouuz. Alias aūt pōt accipi pro
vtroq̄z:vtrunq̄z. Qō ergo eo die quo ve
lum templi scissuz est a summo vsq̄ deor
sum:z quo monumenta apta sunt : xp̄m
quē occiderūt impij:iussi clauserūt in mo
numento:licet z impij hoc ipsum volue
rint:sed altera intentione:q̄z prava:signi
ficat profecto ea que gerunt in spū. Nam
z sancti euāgeliste:sepelierūt sub litera ve
ritatē que est in spū:occultando illam ob
tutibus impiorum:z iudei vsq̄ adhuc oc
cultauerūt z occultant eādē veritatē sub
Jo.1. eadē litera:nequando apiantur oculi eo
rū z videant lucem veram que illuminat
oēm hominē venientem in hunc mundum
z spiritalis intellectus quē ipsi odiunt ab
hystorie tumulo excitatus.Eo itaq̄z tem
pore conditum est nouum testamentum
quo scripture veteres aperiri cepunt. Sz
tū z hoc ipsum nō longe post apiri cepit:
z eius interiora patefieri credentibus:q̄
esse in eo mysticum intellectū:ab ipso eo
dē tempore quo gesta sunt:z primo sancti
apostoli quibus pmitte spūs date sunt:
z post ipsos multi alij eodez docti spū per
ceperūt. Sed quid si mox apertum est te
stamētuz nouū?Num idcir co xp̄s q̄ late
bat in eo mox vt ascēdit de monumento
manifestius apparuit?Nōne manifesta ei⁹
apparitio vsq̄ ad vesperū ē delata?Quid
Jo.20. est aūt vsq̄ ad vesperū nisi vsq̄ ad tēpus
sextum?Ergo si de duabus aptionibus si
mul agitur:liquet q̄ sexta feria illa scēm
id quod seruat annuatim ecclesia:dierum
quadragesime:finis est:dies vero pasche
initiū festo:uz paschalium. Significat au
tem in intellectu primo apertionē veteris
testamēti delatam esse vsq̄ ad xp̄m. Aper
tionē vero noui nō sic:sed ab ipso eodem
tempore virtus spiritalibus propalatā. Ue
rūtamen z si aptio facta est revelatio tamē
resurgētis:dum māsit occulta:z quasi vsq̄
ad vesperuz:quo finis alicuius temporis
designatur dilata. Et hoc q̄dem secundū
eum intellectū qui ptinet ad secūdum sta
tum . Ceterum si de illo agitur intellectu
qui ptinet ad tertium statū:scrutari z pen
sare diligēter debemus:q̄ sicut in prefato
intellectu dies resurrectionis dominice si
gnificat initiū secūdi status:ita in eo itel
lectu qui ptinet ad tertium statum initiū
tertij quod erit post finē vel potius in fi
ne secūdi. Quod aūt nō mane ipsius diei:
sed ad vesperū reuelatus est xp̄s:significat
in fine secundi status:reuelandum esse eū
intellectū qui pertinet ad eundem secun
dū statū:in fine aūt tertij eum qui ptinet
ad tertiū. Ergo secundum hanc rōnem:
intellectus qui pertinuit ad primuz statū
tunc reuelatus est:cū xp̄s venit in mūdū
intellectus q̄ ptinet ad secūdum circa fi
nē secūdi status:intellectus qui pertinet
ad tertiū circa finem ipsius. Porro aptio
monumēti fa..ta est doctoribus secūdi sta
tus:ab ipso secūdi status principio:z opz
fieri doctorib⁹ tertij a p̄ncipio tertij. Nec
putādum aptionem monumēti z reuela
tionē domini pro eodem esse accipiēdum
q̄ aptio monumēti mane facta est:z ostē
sa discipulis:manifesta vero reuelatio xp̄i
vsq̄ ad vesperū dilata. Denīq̄ monumen
tum aperitur:aut velum scindit:nec tū ad
huc dīs qui resurgit:ostēditur:cū intelli
git quidē discipulus veritatis:vacare secū
duz se superficiē litere z procedere ex ea spi
ritalem ac vitificū intellectum:nec tamē
ad hoc vsq̄ peruenit:vt ipsaz:sicut est spi
ritalis intellectus:veritatē percipiat. Re
uelatur autem alicui:ipse per semetipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

xp̃s ieſus: cum nõ ſolũ gs intelligit vaca/re literaz: verũetiã tm̃ ſpiritalẽ intellectũ aut aliter q̃z eſt: cordis luminibus intuet. Et q̃ẽt circa mane ipſius diei apparuit idẽ dñs marie magdalene: ꝛ ceteris q̃bus ipe voluit: ſiue referat ad exordiũ ſecundi ſtatus: ſiue ad exordiũ tertij: qđ ait ioanes fui in ſpũ in dñica die: ſane ꝛ vniformiter intelligi põt: q̃ ꝛ tũc fuerũt quidã in ſpũ: qui ſcripturã teſtamẽti veteris ſpiritaliter intelligerent: ꝛ nunc ſimili modo erunt q̃ dam in ſpũ qui intelligant iuxta hũc intellectũ: literã teſtamẽti noui. Sequit.

T.14 ¶ Et audiui poſt me uocẽ maguam tanq̃ tube dicẽtis. Quod uides ſcribe in libro: & mitte ſeptem eccleſiis que ſunt in aſia.

¶ Querendũ eſſet cur ſe uocẽ quã audiuit ſanct⁹ ioanes: poſt ſe audiſſe phibuit? niſi patẽs eſſet ꝛ euidẽs cã rõnis. Dum.n. ea legimus in ſacra pagina que retro actis tẽporibus geſta ſunt: ꝛ per ea ſpiritale aliquid nr̃o intellectui intus lucere incipit: quaſi poſt doꝛſa nr̃a vocem ſpiritalẽ audimus. Eſt aũt vox: alia parua: alia magna. Parua eſt que agit de terrenis: magna q̃ loquitur de celeſtibus. Quocirca: vox iſta quam audiuit Joannes: magna eſt quaſi tube: q̃ nequaq̃z agit de terrenis ꝛ trãſitoꝛijs: ſz magis de celeſtib⁹ ꝛ mãſuris:

Mi/ſterium tube.



q̃ forma vaſis huius quod tam in diuina pagina celebre ac frequens eſt: vniuerſe ecclefie ſancte dei: repreſentat myſteriũ. Eſt enim inſtrumẽtum ductile lõgum atq; ſonoꝛ inchoatum quidẽ ab arcto: ſz in amplo pꝛoductũ. Et lõgitudo q̃dez eius tennis eſt: exitus amplus: vniuerſum vero cõcauum: ꝛ ad cõcrepandũ formatuz. Gerit aũt typum prædicatoruz eccleſie nõ eoꝛ tm̃ qui in xp̃o renati ſunt: ſed ꝛ eorũ qui a ſeculo ſunt pphetarum eius: que q̃dez a principio arcta fuit in numero ꝛ occulta in voce vſq̃z ad tẽpoꝛa pphetaruz. Exinde vero largioꝛ ꝛ manifeſtioꝛ eſſe cepit: hoc ẽ a diebus oſee ꝛ Iſaie vſq̃z ad ioannẽ baptiſtam. Ibi deniq̃z dilatata: ꝛ cõſummata ẽ in apoſtolico choꝛo: vbi ꝛ ſonus eorum in modũ tube grãdis effectus eſt: vt q̃ temporis plenitudo aduenerat voꝛ occulta ſupra tectuz veniret: ꝛ que paruo anguſtabatur populo: in gentium latitudinẽ funderet: completo in eis verſiculo illo: quem de doctoribus veritatis: longe ante: pſalmiſta prædixerat. In oẽm terraz exiuit ſonus eorum ꝛ in fines orbis terre verba eorum. Sane diſtinctionem illam quã a diebus pphetarum prænotauimus nodus ille tube deſignat: a quo tuba dilatari ꝛ grãdeſcere incipit. Sicut.n. a nodo tuba maioꝛ efficit: ita a diebꝰ oꝛde vbi nodus quidam inſertionis factus eſt: ad nouum initiãdum teſtamẽtum: ꝛ preconeꝰ xp̃i multiplicari ceperunt ꝛ voꝛ illorum plenius ad aures populoruz deuenit. Talem ergo vocem audiuit ioanes: nõ paruam que celanda eſſet in paucis: ſed magnam: publicã ꝛ manifeſtã: ꝛ que egreſſa a iudeoꝛ finibus: ad gentiũ plenitudinẽ peueniret. Quod tñ ꝛ de vltima pdicatiõe q̃ erit in pximo: itelligi põt: de qua ſ pſona ioanis ordini quẽ ioanes ipſe ꝺignat: in ſexto angelo tubis canẽtium: dictũ eſt. Oporet te iterum pphetare: populis ꝛ gentibus: ꝛ linguis ꝛ regibus multis. Et hec q̃dẽ vt dicta ſunt: ita nõ incongrue accipi poſſunt: q̃uis ſit aliud magis pꝛiũ quod valeat tube noie deſignari. Scimꝰ q̃ ſonum tube duo pariter operantur: tuba. ſ. ar q̃ flatus. Et qđ per tubam que viſibilis eſt: niſi ſupficies litere: que quodãmodo cuz legitur in libro videtur: aut qđ per flatum qui inuiſibilis eſt: ꝛ tamẽ emiſſus per tubam terribiliter ſonat: niſi ſpiri/

talis intellectus: qui tã magna mala minatur reprobis: tam ingẽtia bona pollicet electis? Vnde ꝛ mox ſubditur. Quod vides: ſcribe in libro: ꝛ mitte ſeptez eccleſijs que ſunt in aſia. Quod ſeptem eccleſie q̃bus ſcribit ioanes in aſia eſſe phibentur: licet eo modo quo ſuperius dictũ eſt intelligi queat: põt tamen ꝛ in bonam partem elatio accipi: quemadmodum ꝛ ſuperbia iuxta illud Iſaie pphete. Dicetur vobis fortitudinem gentiũ comedetis: ꝛ in gloriam eorum ſupbietis. Quod aũt vident ſancti ſcribunt in libro: q̃ quicquid meditãdo intelligunt: in libro cordis humani: lingue ſue calamo imprimendo reponũt. ¶ Dicitur autem illud ſeptem eccleſijs que ſunt in aſia: q̃ per eos qui verba dei viua eius retinere ſufficiunt ad vniuerſas ecclefiaz pregenies: que in ſeptẽ illis eccleſijs deſignate ſunt: ac ſi per epiſtolam delegatur. In tali ſe oſtendebat libro ſcripturare apoſtolus: q̃ñ his quibus commiſerat verbũ dei: loquebatur dicẽs. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus veſtris q̃ ſcitur ꝛ legit̃ ab oĩbus hoĩbus: manifeſtata: q̃ epiſtola eſtis xp̃i miniſtrata a nobis: ꝛ ſcripta nõ attramẽto: ſed ſpũ dei viui: nõ in tabulis lapideis: ſed in tabulis cordis carnalibus. In tali libro ſcribebat ꝛ deꝰ/les verba legis vt mitteret ea filijs iſrael: q̃ñ ſecretius loquebat aaron fratri ſuo: vt ea ipſe qui erat eloquẽs, vniuerſe multitudini enarraret. Quod ergo vident ſancti ſcribunt in libro: ꝛ mittunt ſeptẽ eccleſijs que ſunt in aſia: q̃ illis ſeptem ordinibus archanuz quod intus penetrant ſacramẽtum exponunt: qui in ſeptez infraſcriptis eccleſijs que erant in aſia deſignãtur. Vbi eo nãq̃z q̃ nomina ipſa operibus ſingulorum ordinum ſpecialiter inquiſita reſpondent: ab eoꝛ expreſſione auctor tacere noluit: ſed dicens. Quod vides: ſcribe in libro ꝛ mitte ſeptem eccleſijs q̃ ſunt in aſia: protinus adiecit ꝛ ait.

Eſa.6.

Deut3.

T.15 ¶ Epheſo: ſmyrne: pergamo: tyathire: ſardis: phyladelphie: & laodicie.

¶ Interpretat autem epheſum lapſus: Smyrna: myrra: pergamũ diuidens cornua: Tyathira illuminata. Sardis principiũ pulchritudinis: philadelphia ſaluãs hereditatẽ: laodicia vomitus: ſiue tribus amabilis. Vnde ꝛ huiuſmodi interptatiões nominũ: ſingulis ordinibus ſigillatim ꝓponũt. Qualiter aũt eis ꝓueniãt: nunc qui/dẽ proſequi: ſupſedeo: vt cũ ad ſua locaverimus: fructuoſius explicemus: ſegtur.

T.16 ¶ Et conuerſus ſum ut uiderem uocem que loquebatur mecũ: & conuerſus uidi ſeptem candelabra aurea.

¶ Vox plata non patet oculis: ſed auribus audit: vox aũt q̃ ſine vocis ſtrepitu i cordiuz humanoꝛ penetralibus reſonat: a ſpiritalibus mẽtis oculis: ꝛ cernit̃ ꝛ auditur. Quãuis q̃ vocis noie p̃dicatoꝛ aliquis intelligi ſolet: nõ incõgrue ꝓ vocem iſtam angelũ ipm̃ qui hec loquitur: beatũ ſ. Joannem intelligere poſſumus: quẽ q̃dem qui pſentes erãt audire nõ poterãt: nos aũt qui pro curſu tẽporis in anterioribus ſumus eo modo illũ audire ꝛ ſentire cõcedimur: quo ea que iudeoꝛũ populus ſpũaliter audire non poterat: xp̃ianus in aduẽtu xp̃i audiuit ꝛ intellexit. Cõuertimur aũt vt videamus vocẽ que loquitur nobiſcum: q̃ dum parũ quid de ſacra ſcriptura gratia illuſtrati percipimus: mox illitati a tanitoꝛe: ad ſtudiũ cõuertimur lectionis: vt ea que ſupra nos ſunt contemplari poſſimus. Et que ſunt illa? Septem cãdelabra aurea ꝛ ſeptem ſtellas ꝛ euz qui habet ſeptẽ ſtellas in dextera ſua: ꝛ ambulat in medio ſeptẽ candelabroꝛuz aureoꝛuz: xp̃m: vz: ꝛ mẽbra ſua pro q̃bus facta ſunt oĩa que in mundo ſunt: celum. ſ. ꝛ mare: ꝛ arida: ꝛ q̃quid celi ambitu continetur. Si ergo vocẽ iſtã audimus: multũ eſt qđ videre cõcedimur: q̃ñ q̃dem p eã illud videmus: pp qđ viſibilia ois ꝛ inuiſibilia facta ſunt: intelligẽtes opa ꝛ opificẽ: domũ: ꝛ

cõditorem ipsius differentias mãsionum z eoz qui sctificat z letificat illas. Dia qp pe magna opa dei: q a primo aduẽtu dñi vsqz ad vltimuz futura erant: scripta sunt sub occulto enigmate in volumine isto: ita vt ad scie plenitudinem sufficere posse credendum sit. Si quis vocis huius archana penetrare sufficiat. Et cõuersus (inqt) vidi septẽ cãdelabra aurea. Quod in moyse p vnũ candelabruz: hic in psenti loco p septem candelabra figurat. Nec mirũ: habet. n. vna q̃q; ecclesiarũ septez ordines istos de quibus in suis locis agetur: q̃z ad questionis huius nodũ sufficienter solvẽdum: sufficiat simplex causa rõnis: quãdo quidem candelabrũ illud hastile: vnũ septem autem calamos habuisse legatur: ita vt ad septẽ lucernas cõtinẽdas vnum ipsum sufficeret: ista vera dum tale aliqd de ipsis nõ dicitur nequaq̃z vt illud multiplicia: sed simplicia magis esse creduntur. Aurea vero esse dicunt: q: pura sunt corda iustoz que sibi ad inhabitãdũ xpõ: gratie sanctificat largitate. Abhorret enim omne falsum qui dei veritas est: abhorret omne fictuz qui simplicis genitoris est filius. Habitat autem inter illa: sicut consequenter ostenditur.

T.17 ¶Et in medio septem candelabrorum aureorum similẽ filio hominis uestitum podere.

¶Sed quid sibi voluisse dicimus: q vnigenitus dei filius: quem ioãnes in maiestate conspicit: nequaq̃z filius hois: sed similis filio hois esse dicit: nisi q: tãta (positus in regno diuinitatis sue) pẽminet claritate: tanta maiestatis gloria sup angelos fulget: q quõdam ppter hoies ab angelis exiterat mirãtus: vt sicut in eo aliquã do diuinitatis sue gloriam occultabat humanitas: ita nũc humanitatis ei' abiectio eximanita a maiestatis sue gloria: z a splendoze summe lucis: velut absorta esse videatur? Ut enim aliqñ semetipsuz eximaniuit forma serui accipiẽs: ita nũc forma ipa seruilis a maiestate glorie eximanita est: vt nihil in eo suspitionis remaneat: quo verus dei filius minus esse credat. Unde z per apostolum dicit. Et si cognouimus xpm scd̃m carnẽ: sed nũc iã nõ nouimus. Deus tñ imo z oz alio mõ intelligitur nõ ait filium hois: sz similẽ filio hois. Loquens apostolus de corpore xpi: q̃d est ecclesia: q̃ sumus nos: post multa q̃ de mẽbris singulis spãliter dixerat: adiecit z ait. Donec occurramus oẽs in virũ pfectũ: in mẽsura etatis plenitudinis xpi. Si ergo membra xpi q̃ describunt a paulo. nõ simpliciter illa mẽbra intelligẽda sunt: cũ quibus natus est p nobis de virgine: sed agmina istoz hoiuz: q̃ in tenebris eius carnalibus designant. Liquet q̃ is quẽ ioãnes vidit in spãi nõ ipse simpliciter filius hois intelligẽdus est: sed ille quẽ ipse filius hois in humilitate designat: ipse: vz: xps iesus: q caput est oĩum cuz mẽbris suis: ac p hoc nõ ipse solus: sed ipse cũ mẽbris suis: hoc est: simul caput z membra. Qui bñ quoq; vestitus podere esse phibet: q: z ipse pro nobis carnẽ induit: factus caro: z nos eandẽ carnẽ ineffabili sacro accipiẽtes eodez nouo hoie induti sumus: nimirũ: q: ipse è iustitia nostra de qua z legit. Sacerdotes tui induant iustitiã. An poderis ergo idumẽto caro eius virginea designat: an q̃ p mũdi salute sacerdos factus est in eternũ: vt q̃ se semel p nobis obtulit: sacrificiũ p pctõ in viuẽte ac resurgẽte corpe eternuz p nobis offerat sacrificiũ laudis: q̃ dignũ eẽ deo sacrificiuz: docet deus ipse q̃ dicit. Sacrificiũ laudis honorificabit me: fitq; iuxta ioãnis hui' in epistola sua vocẽ: advocatus noster apud pẽz: z ppitiatio p pctis nris. Genus hoc vestimẽti: tunica linea esse dr: qua solis sacerdotibus filijs aarõ (de quoz stirpe ex parte vna: natus ẽ xps) vti licitu erat: in typo haud dubium sacerdotis etiãsdẽ de quo in libro psalmoz dr. Iurauit dominus z non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Sequitur.

¶Et precinctum ad mamillas zona aurea. T.18

¶Precincto zõe auree ad mamillas: iterne custodiã castitatis designat q̃ mẽs spualis viri strigẽda ẽ: ne hac luxurie fluxus p imũdas z illicitas cogitationes dissoluat. Ad hoc. n. pcessit caput vt sequant membra. Est aũt possibile si ab ipso cũ fiducia postulat: q dicit. Sine me nõ potestis facere qcq̃z. Talẽ (inqt apostolus) hr̃e nos decebat sacerdotẽ q esset innocens: impollutus z segregatus a pcatoribus. Talẽ inqt z taz decoꝛi: qui z corpus possideret virgineũ z interne corruptionis macule sed̃itatem nesciret: sicut inter multa q̃ cenãtib' apostolis locutus est: sibi ipsi sicut veritas q̃ ipse est testimoniũ phibuit dicẽs. Venit n. princeps mũdi huius z in me nõ hz qcq̃z. Sz hoc sicut tã diximus: nõ tã pp ipsz q̃z pp nos scripta sũt: vt q̃lis debeat eẽ vita sacerdotis: nõ ei' dico: q iuxta vocẽ p/phẽ: i arcũ exterius datus ẽ: vt mãducet ibi pctã populi: sz ei' q̃ iuxta ipz ad interiora pducit: vt degustet q̃z suauis ẽ dñs: exẽplo magis tacite oñdens q̃ q̃z verbis. Sciẽdũ vo duplicẽ eẽ custodiã castitatis: quaz altera: in zona xpi designata ẽ: minimiz q: z ioãnes baptista zonã habuisse describitur. Uterq; ergo huiꝰ zonã: z minister z dñs sed ille pelliceã: iste aureã: ille circa lũbos: iste ad mamillas. Simili mõ vterq; mel comedisse legit: sz ioãnes silueſtre xpo domesticũ. Qõ bñ tacite itelligit: rum nõ sicut z illud silueſtre fuisse memorat. Sed nec alterius dissimilitudo vacare a mysteriis credẽda ẽ: cũ vtriq; locutias: ille: iste piscẽ assuz comedisse legat. Si ad tpa iudeorũ z gẽtiũ: zonaz escarũq; distãtiã referẽdã ducimus: patẽs ẽ cã rõnis. Dio' q̃ppe terrena iustitia eximanitur z deficit: vbi celestis iustitia reuelatur. Sz z magnus ille moyses abscõdit faciẽ suã: vbi facie reuelata loquit̃ q̃ de celo descẽdit. Cũ z ioãnes ipse cuius iter natos mulierũ: maior non fuit: sciẽs credulã sibi dispẽsationẽ mysteriũ z q̃ ipse iustitia legis que de terra est: ch̃ristus autem spiritalẽ iustitiã: que de celo est: designaret. Qui de terra est (inquit) z de terra loquitur: qui autem de celo venit sup oẽs est. In ioãnis ergo zona velesca: nusti: a testi veteris designata est. In zona siue esca xpi iesu: nusti: a testi noui q̃ de celo descendit: q̃z in eisdez rebus duas vitas ecclesie assignare possim⁹ actiuã. s. z cõtemplatiuã quarũ vna q̃ pcedit tpe meritis impar est: altera q̃ sequit: dignitate pferẽ. Quãtecũq; n. ioanes pfectioꝰ fuerit: cõpatus tñ xpo: imperfect⁹ apparet. Et tõ cũcta ei⁹ mysteria imperfectionẽ demonstrat. Infirmoz est ergo hr̃e zonã circa lũbos pelliceã: q vtinã nõ deesset illis: q̃bus dr: Sint lũbi vestri pcincti: perfectoz aũt oĩum z maxie monachoz: habere zonas aureas ad mamillas: q: illius aliquid. est: si corpus ipollutũ custodiũt: istis pene nihil: nisi habeãt z mũditiã cordis. Sufficit illis cibus locuste: q rarã z interpellatã lectionẽ designat: istis necessaria ẽ iugis lectio quã significat pisces: vtiq; sicut ajal nutritũ in aqa. Recte aũt in locusta interpollata lectio: aut mẽdatio: in pisce ꝓtinua designat: q: ille elevatus a terra mox cadẽs deficit in volatu: iste aũq; maris ssatigabiliter puolat. ¶Vel quoq; silueſtre qualẽcũq; in diuinis cultibus delectationẽ designat: mel aũt domesticuz: nõ q̃lemcunq;: sed perfectam z integram: nimirum quia ille solus intelligit: quam magna sit multitudo dulcedinis dei sui: qui se per excessum mentis deserit: z spretis omnibus que mundi sunt: sola celestia concupiscit. Bene autem duo ista vel illa pariter iuncta sunt: locusta. s. z mel silueſtre: seu etiam piscis z fauus mellis: q: due sunt speciales intelligentie circa quas fidelis anima occupari debet. Scientia scilicet exterioꝝ que infra est: z sapientia interioꝝ: que desursum est: z que velut ros mellifluus de supernis descendit. Horum primum specialiter spectat ad filium qui carnem accipere dignatus est. Secundum ad spiritum sanctuz qui hoc non fecit. Sed in die penthecostes facto repente de celo sono descendit super eos qui habitabant in vnum. Re vera sicut vnguentum de capite quod de//

scendit in barbaz:barbã aaron:z sicut ros hermon qui descendit in montem syon. Quare ait primum ad filium qui ꝓpꝛie dictus est sapientia patris? Dictũ est:propter assumptã formaz mortalitatis nostre vbicũqz simul ponunt duo talia:quorum alterum altero maioꝛ sit:quod minus est z despectius:refertur ad xp̃z qui habet in seipso cui possit referri. Quod dignius z clarius:ad spũm sanctuz. Unde est illud.

Ma.12 Quicunqz dixerit verbũ cõtra filium hominis remittet ei. Qui autem dixerit contra spũm sanctum:nõ remittetur ei:neqz in hoc seculo neqz in futuro: Nõ eniz põt

Jo.16. ob hoc filius putari minoꝛ:i hoc qꝺ deus est:cum dicat ipse de spũ sancto. Ipse me clarificabit:qꝛ de meo accipiet. Dz plane hoc de ipso spũ putari posset:si ipe magis qz̃ filius humanam substantiã accepisset. Eo enim ipso spũs sanctus minoꝛ esse filio putaretur:quo dicere ipse non posset de filio qꝺ põt ipse filius dicere de spiritu sancto. Ille me clarificabit qꝛ de meo accipiet. Quare autem non posset hoc dicere

Jo.7. spũs sanctus? Quia veritas est z omnis vt ait dominus qui querit gloriam eius qui misit illum:hic verax est. Neqz enim filius de substantia spũs sancti:sed potius de substãtia patris spiritus sanctus de substãtia patris z filij. Quiavero sic est de patris filijqz substãtia:vt tamẽ minoꝛ eis nõ sit placuit filio accipere sibi in mysterijs: partem inferioꝛẽ:non tñ vbiqz:sed alicubi:nec vt ipse putetur minoꝛ:qꝺ esset ipsi spũi derogari:si a se minoꝛe ipse procederet:sed vt ipse eidem filio equalis esse credat. Preterꝁ quoqz piscis:locuste z ptio z mysterio:qꝛ locusta i sola terra residet:qꝺ est inferius elementum:z vix nisi coactus paululum a terra semotus: mox iterum sesurus consurgit:z hoc ipm in arido: z non in aqua. Qui enim aut sanctarũ scripturarũ notitiam:aut legẽdi consuetudinem nõ habent:terrenis desideriis vehemẽter incũbunt:z si quãdo compellũtur surgere:diu in alto stare non pñt:qꝛ q̃ eos in alto sustineat assiduitatem scripturarũ nõ habẽt. Eodem modo z in zonis:maxima distantia est. Quod.n. inter zonas pelliceas:z zonas aureas interest:hoc differt inter corporis castitatem z mentis. Ibi.n. exterioꝛ hic interioꝛ homoꝛ a carnalibus illecebris custoditur imunis. Ibi cum ad iuroꝛio dei liberum opatur arbitrium:hic operatoꝛ est ipse deus:qui creatoꝛ est omnium:zona ergo aurea:virtus est interne mũditie:firmũ z incõcussum castitatis ꝓ positum spãlis. Dissimilis est autem huic zona pellicea:in perseuerantia: in coloꝛe: in pretio. Illa enim cito deficit z in breui consumitur vetustate:hec in nouitate sui cõseruatur diutius:qꝛ aurũ nature imputribilis est. Illa deformis z vilis est:hec iter pretiosa mundi:carioꝛis est pretij. Sic quãtacũqz sit corporalis iustitia:cõparata spũali:vilescit qꝛ põt carere spũali:q gloriaꝫ imunditia carnis:nõ põt nõ habere corporeaz: qui gaudet animi castitate. Si autem qui custodiẽs initialia bona:ad ea que ante sunt ꝓ viribus inardescit:si priꝰ egredit de hac luce:qz̃ ꝓueniat ad id quo tendit:desperandũ nõ est:qꝛ quod in hac vita non accepit: consequetur in altera. Pro eo nãqz assumpto itinere non respexit retro:z quantũ in se fuit:nõ substitit: sed festine perrexit: querens imperfectus accipere qꝺ perfectoꝛ est z adhuc grauatus mole carnis: perfectionis sue tẽpora preuenire iustus est z bonus deus qui suscipiat illum:cuius est ꝓpriũ nõ tam opa acceptare qz̃ fidez. Qui vero sic in corpore militat vt gressum figat: sufficere sibi posse existimans qꝛ carne sola continens est:parui pendens spiritualem iustitiam: z munditiam cordis:stultus est:quia z illud quod perpetuum est: percipere non est dignus:z illud necesse est vt amittat in quo inaniter gloriatur. Corporalis ergo exercitatio admodicũ vtilis est:spiritalis ad oia ꝓmissionẽ hñs vite eius q̃ nũc est z future. Nõ.n. ait dñs. Beati q̃ corpore

Mat.5 mũdi sunt:z beati mundo corde:qm̃ ipsi deum videbũt. In pelle ergo splẽdoꝛ non est:in auro est:qꝛ illis deum suum videre

conceditur:qui zonis aureis circa pectoꝛa muniuntur:qui fulgoꝛe sapiẽtie qua pascũtur:ad celestia cõtẽplanda z seruanda tra huntur:z quasi potestate regia:imundas a seipsis cogitationes abijciunt. Si ergo de pretio zonarũ agit:patet causa quãdo quidez zona pellicea sola necessitate quis vtitur: zona vero aurea voluntate:quia aliud est timoꝛe pene coꝛporali resistere passioni:aliud amoꝛe glorie proposituz spiritalis mũditie totis mentis nisibus diligenter amplecti. Ut autem hoc a fortiviro virilis quippe fortitudo necessaria est: viriliter ac strenue seruari queant necesse est vt mens eius:sanctis z deo dignis meditationibus implicet. Alioquin vt ruat:

Iudi.16 necesse est:qui abraso interioꝛi capite:fortiter se posse agere:z in voto stare presumit. Quid est abraso capite:z ad qd dixi? Abraso capite:cõtra luxuriã belluz agere: est sine sctãruz meditatione scripturarum ꝓ positũ castitatis interne:quod non parui est laboꝛis:assumere. Hoc nec idiota ipse facere preualet:cui donum istud concedit vel ex parte:qꝛ z si legere elementa muta nõ nouit:illud tñ quod a doctoꝛibus audit:secum indefinẽter z tacite ruminare

Sanson non cessat. De ruina Sansonis.

Ut autem abrasi capitis mẽtionẽ facerez: triste me Sansonis mysterium: sed satis necessarium exempli causa prouocauit ad hoc. In cuius qdem capite consecrato do

Iudi.16 mino:septem crines fuisse leguntur:in q bus cũ esset nazareus dñi:in typo cuiusq cũqz fidelis qui ex proposito cõtinẽter viuit:spũs dñi quiescebat:a cuius cõspectu rumpebantur vincula fugabantur hostes z pro nihilo ducebantur emuloꝛ insidie. Ubi autem crines abrasi sunt:recedente a se spũ:superatus est miles: qꝛ sicut ceteri boiuz infirmus effectus ẽ. Nõ aũt hec scripta sunt vt in eisdẽ capillis spũs fortitudinis fuisse credatur:aut qꝛ spũs inuisibilis: in reb⁹ insensibilib⁹ delectet:sed qꝛ ille in eisdem crinibus designabant virtutes:in q bus spũs sancti gratia a mẽtibus percipitur z sentitur humanis. In septem z enuz crinibus:septẽ virtutes animi que nobis in natura donate sunt designantur:in quibus ac si in cereis vasis mella:septem dona spũs requiescunt:sine quibus forte aliquid agere:fragilitas humana nõ potest. Que recte quoqz:nõ capillis:sz crinibus assimilata sunt:qꝛ tam multiplex est:z q̃si permixta singulorum assertio:tam multa de singulis meditantibus sup ipsis occurrit:vt ea vix lingua exprimere: vix calamus scribere cõprehẽdere queat. Caput ergo Sansonis cõsecratum dño:animum cõtinentis designat:qui dum bona naturalia gratis z ipsa data custodit:dona spiritus sancti:quasi bonus hospes heredi-

Gal.5. tat. Impugnatus est sanson a femina meretrice:impugnatur z hic quottidie a carne peccati in massa vtiqz peccatrice: z in primo quõdam peccatoꝛe:z iustitie deseroꝛe corrupta. Quippe qꝛ z si debituz eterne mortis in baptismate soluit:non illico tamen a penis omnibus z luxurie stimulis homo morti obnoxius liberatur: quia adhuc caro concupiscit aduersus spiritum: z spiritus aduersus carnem. Datur primo gratia vt bonum velimus: deinde vt possimus quod volumus: z tamẽ importuna eius a serpente seducta stimulare viri animum z blanditijs impugnare nõ cessat. Et primo quidem suggestione preuenit occupãs animuz cogitationibus vanis:simplicibus tamẽ z quasi sine dolo z nec dum inhoneſtum aut impurum:aut indecens aliquid ostendẽtibus:veluti si occurrat alio cogitare de muliere qꝺ pulchra sit in simplici coꝛde:z nec tamen duz tale aliquid quod delectet:aut quod turpes motus excitet suspicati. Hec sunt prima Sansonis vincula:hec prima mulieris impie deuitanda ligamina. Deuitãda sunt inq̃z:hec ligamina:z si cito z facilli-

Sisonis prima vincula. me rumpi queant:ne forte insoleſcat mulier z maioꝛa presumat. Secundo si negliguntur prima:apponuntur secunda:tato deterioꝛa prioꝛibus: quanto per ea rigoꝛ animi eneruatus molleſcat. Sane suggestionẽ simplicem immunda cogitatio co-

mitatur. Que si sola cũ illa est: inficit quidem: sed non proficit: q; fortis adhuc animus minatur semine ꝛ eius execrãdis pr̃cibus viriliter contradicit. Rũpunt ergo ꝛ hec vincula: q; adhuc pl̃anti militi fortitudo spiritalis assistit. Si autem demulcenti se femine: vir miser assentit: si carnali delectationi mollis ꝛ sessus animus copulatur: si imunde titillationi non solum: non resistit sed annuit: tam tunc cum quodam litio capilli plectuntur ꝛ eisdem circũligatus: clauus solo infigitur mẽtis terrene: q; pmixtis bonis cogitationibus cũ malis: clauus quidam concupiscentie interrena illa anima radicem figit: quã nisi prius eduxerit amissu quo prevalet: agere iam fortiter: vt pro primo ꝛ secundo non põt: q; veluti lesis crinibus cogitationum sanctaꝝ: ex parte: illi spũs: non ex toto assistit. Unde ꝛ in premissis duabus pugnis a principio excitato a somno describit spiritus affuisse: hic nõ a principio: sed postq̃ a terre viscere clauus eductus ẽ. Sane in quarto bello: non iam crines capitis perplexi litio: sed abrasi leguñ: propter quod ꝛ stare nõ potuit. Cum.n. vsq; adeo prevalet delectatio prava vt ex corde dormientis militis: sanctas ꝛ deo dignas cogitationes excludat: cecatur miser a philisteis ꝛ portatur in gazam: privatur libertate arbitrij: vt iam non ei liceat quod libet: q; presto sunt qui rapiãt: ꝛ presto non est qui eripiat. Quia vero triste Sansonis mysterium in typo miserorum editum occasione capillorꝫ ipsius exponendum assumpsimus: vt q̃z timenda sit ruina viris perfectis: corporalis ille casus Sansonis terribiliter moneat: libet amodo cuz letitia ad novum nostrũ Sansonem: cuius caput ꝛ capilli candidi sunt: mentis gressibus redire: ꝛ eius triumphalem gloriam in exẽplum accipere. Iam sequitur.

Tertia vigilia

Quarta vigilia

T.19 ¶ Caput uero eius & capilli erant candidi tãquam lana alba & sicut nix.

¶ Quare caput eius ꝛ capilli albi esse dicunt? nisi q; sanctus est ꝛ innocẽs vnigenitus dei: q; ẽ caput ecclie: vtpote ex quo oia membra corporalis eius totius vnda sanctitatis perfusa sunt: cuius cogitationes munde sunt: ꝛ iudicia vera iustificata in semetipsa. Unde ꝛ ex psona dei patris p p phetaꝫ dicitur. Non.n. vie mee vie vestre neq; cogitationes mee: cogitatiões vestre q; sicut exaltati sunt celi a terra: ita exaltate sunt vie mee a vijs vestris ꝛ cogitationes mee a cogitationibus vestris. Tanq̃ lana alba: inquit ꝛ tanq̃ nix. Sunt quedam naturaliter: quedam accidẽtaliter alba. Naturaliter: vt lana alba ꝛ nix: accidẽtaliter: vt paries dealbatus. Q; ergo deus omnipotens: naturaliter iustus est: homo accidẽtaliter: dicens capillos eius esse candidos: naturalem albedinem in exemplũ accepit: vt naturaliter deus omnipotens iustus esse credat: non accidentaliter sicut homo. Quippe q; ꝛ si homo xps ẽ: nemo tamen summe bonus nisi solus deus: pater vtiq; ꝛ filius ꝛ spũs sanctus: sola ipsa trinitas vnus deus. Q̃d si septem crines Sãsonis: virtutes naturales vniuscuiusq; nostrũ designant: quid per capillos xpi: q albi sunt nisi dona spũs sancti itelligim9? Aut si ad eius humanitatem referendum est: quicqd exempli causa in hoc loco describitur ꝛ nequaq̃ maiestati divine: que admiranda est: potius q̃z imitãda: sed humane potius est ascribẽduz nature in qua nobis dux itineris factus ẽ: nihilominus tñ iustitia eius lane albe aut niui similis esse phibetur: q; non ex bonitate cõmutabilis nature: sed ex virtute incommutabilis deitatis actum est: vt tanta illa perfectio spiritalis iustitie inseparabiliter esset in eo: apostolo attestante qui dicit. Factus est primus Adam in animam viuentem: secundus Adam in spũm viuificantẽ. Et iterum primus homo de terra: terrenus: secundus homo de celo celestis. Quod si potius naturales virtutes: q̃z spiritales gratie in capillis ipsius candidis accipiendi sunt: liquet q; eisdem mediantibus in eo dona spiritus requiescunt: sicut iam lõ

Esa.11. ge antea: sanctus predixerat Isaias. Egredietur virga de radice iesse: ꝛ flos de radice eius ascẽdet: ꝛ requiescet sup eum spũs domini: spũs sapientie ꝛ intellectus: spũs consilij ꝛ fortitudinis: spũs sciẽtie ꝛ pietatis ꝛ requiesset sup eum spũs timoris domini. Quocirca vigilanter pensandũ est: q; sicut ad imaginem dei creata alia: trinitatis que deus est: sim ilitudinem gerit: ita septem virtutes naturales que in ipsa sunt: septem donorum spiritus sancti imaJo.14. ginem tenent. Ut enim trinitas deus: animam iusti viri presidendo inhabitat: ita septem dona spiritus in naturalibus virtutibus anime vt similes in similibus requiescunt: sequitur.

T.20 ¶ Et oculi eius uelut flamma ignis & pedes ei9 similes aurichalco sicut i fornace ignis ardẽtis.

¶ Si Sanson amissis crinibus: etiaz lumina perdidit: psequens est: vt noster Sãson: cuius caput ꝛ capilli cãdidi sunt oculos habeat sicut flãmam ignis. In oculis: contẽplatiua vita: in pedibus gressus operis designatur. In vtraq; ergo vita xpi: igne spũs sancti accensa est: q; non solum in illis membris gratia spiritus sancti diffusa est: que ad otiuz ꝛ quietẽ vocata sunt vt in conspectu dei sui contemplãdo assistant: verumetiam ꝛ in illis qui exterioribus ministerijs deputant: q̃zuis tanta inter vtranq; vitam differentia sit: q̃zta inter pedes auricalco similes in camino ardenti: ꝛ oculos similes flãme ignis. Sicut enim aliud est: esse simile flãme ignis: aliud esse simile rei manenti in igne: ita aliter actiue vite: aliter contemplatiue spũs sancti gratia presto est9. Sicut aliter in corpore iusti aliter in anima que spũs est: in 1.cor.6. circũscriptus idem spiritus (qui deus est ꝛ charitas) requiescit. Licet enim iustorum corpora templa sint spũs sancti: nõ tamẽ corpora deum sciunt: sed anime quia sicut animabus corpora: ita iuxta illud sancti pape Georgij: nõ rex similem: sed dissimilem dico animas electorum hominum: spiritus omnipotentis dei infundendo vivificat. Sunt ergo oculi Christi velut flãma ignis: pedes vero eius similes aurichalco: sicut in fornace ignis ardentis: quia ꝛ hi qui donãte ipso: gratiã cõtemplandi participãt: lumine sapiẽtie perfusi ꝛ igne charitatis accensi sunt: ꝛ hi qui per eundem spũm: donum patiẽtie perceperunt: per innumeras afflictiones quas patiendo sustinent: ac si aurũ in fornace puriores fiunt. Quia vero sunt nõnulli qui ad vitam cõtemplatiuam hanelant: atq; hoc non ex charitate sz ex vanitate procedit: quod est Leu.13 iuxta mosen albuginem habere in oculo: qualis debeat esse intẽtionis oculus: ꝛ q̃z flãmeus visus eoz qui ad hanc gratiaꝫ domino inuitante festinãt: exemplo oculoz xpi demonstratur cum dicit. Et oculi eius sicut flãma ignis. Sz ꝛ vite actiue probatio in tẽptatione est: sicut per quendã sapientem dicitur. Vasa figuli probat fornax: ꝛ homines iustos temptatio tribulationis: Unde ꝛ apostolum dicitur. Uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Et hoc quare? Quia nonnulli dum de opere suo quod faciunt: inaniter gloriantur: nequaq̃ aurum: aut argentum aut lapides pretiosos superedificant: sed ligna: ferrum: stipulam: que diu stare nõ possunt: ideoq; i camino futuro examinandi sunt: qui ex hac vita sine flagello: nec tamen sine causa flagelli transierunt. Ad iustum ꝛ enim spectat iudiciuz Heb.12 (vt qui non pepercit innocenti vnico) flagellet omnem quem recipit: flagellis obnoxium adoptiuum. Hoc ergo modo pedes Christi in camino tribulationis examinati resulgent: q; tamen vt pati valeant: non aliunde habent: quam de celi virtute. Ut enim ex se anima nihil habet: ita ꝛ siqua illi bona naturalia data sunt: ac si extincte lampades egent lumine: vt per ignem sancti spiritus qui de celo descendit: ignem qui examinat tollerare sufficiat. Unde enim cred.ẽ igne illũ sustinere potuisse Laurentius niñ ex igne spũs sancti: qui eius interiora reple/

uerat? De quo nimiruz igne in cāticis cā
ticoꝝ dicitur. Fortis est vt mors dile/
Cāti.8. ctio. Dura sicut inferus emulatio: lampa/
des eius: lampades ignis atq; flāmarum:
aque multe non potuerūt extinguere cha
ritatem: neq; flumina obruerent illā. Hic
itaq; ignis est: qui supat ignez: sicut in tri
bulatione posita per vocē Hieremie log/
tur ecclesia dicens. De excelso misit ignē
in ossibus meis z erudiuit me. De excel/
so quippe mittit dōs ignem in ossibus ec
clesie z erudit illam: qz que posita in pace
plerumq; leuitatibus inseruit nolens se
ipsam erudire z digna castigatione afflige
re: vt apprehendere: vel coacta: queat di/
sciplinam iustitie: iusto dei iudicio flagel/
latur. Quasi enim de celo ignis mittitur
ad eruditā ecclesiam: cum is qui p mo
do culpe delinquentem flagellat: pro mo/
do flagelloꝝ patientiam celitus admini/
strat. Siue ergo cum petro sequimur do/
minum: siue cuz ioanne contēplationi va
camus: siue inq̄ illaz vitam tenemus que
corpori xp̄i ascribit designata in pedibus:
siue illam que oculis mentis eius magis
cōgruit cuius propīe oculus qui lumen
est corporis: similitudinez gerit: qm̄ deus
quem cōtemplatur animus: vtiq; lumen
est: vtrūq; donum dei est: vtrunq; gratia:
qz sicut ab illo in nobis est: vt similes esse
possimus flamme ignis contemplādo ce
lestia: ita z ab ipso vt possimus sustinere
pressuras: z ob amoꝝ veritatis passionē
subire. Ceteruz qz natura nostra in primo
vitiata parente: veluti de auro puro in au
ricalcum versa est: z ipse xp̄s pro similitu/
dine: z nos pro veritate carnis peccati in
camino tribulationis excoquendi sumus
vt possimus ad antiquam illam puritatē
redire. Sequitur.

T.21 ¶Et uox illius tanq̄ uox aqua
rum multarum.

¶Tanq̄ vox aquarum multarum vox
xp̄i est: qz sicut pluuie multe: sono multi/
plici concorditer sonant: ita cum tā mul
ta sint: diuine auctoritatis eloquia: tam
multi z tam semoti ab inuicem sacroꝝ
voluminum tractatores in quibus loqui
tur xp̄s: in vna tamē veritatis sententia:
z vno sermone charitatis: quod est consū
matio mādatoꝝ: cōueniunt. Sed z sicut
sonus inūdātis pluuie: aut impetus fluuio/
rum per alta precipitia ad loca humiliora
manētium: longius auditur: ita predica/
tio xp̄i audita est in finibus orbis terre: si
cut de sanctis predicatoribus per psalmi/
stam dicitur. In omnez terrā exiuit sonus ps.18.
eoꝝ: z in fines orbis terre verba eoꝝ.
Hec est illa pluuia voluntaria quam segre ps.67.
gauit deus hereditati sue: de qua in episto
la ad hebreos per apostolū dicitur. Terra Hebr.6.
sepe venientem super se bibens imbrem z
germinans herbam oportunam illis a q/
bus colitur: accipit benedictionem a deo:
proferens aūt spinas ac tribulos: reproba
est z maledicto pxia: cuiꝰ consumatio i cōbu
stiōe veniet. Terra sane q̄ accepta pluuia
pro herbis: profert spinas: maledicto est p
xima: qz qui xp̄i predicatiōe percepta: fru
ctuz iustitie proferre negligit: restat vt de
accepta verbi pluuia: grauius in fine iu/
dicetur. Sequitur.

¶Et habebat in dextera sua se/
ptem stellas: & de ore eius gla/ T.23
diꝰ ex utraq; pte acutus exibat.

¶De septem stellis in suo loco dicetur:
hoc est: cum de septez angelis tractare ce
perimus. Gladius vero acutus qui ex ore
xp̄i exibat: ipse est gladius spūs: quod est
verbum dei. Qui idcirco ex vtraq; par/
te acutus esse dicit: qz sicut de eo pie quo/
dāmodo cōqueritur scriptis iob. Justum z
impiū ipse consumit. Consumit enim iu/ Job.9.
stum ne de bono opere glorietur: z bonuz
quod opatus est: elevatus inaniter de iu/
stitia: perdat. Unde z per eundem dicit.
Propter superbiaz quasi leenam capies me
z conuersus mirabiliter me crucias: etiaz
sine causa. Consumit vero z impium: ne
perseueret in malo: z de clementia tempo
rali qua superbe ab vtit: ad eternum sup/
plicium rapiatur. Consumit autem illos

ex ea parte: qua: aut male viuunt: aut ma
le viuere possent: vt desināt in eis q̄ male
sunt: aut esse possent: z maneat in eis qō
dei est: rectitudo z veritas. Debēt quoq;
hoc ipm imitari doctores: z hi quibus re
giminis cura commissa est: dijudicantes
nō solum illos qui sterliter viuūt: verum
etiam illos quos de operibus bonis que
faciunt letari plusq̄ decet: aut presumere
deprehendūt: ne eis appetitus laudis sub
repat: z virtutem boni operis: gloriari in
1.cor.10 seipsis amittāt. Qui gloriatur (inquit) in
domino glorietur. Et hoc quare? quia nō
q̄ semetipsuz cōmēdat ille probatus est: sz
quem deus cōmendat. Sequitur.

T.23 ¶Et facies eius sicut sol lucet
in uirtute sua.

¶Unusquisq; nostrum in spē cognoscit
faciei. Ut ergo xp̄m iesum cuius nos mē/
bra sumus: vnigenitum dei filium esse nō
exo.34. dubites: faciem ipsius in solis considera
claritate. Non.n. sicut quondaz moysi ha
bere similitudinez lune xp̄i facies visa est:
sed potius similitudinē luminaris maio/
ps.10. ris: vt ille esse demonstretur: de quo dicit
psalmista. In sole posuit tabernaculū suuz
z ipse tanq̄ sponsus procedit de thalamo
suo. Hec est enim spēs quam ostendit in
Da.17 monte: cum inter moysen z helyam a tri
bus apostolis visus est. Et hoc quando?
Post dies inquit sex. Quare post sex dies?
Quia sextus ille dies: in quo iesus assum
ptis tribus discipulis ascendit in montē:
nō aliud designat q̄z sextum tēpus eccle/
sie: nec aliud splendor faciei: q̄z apertam z
manifestam notitiam scripturarum. Un/
de z in eodem mysterio sub sexto angelo
tuba canente: angelus vnus de celo descē
dere visus est qui faciem in modum solis
splendidam: z librum apertum in manu
sua perhibetur habere: nimirum qz euan
gelica veritas: tunc in modum solis con/
templantes illuminat cum is qui ex parte
1.cor.13 clausus fuerat liber ex integro aperitur: z
cum illum compleri incipit quod p apo/
stolum dicitur. Cum autez venerit quod
pfectū est: euacuabitur quod ex parte est.
Et illud. Euntes de claritate in claritatē
tanq̄z a dñi spū. Et bene in sexto die quo
tēpus sextum ecclesie sicut iaz diximus de
signatur: qz nimirum omnis pfectio in fi
ne certaminis exhibetur: sicut z per apo/
stolum dicitur Finis legis xp̄s ad salutez Ro.10
omni credenti. Et de charitate per psal/
mistam dicitur. Omnis consumationis ps.118.
vidi finē latum mandatum tuum nimis.
Unde z in hoc loco p missis alijs q̄ supra
scripta sunt vltima sunt de splendore vul
tus dñi mētio facta est: qz vz: post lucē mo
dicam que p mēbra sua terris effudit: siue
per eos qui operantur circa mundana ad
sustentationem: indigētium: z multas p
xp̄i nomine pressuras z incommoda pa/
tiuntur: qui z propter hoc in pedibus xp̄i
designati sunt: siue p eos qui quasi: oculi
xp̄i: lumina celestia cōtem plant: id quod
ad se proprie z quasi spāliter spectat: ipse p
semetipsum indicat: cum complet in no/
bis illud qō p prophetā pollicetur dicēs.
Ecce ego ipse requiram oues meas. Qua
si enim p alios pascuntur oues: cuz ad do
cendas subditoꝝ ecclesias: pastores in po/
pulis eligunt. Cum autē veritatē euange
licam clarificat p spūm suum ad complē/
dā prophetiā qua dī. Post dies illos da/
bo legē meā in visceribus eoꝝ z in corde
eoꝝ scribam eam: z ero eis in deuz: z ipsi
erunt mihi in populum: z non docebit:
vltra vir proximum suum: z vir fratrem
suum dicens: cognosce dominum. Om/
nes eniz cognoscent me a minimo eorum
vsqz ad maximum. Quasi iaz non p alios
dōs: sed ipse per semetipsuz requiret oues Ez.34
suas: z visitat revera illas sicut visitat pa/
stor gregez suū in die quando fuerit in me
dio ouium suarum dissipatarum. Et quia Hier.3
mirabilis est deus in sanctis suis: z longe
mirabilior in maiestate sua: necesse est vt
semetipsum deijciat: qui videre tantam
gloriam extimatur dignus: quia nimiruz
terrena altitudo confunditur: cum celsi/
tudo celestium aperitur: vnde z mox
subditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Et cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.

doloris: sed in oi tpe isto: quo pseuerat edi
ficium templi: & ignis purgatorius aliquã
tos affligit. Justum quippe est vt requie
scant post mortem: qui hic cum adhuc in
carne viuerent: in perturbatione fuerunt.
Duplex ergo donum gaudij percipiunt:
hij qui se tali modo ꝓseruant militie xpi:
qz & hic in successionem heredum sangui
nis seruiant deo die ac nocte: hoc est in p
spis & in aduersis in ministerio templi ei
us: vt per ipsos informent ad patientiam
qui informandi sunt: vnde & qui sedet in
throno habitat super illos: ac sicut ait do
Ma.15 minus: gallina super pullos suos seruans
& protegens illos iugiter a rapacitate mil
uoz: & in seipsis ꝓsumatis doloribus: sedẽ
beatitudinis & quietis acquirunt. Unde &
mox subditur.

T.7. ¶Non esurient, neqz sitiẽt am
plius, neqz cadet super illos sol,
néqz vllus æstus: quoniã agnus
qui in medio throni est reget il
los, & deducet eos ad vitæ fon
tem aquarum: & absterget deus
omnem lachrymam ab oculis
eorum.

¶Tale est: ac si diceretur: qui ardorem vi
te huius sustinuerunt pro xpo egentes: an
Heb.11 gustiati: afflicti: quibus dignus non erat
mundus iamiam collocati in patria habe
bunt presentem regem suum: qui deducet
illos ad fontem vite aquaz: haud dubiuz
qꝫ illaruz aquaz: de quibus ipse iam dixe
rat. Qui sitit veniat & bibat: & de ventre
Joã.7. eius fluent aque viue. Ueruz hic quasi in
peregrinatione: ibi quasi in patria. Quasi
autem xps deducet illos: qz humanitas
ipsius que semp erit presens ante oculos
eoz: vt semp audeant ꝓfidere de bonitate
dei: eternam in eis (vt ita dixerim) dabit

presumptionem. Qõ ergo dictum est in
hoc loco de sanctis martyribus. Non esu
rient: neqz sitient: & cetera que sequuntur:
Matt.5. tale est ac si diceretur. Beati qui esurierũt
& sitierunt: qz saturabuntur. Beati quos
& estus afflixit: qꝫ refrigerij compensatio
nem accipient. Beati qui quondam gemi
tum habuerunt & luctum: qz gaudio sem
piterno & plena letitia pfruentur. Qõ au
tem dictus est dñs abstrrgere lachrymas
ab oculis eoz: non ideo dictum est: qꝫ ibi
sunt lachrymę que abstergantur: sed qꝫ se
mel eoz lachrymis finem ponit: vt consu
matis diebus luctus: sequatur gaudium
sempiternum.

¶De apertione sigilli septimi.

Cap.8. T.1. ¶Et cum aperuisset sigillum se
ptimum, factum est silentium in
cælo quasi media hora.

Loquens euãgelista Lucas de passio
ne Christi: cum mentionem faceret
de sanctis feminis: que respiciebãt locum
Luc.23 sepulture ipsius: adiecit & ait. Et sabbato
quidem siluerunt ꝓm mandatum. Silen
tium sacre sabbati: silentium est vite ꝓtem
Ps.84. platiue. Silent enim sancti ꝓsumatis my
sterijs: vt audiant qd loquatur in se domi
nus deus scientes qꝫ idcirco trãseunt tem
poralia: vt sequantur eterna. Sic & in testa
mento prioꝛi: vbi agitur in libro Esdre de
restauratione hierusalem: mox silent cano
nice hystorie: & omnes pene libri prophe
ci gestoꝛumqz volumina sabbatizant: non
apparente aliquo: qui sicut vsqz ad tẽpus
illud: succederet adhuc in continuatione
edendoꝛ librorum: eo qꝫ prope esset tem
Hier.31 pus beatum: in quo facturus erat dñs no
uum super terraz. Sic igitur & in testamẽ
to nouo: sabbatizare opz sacra mysteria: cũ
ꝓsumata fuerint per ꝓcordiam: que in ve
teri testamẽto gesta sunt: datis singulis sin
gulos apertionibus suis. Et qz dura sunt
corda hominum ad credendum: & obstina
ta vehementer ad fidem: ad increpãdam
impietatez hominum impioꝛ: etiam iura
mento angelus qdam sub sexto angelo tu
ba canente: iurasse describitur: qꝫ tempus
iam nõ esset amplius: sed in diebus vocis
septimi angeli: cum ceperit tuba canere:
ꝓsumaretur mysterium Dei. Erit itaqz &
nunc silentium in celo: qꝫ tempus exponẽ
daz scripturarum ꝓsumatum erit: & cessa
bit huiusce modi labor in ecclesia christi: alz
alio modo predicare non desinãt. ¶Mediaz
autem horam arbitroꝛ vocari tempus il
lud: qõ vocatur in scripturis: dimidium
tpis: qõ. s. tempus quasi septimum erit: re
spectu trium tpum que in sex dimidijs tẽ
porum diuiduntur: siue ꝑm veritatem: sex
menses: siue ꝑm typicum intellectuz: tem
pus illud septimum quod vltimis sex mẽ
sibus designatur.

¶Explicit pars secunda: Incipit pars
tertia Libri.

T.2. ¶Et vidi septem angelos stan
tes in cõspectu dei: & datæ sunt
illis septem tubæ.



Quaz occultus est
sermo dei: antequã
apiat xps. O qz ma
nifestus: cuz lapis q
obsistebat aditui ap
paret reuolutus ab
hostio monumẽti.
Legimus i testõ ve
Još.20 teri: precepisse dñm
Josue intrãti in ter
Josu.6 raz repromissionis:
qtenus septem sacerdotes dñi cum totidẽ
tubis: insonãdo circuirẽt Jericho: precedẽ
te vz exercitu sacerdotes: & sacerdotibus
archam: populo aũt subsequẽte. Dicqz sex
diebus incedẽtes: semel in die clãgebãt tu
bis: & circubãt muros Jerico: quousqz se
ptimo die septies illud idem facientes: ab
hmõi labore circuitionis gescerẽt. Factuz

est qđ tulerat dñs: z ecce in circuitu septimo: septimi diei: muri Jerico corruerunt. Qđ ergo significat illi septem sacerdotes cum tubis suis: hoc significant septem angeli cũ septem tubis que date sunt eis: nimirũ qz z sacerdotes dei: angeli dñi dicti sunt: teste zDmalachia prophetа: qui dicit.

mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt sciẽtiam: z legem exquirent ex ore eius: qz angelus dñi exercituum est. Siue ergo septem angeli in visione ista: siue septem sacerdotes in libro Josue: doctores testamẽti noui qui precones sunt in populo: veritatis designãt: nimirũ qz ipsoz est proprium insonare tubis: hoc est: alta voce proferre spiritualia verba: z vtriq; ꝓcedentia ex angustijs litterе: que significantur in tubis: excitare vel mouere somno torpentia corda hominum: z trepidantia in passione adhortari ad palmam

Josu. 6

¶ zDiro aũt modo ordo ipse bellantium: verbis paucissimis intimatus est: adeo vt sub breui oratione: totius pene summa libri in ꝓcinctu tangatur. Ecce enim precedẽtem exercitum: sequuntur cuz buccinis sacerdotes: quos z segtur archa. Sed z archam segtur cõe vulgus: per qđ ordo generalis designatus est. Nec dubium qđ eũdem exercitum principes populi precedebant: z si eoz in eodem loco non videatur facta mentio: vt trãsacto ex maiori parte signaculo primo: tps scdi signaculi aduenisse videret. Neqz enim in tota prima parte libri huius de aliquare ꝓpte tractãdum occurrit: preterq; de principibus populi: qui sunt prelati ecclesiarũ. Nec in scda preterq; de exercitu sanctoz martyrum: sed neqz in tertia parte: preterq; de angelis tubis canentibus z eoz ꝓflictibus. Sane in qrta parte libri: archę federis dñi: que virginum designat ecclesiam: principalis mẽtio facta est: sicut z in qnta templi tabernaculi: qđ multitudinem electoz hoium in populo prosequenti archam domini figuratam designat.

¶ Considera ista prudẽs lector: z ꝓpende quanti ponderis sit mysterium qđ tam frequẽs est in diuina scriptura: tam solẽne z inclytum: in canonicis libris. Qz vero de ruina Jerico mentio inter cetera facta est: libet ruine huius pscrutari mysteria: vt ex his que in vna ebdomada gesta sunt: qz in sexta etate mundi actum sit: vel agendum contemplari possimus. Per sex dies sacerdotes dñi: semel in die vrbem circumeunt z reuertuntur ad castra: qz per singula sextorum: que vsq; ad sexti sigilli aptionem in labore peranseũt: doctores sancte ecclesie: mundi predixere ruinam: z tũ adhuc mũdus in sua stabilitate pdurat. Quasi enim singulis diebus manentibus in soliditate sua muris: sacerdotes reuertunt ad castra: cuz nõ valentes doctores presens ostẽdere qđ predicunt. Ipsi quoq; qui predicũt ruinam mundi: cogunt sicut z ceteri: presentis vite oneri colla subire. Septimo vero die: non semel: neqz bis circuierunt vrbez: sed septies idipsuz iterãdo fecerunt: z hoc ipsum in clangore solẽni: atq; in ipso septimo circuitu: in quo sacer septenarius numerus ꝓfunatus est: muri Jerico corruerunt: qz sub septimo angelo tuba canente adesse excidium regni mundani: doctores sancte ecclesie: vna voce predicãt: idq; iaz momentis assiduis: ac si gallus positus in aurora: instantius pre solito crebriusq; clamabunt. Nec illud moueat qđ in precedẽti parte libri sub aptione sigilli septimi silẽtium in celo factum esse narrat: qz illud dictuz est quo ad predicationem hystoricaz: z ꝑm quam euangelium xpi in sex tpibus laboriosis annunciat mundo: in septimo autem erit quies: istud quo ad spiritualez intellectum: qui qdem ꝑm partem in sex illis tpibus declaratus est in spiritualibus viris: ꝑm vero plenitudinem suã: non nisi in septimo manifestus erit: cum vz inimici crucis xpi ꝓuertent ad ipsum: cognita spiritus veritate: haud dubium qz ad predicationem eoz: de qbus dr in Daniele. Docti in populo docebunt plurimos. Et notãdum qz nõ corruerunt muri Jerico:

Baſi. 8

nisi in septimo vel post septimum circuitum: z quasi (vt ita dicaz) in ꝓsumatione diei: qz completis septem tpibus ab incarnatione dñi: cum ruina Antechristi: ruet pariter presens mundus: electi autez obtinebunt illam requiem septime: z ad vltimum octaue etatis: quaz repromisit deus diligẽtibus se. Etenim septem illa tpa: sub sexta priment etate: qua ꝓsumata: ruet mũdus cum habitatoribus suis: z incipient regnare veri filij israel. Quantum ergo ad hystoricum sensum qui spiritualem obumbrat intelligẽtiam: adueniente septima aptione: silentium erit in celo. Quãtum vero ad spiritualem intellectum: tunc magis

Esa. 35. Exo. 24 apientur ora mutoz: z lingue infantium erunt diserte. Unde z in Exodo scriptum est. Cum ascendisset zMoyses in montem Synai: operuit nubes montem: z obumbrauit gloria dñi sup Synai: tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eum dñs de medio caliginis. Sex quippe diebus deus oipotens montem Synai caligine texit: qz donec compleant sex tpa: de qbus sepe loquuti sumus: tam vetus testamẽtum: qđ nouum: littere obscuritas ac fi quedam nubes obumbrat: adeo vt doctores ecclesie designati in zMoyse: nõ possint videre interim filia dei: nisi per speculum in enigmate. Septimo autem die vocauit dñs zMoysen de medio caliginis: z inuitauit ad cernẽdam lucem: que ipse est: qz cum tps septimi angeli tuba canẽtis adueneritt: videbunt hoies de deo suo: multa que hactenus latuerunt: z agnoscentes veritatem dei: a labore quiescent. Et qdem a sexto tpe sicut ostenderetur inferius: claritas hec aliquibus apparere incipiet: nec tũ eo modo quo in tpe septimo: qz qđ priue per paucis ꝓceditur: vt testimonium phibeat veritati: paulopost apparebit multis: vt totius dubietatis auferatur obscuritas. Nisi eniz vsq; modo: z vsq; ad tps septimi angeli tenebre essent sup faciez abyssi: nequaq;

Gene. 1 tot hereticoz species p singulos angelos ad ꝓflictum venirent: qz ꝓfecto ille errat a veritate qui non intelligit scripturas z virtutem dei: qui nescius semitas mysteriorũ dei: ignorat vnde veniat: aut quo vadat. Unde z quibusdam hereticis veritas mat. 22. ipsa dicit: Erratis: nescientes scripturas: neq; virtutem dei. Igitur ignorãtiam: matrem esse ꝓstat erroris. Sed tũ veniale est: si non defendit aliquis errorem suum: si querit qui se arguat z reducat ad viã. Qđ qz facere noluerunt alicq: ꝓuenerunt in sectas: z ꝑm ea que scripta sunt in hac tertia parte preliaturi aduersus pios doctores: ac si equi ꝓparati ad preliuz instinctu diabolico iniere certamen. Sequitur.

Et alius angelus venit & stetit ante altare habẽs thuribulum aureum in manu sua: & data sũt ei incensa multa: vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum, quod est in conspectu dei. Apo. 8. 3.

¶ zMemorari oportet in hoc loco quod premissum est de septem partibus: in principio libri. Diximus enim qz singule quinque partes: sic sunt certis specialiter deputande tpibus: vt tũ generaliter ad omnia septem tpa referant. zMysterium ergo predicationis dñice vnde sumpserit principium: ex verbis suprascriptis luculenter apparet. Angelus sane iste qui obtulit sacrificium deo patri: ille est sacerdos magnus q constitutus est a Deo ꝑm ordinem zMelchisedech vt esset Pontifex in eternum. De quo videlicet Angelo per Prophetam scriptum est. Et statim veniet ad templum sanctuz suum dominator quem vos queritis: z Angelus testamenti quem vos vultis. Thuribulum aureum quod habuit in manu sua: significat Sacrum Corpus quod assumpsit ipse de Virgine: vt haberet in semetipso quod offerret pro nobis z daret deo viuo z vero incensum z libamen oationum nostrarum. Qđ vz thu-

Hebr. 6

zMal. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribulum aureũ:bene in manu sua habere angelus dictus est:q̃ in cuius manu sunt oẽs fines terre:erat haud dubiuz z corpus eius:vt duceret illud quo ipse vellet z vte reꝛ eo pro arbitrio suo. Altare aureum an te qd̃ stetit angelus vt offerret incẽsuz:par uum illum designat iustoꝝ numeꝝ qui de veteri testõ collectus erat:quiq̃ de aduen tu ipsius angeli ꝓphetando prediꝛerat:z vsq̃ ad passionem z ascensionem ipsius in
Esa. 9. aliq̃tis electoꝝ reliquijs:plueraꝛe dona tus est:vt non priꝰ deficeret Judeoꝝ ele ctio:q̃ gentium multitudo (que ambula bat in tenebris) videꝛ lucem magnam cõ uerteꝛet ad deum. Ex illo numero fuerũt illi cẽtum viginti:q oẽs viderunt xp̃m:in mũdũ aduenisse:z in p̃tia ecclesie:crucis suppliciuz ptulisse. Unde z ante altare au reuz stare angelus dictus est:q̃ in ꝓspectu illius ecclesie passus est xp̃s:que prius etiã q̃z idem xp̃s veniret in mundum: per le
ps. 79. gem z circuncisionem:in fide vnius dei z ꝓfessione pmansit. Unde z eidem ecclesie per psalmistaz dr. Dux itineris fuisti in cõ spectu eius. In ꝓspectu q̃pe ecclesie:dux itineris xp̃s fuit:q̃ vt iter passionis osten deret:per qd̃ itur ad deuz: nõ in clanculo z seorsum passionem subijt:sed in ꝓspectu ecclesie crucifixus est. Oportuit enim illũ exaltari in cruce vt videretur ab oibus:z morsus serpentinus qui occidebat incau tos:eius potentia curaꝛet. Stetit ergo an gelus ante altare:z incensum sibi datum a multis:obtulit soleniter deo patri:q̃ vota z suspiria iustoꝝ oium:in eo vniuersaliter collecta sunt simul:vt ea ipse offerret in cõ spectu altissimi. Qui enim volunt preces suas coram regia effundere maiestate:talẽ sibi aduocatum inuenire desideraꝛent: qui ꝓ merito bonitatis sue audiatur a rege:
1. Tbi. 2. z cuius nõ aucteꝛ faciet ad ea que postu lat impetrãda. Sic z vniuersi viri iusti te stameti prioris:magnum hũc sacerdotem affutuꝝ expectabãt in mũdum:qui fieret mediatoꝛ inter deum z homines:z esset aduo catus ꝓ peccatis eoꝝ. Unus est aũt ange lus:vnum thuribulum:sz incensa multa. Unus est mediatoꝛ dei z hoiuz xp̃s iesus: vnum coꝛpus eius qd̃ traditum est ꝓ no bis:vota aũt z orationes iustoꝝ multe: q̃ multi sunt fideles:z multe catholicoꝝ ec clesie. Sed quare sup altare? Q: nõ solum passio xp̃i ꝓfuit nobis: ad pulsandas pro peccatis nostris:aures miserationis diui ne:verũ etiam fides z merita precedẽtum iustoꝝ:quoꝝ noia scripta sunt in libꝛo vi te:z opera ꝓsignata in ꝓspectu dñi:necnõ z suffragia illoꝝ z preces:non q̃ non sufficiat ad oia xp̃s:sz factus hõ pro salute no stra:voluit in ope pietatis:ptos hoies ha bere ꝓsortes. Non enim solus xp̃s intercedit ꝓ nobis:z si solus obtineat:qd̃ alij nõ meretur:nec solus est aduocatus nr̃ apud patrem:verũ etiam cum ipso z per ipsum: oium iustoꝝ:qui nos in regno dei precesserũt:cohortes. Alioqn si hoc non est:decipi tur (qd̃ absit) z errat vniuersa ecclesia:que quottidie sanctoꝝ suffragia ꝓficẽter expo stulat: vt ipsi qui iam sunt reputati inter amicos dei:intercedãt pro nobis ad dñm deum nostꝝ. Nec alienum est ab hac fide: q̃ illoꝝ veneradas reliquias in sacris alta ribus collocamus:sciẽtes illud qd̃ ipse ait. Joã. 12
Volo pater:vt vbi ego suz:illic z minister meus sit. Quo circa sup altare oblata sunt incẽsa z susceptа ab angelo: cui data sunt: z fumus incensoꝝ ascẽdit in ꝓspectu dñi: q: gratia dñi nostri iesu christi singulari z multiplici sanctoꝝ intercessione actuz est: vt gemitus z preces electoꝝ oium:pueni rent ad deum:z absoluerentur a peccatis eoꝝ. Dum enim pueniunt simul in vnuz: incensum qd̃ offerꝛ z ignis:fumus pariter z calor ex vtroq̃ ascẽdunt:q: duo sunt:vz precepta charitatis:amor. dei z proximi: quoꝝ altero hic in thure:altero designatur in igne. Sz aũt z illis electis:qui iam nũc in patria collocati sunt:z illis quos adhuc presens seculum in carne retinet:vtrunq̃ donuz spiritus presto sit:nec hi tñ qui sunt in exilio:spectionem amoris Dei: sicut in patria habere possunt: nec illi qui sunt in

patria illa eo modo quo in exilio isto effectum amoris ꝓmiis ostẽdere queunt: q illoꝝ est magis compati miseris:qui ad huc ex aliqua parte,eãdem sentiunt passio nem. Quo circa vt ꝓpietas amoris proꝛi mi designati in hoc loco in thure:illis qui sunt adhuc in incolatu isto aſcribiꝛ:ita ꝓ prietas amoris Dei designati in igne: illis qui sunt in patria attribuenda est. Quasi autem sup altare offerunt viri iusti incen sa: vt in igne altaris succendantur simul cum his qui ꝓstituti sunt ad intercedẽduz pro populo:oꝛant pro eo sanctos Dei:qui iam sunt mole carnis exuti:vt ipsi interce dant pro eis apud oipotentem deum:sciẽ tes q̃ tãto facilius possunt impetrare que postulant: quanto accensi igne charita tis dei:vnus cuz eo spiritus facti sunt. De niq̃ incensoꝝ oblatio:que nõ posset per se ipsam resolui in odoreꝛ fumi:per virtutez ignis qui leuioris est nature:rapiꝛ in sub limeꝛ z veluti quedam leuis nebula eleuaꝛ in altum. Sicsic dum fidelis oratio eoruz: qui z si diligunt ꝓximos:tñ adhuc carnis mole grauantur:iungitur illoruz orationi qui iamiam ꝓstituti in plenitudine liberta tis ardent ꝓfectius amoꝛe dei: accidit:vt vtraq̃ simul oratio pueniat ad clementez deuz:z exaudiatur altera per alteram:duz due incipiunt esse vna. Confert ergo ali q̃ altare:ꝓferunt z incensa:sed nihil sine
1. Cor. 3. angeli mysterio: nihil sine opere Jesu: q neq̃ qui plãtat est aliquid:neq̃ qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Nam se quitur.

E. 4. ¶ Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo.

¶ Incẽsa sunt orationes in humana mente ꝓcepte. Fumus est ꝓfessio orie: de qua di
Ro. 10. cit apostolus. Ore autem ꝓfessio fit ad salutem. Est aũt ꝓfessio peccati: de qua dicit apostolus Jacobus. Cõfitemini alterutꝝ
mat. 3. peccata vestra:z est ꝓfessio laudis: de qua dicit filius patri suo. Confiteoꝛ tibi pater: dñe celi z terre. Ipse ꝓsiteꝛ:ipse oꝛat:ipse interpellat pro nobis: z offert illi incensa oꝛationum nostraꝝ. Nec interuallis tpũm eguit ad offerendas singuloꝝ oꝛationes: sed semel fecit hec qui potest oĩa:inꝛoiens per semetipsum semel in sancta eterna re
Hebr. 9. demptione inuenta. Quo circa fumus in censoꝝ ascendere in ꝓspectu Dei de manu angeli dictus est:q: per opus pietatis z iu stitie quod operatus est Ihesus: actum est: vt oratio miseroꝝ (qui nihil per se) poterant promereri perueniret in conspe ctu dei:omnibus quidem quiescentibus: z vno sese opponẽte pro multis. Sed post quam angelus incensum obtulit:quid ad huc fecerit:audiamus.

E. 5. ¶ Et accepit (inquit) Angelus thuribulum & impleuit illud de igne altaris & misit in terram.

¶ Unigenitus dei filius thuribulum ac cepisse dicitur: q: coꝛpus quod pro nob s moriendo posuit:resurgẽdo suscepit. Hoc est enim illud quod ipse ante prediꝛerat.
Joã. 10 Nemo tollit animam meam a me:sed ego ponam eam:z ego iterum sumo eam. Qõ autem dicitur idem Angelus impleuisse thuribulum de igne altaris: magna que stio est:ne quis putet hominez Christum Jesum:tunc primo accepisse spiritum san ctum:quando resurrexit a mortuis:preser tim q: eodem die legitur insufflasse aposto lis ac dixisse. Accipite spiritum sanctum: quoꝝ remiseritis peccata: remittuntur eis. Sed multa sunt que notari oporteat: Joã. 20
quare hoc dictum sit:vt intelligatur illud quod Joãnes ait. Spiritus nondum erat Joan. 7
datus: q: Jesus nondum fuerat glorifica tus. Quãdo autem glorificatus est? Haud dubium:q̃ in die paschе:in quo z resurre xit a mortuis. Unde scire q̃ ita est? Eludi ipsum dominum cum duobus discipulis die ipso:loquentem z arguentem eosdem discipulos: ac dicentem. O stulti z tardi corde ad credendum in omnibus que lo quuti sunt prophete. Nõne hoc oportuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

pati Christum ⁊ sic intrare in gloriam suam? Die namq; illo introiuit in gloriam suam: ⁊ mox promissionez quam accepit: effudit sup electos suos effusionis adhuc plenius in die Pentecostes bis sane sub eodem tempore glorificatus est Christus: bis promissionem quaz accepit effudit. Primo cum resurgens ab inferis: venit ad superos: secundo cum cernentibus suis remeauit ad celum. Et primo quidem cum adhuc esset in terra: dedit illis spiritum velut e terra: secundo cum resideret in celo: eum quasi de celo plenius ⁊ solemnius misit. Quare autem non prius: sed postq; glorificatus est Christus: nisi quia nolebat hoc facere tempore humilitatis sue: ne prius videretur querere gloriam suam: q; impleret ministerium humilitatis: pro quo ⁊ venerat in hunc mundum: sm q; faciunt illi qui volunt gloriari ante tempus: nolentes per tollerantiam passionum esse imitatores patientie Christi? Si enim prius ostenderet omnipotentiam suam: quomodo sustineret obprobrium passionis: quãdoquidem si cognouissent eum homines: nunquam regem glorie crucifixissent. Ergo ⁊ qui volunt videri sancti anteq; sint: appareat q: nolunt vituperari ⁊ despici ab hominibus sicut Christus: sed magis gloriari ⁊ extolli: vt se ostendant esse membra illius: de quo dicit Paulus. Qui extollitur ⁊ aduersatur supra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur: ostendens se tanquaz sit deus. Abutuntur autez qui eiusmodi sunt auctoritate illa domini dicentis. Ut videant opera vestra bona: non attendentes q; non ait dominus. Et glorificent vos: sed glorificent patrez vestrum qui in celis est: nec memorantes illius sententie qua dictum est per Psalmistam. Dominus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt: quoniaz deus sprevit eos. Me autem fingant se non posse capere diuersitatem sententiaruz: non sunt contrarie sententie iste sicut ipsi putant: sed cum quasi per triginta annos: ⁊ eo amplius operati fuerint omnem iustitiam coram solo deo: id est quousq; fint fundati ⁊ radicati in omni humilitate. Siquidem per triginta serme annos occultauit idem dominus gloriam suam: tunc sciant licere sibi ostendere hominibus opera sua: ⁊ hoc ipsum non repente: sed paulatim sicut fecit idem magister verus qui de celo descendit: vt videant homines opera illorum bona: ⁊ glorificent patrem suum qui in celis est. Sed ⁊ tunc summopere caueant sibi: ne se putẽt: aut ostendant habere aliquid quod nõ acceperint: sed studeant imitari hoiez Christum Jesum: cui dictum est per Psalmistam. Ascendisti in altum: cepisti captiuitatez: accepisti dona in hominibus: ⁊ de quo dictum est per Petrum in actibus apostoloz. Dextera dei exaltatus: ⁊ promissione spiritus sancti accepta a patre: effudit hũc quem vos videtis ⁊ auditis. Ita autem dictus est filius accipere aliqd a patre: etiaz sm q; deus est: quomodo dicit ipse de spiritu sancto. De meo accipiet: ⁊ annunciabit vobis. Secundum vero q; est homo: lõge alio modo dictus est accepisse dona spiritus sancti: ad hoc vt effunderet in membra sua: non q; ipse non habeat adhuc qõ daret: q; spiritu sancto erat repletus ex vtero matris sue: immo qui habebat illum semp in se sicut spiritum suum: sed vt auctrix donationis intelligat diuinitas que dat omnibus affluẽter ⁊ non improperat. Si enim sm diuinitatez suam a patre suo se dicit habere id quod hz: qñ ab ipso est: quãto magis sm humanitatem dicendus erat: hoc vel illud accepisse a patre: ostensa qdem infirmitate nature nostre: quam accepit a matre: sz nõ excluſa auctoritate glorie: quaz ipse sicut deus oia potest cum patre. Tanta nempe est auctoritas patris: vt nil credatur habere filius: qõ non habeat a patre: tanta equalitas filij: vt oia que hz pater: eque sint filij: vt ⁊ patris. Si autem omnia que hz pater: eque sint filij: vt ⁊ patris: quare dictus est filius accepisse temporaliter promissionem a patre: nisi vt intelligat manere semp in celis: qõ fieri pro salute nostra semel est dignatus in terris? Non solum autem: verumetiam vt qua reuerentia debeat mortalis homo honoris sui culmen attendere: exemplo tanti magistri prouidenter agnoscat ne quando per malum ingratitudinis eleuatus: corruat: ⁊ sequens eum qui de celo cecidit: similem per superbiam patiatur ruinam. Quid (inquit) Apostolus habes quod non accepisti? Si autem acceperis quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc enim fecit ille qui non stetit in veritate: ⁊ ideo de bono Angelo: factus est Diabolus: ⁊ Sathanas: volens obtinere tyrannide quod noluit humiliter possidere. Sicut ergo vnigenitus Dei filius: non pro se baptizari voluit: sed pro nobis: nec pro se vidit spiritum sanctum super se venientez: sed pro nobis: nec pro se subijt crucez: aut resurrexit a mortuis: sed pro nobis: ita nõ pro se dictus est accepisse promissionem hanc a patre: sed pro nobis: quibus accepit: vt sciamus quo ordine: ⁊ quibus gradibus eundum sit nobis de virtute in virtutem: accipientes in singulis dona spiritus: quousq; ipsi quoq; sublimati in altum: possimus ex ipso ⁊ per ipsum discipulis veritatis: effundere verba vite: ⁊ amantibus vnitatem: doctrinam impendere spiritualem. Cum enim fideles quiq; baptizantur in Christo: tunc incipiunt habere id quod designatum est in Columba Columbe siquidem in principio mundi: sicut ⁊ Aues cetere de aque substantia processerunt. Columba igitur siue aqua: simplicem que decet simplices ⁊ adhuc in Christo paruulos: doctrinã designat: (hoc est): illaz doctrinam: quibus instituuntur qui paruuli sunt in Christo: non quidem in verbis spiritalibus: sed sm hystorie veritatem. Cum autem incipiunt esse viri ⁊ apti ad doctrinam spiritualem: sm eius doctrine modum: que vocatur typica vel moralis: tunc incipiunt habere magnum illud donum: quod designatum est in insufflatione domini: que facta est ad Apostolos in die Pasche. Cum vero deserentes semetipsos: rapiuntur supra se ad contemplanda celestia: vt aliquid de igne amoris Dei: incipiant in spiritu persentire: ⁊ ipsa que sentire donantur: conceduntur digne eloqui preparatis ad ignem veluti scintille ardentes egrediuntur ab eis: quibus corda audientium inflammentur: eo q; non ipsi sint qui loquantur: sed spiritus Jesu qui loquit verba sua in eis. Non enim (inquit) vos estis qui loquimini: sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Probatum est hocipsum in verbis Petri: de quo dictum est in Actibus Apostoloz. Adhuc loquente Petro: cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum eius. Hec igitur est causa mysterij: cur Dominus noster Jesus Christus dictus est quibusdam certis temporibus accepisse Spiritum Sanctum qui eum semper habuit in semetipso: quatenus qui Dei ⁊ hominum mediator erat: hoc videretur petere propter nos: homo. s. propter homines a patre Deo: quod ipse sm q; Deus erat: habebat cum eodem patre ante omnia secula. Ut enim de vsu humano aliquid loquamur. Si filius alicuius Regis haberet ex parte matris fratres aliquos vterinos: qui non sibi attinerent ex parte Patris: non posset illis filius absq; voluntate ⁊ licentia Patris: paternam communicare substantiam: ⁊ eos sibi in possessione paterna facere coheredes. Ut si motus pietate carnis sue cuperet eos sibi facere coheredes: rogaret vt sibi Pater largiretur in Fratribus: quod ipse iure hereditario possideret: feliciter in semetipso: reputans sibi ipsi: quicquid pro eis acciperet ipse sibi. Petijt ergo filius pro Fratribus suis: ⁊ accepit quod petijt pro eisdem: vt videlicet: sibi Pater largiretur in Fratribus: quod iure hereditario haberet in semetipso: reputans (vt iam vixi) sibi ipsi donata

I. cor. 2.

Rthes. 2

Jaco. 1.

Joã. 8.

Joã. 1.

I. cor. 4

Joã. 20

mat. 10.

Act. 10.

Universidad de Deusto
Biblio

quicquid p̄o eisdem fratribus accepisset a patre. Si enim ſm q̄ ipse dicit in euangelio. Omnis qui petit accipit: t omnis qui querit inuenit: quāto magis ipse filius nō potest fraudari a p̄ece ſua: qui quaſi vnigenitus amatur a patre? Nec loquēdo ſicut nos facimus: petit ſuper hoc filius patrez ſuum: ſed petitiu ipſius: compaſſio ipſa eſt qua compatitur nobis tangz corpori t carni ſue: t exauditio patris eius eſt complere filij voluntatem. Bene ergo dictum eſt per pſalmiſtam. Accepiſti dona in hominibus: q̄ qui in ſe habebat oia ſicut deus: in nobis accepit aliquid ſicut homo: vt eſſet p̄mogenitus in multis fratribus. Quo circa t ſi thuribulu aureum: corpus illud Chriſti ſignificat: quod tertia die reſurrexit a mortuis: t die quadrageſimo aſcēdit in celum: nihilominus tamen duodecim viri quos idez ſummus paſtor t verus pōtifex operis ſui vicarios eſſe fecit: cuz ipſo pariter in hoc myſterio intelligendi ſunt: vtpote qui ante omnes cōmortui fuerunt cum ipſo t coreſuſcitati a mortuis: quicz cum eo aſcendente in celum pariter aſcenderunt: ita vt ſecuri ex eo tempore dicere poſſent. Noſtra autem ꝓuerſatio in celis eſt. Ergo t ipſi p̄mi diſcipuli igne ſpiritus ſanctirepleti ſunt: ſm q̄ t apparuit in die p̄thecoſtes q̄n apparuerūt illis diſpartite lingue tangz ignis: ſeditq; ſup̄a ſingulos eorum. Tunc inq̄z repletum eſt thuribulum igne altaris: vt effunderetur in terram: quatenus in omnez terram exiret ſonus eorum: t in fines orbis terre verba eorum. Non ergo ſic ſimpliciter eſt accipiendum id quod dictum eſt per pſalmiſtam. Aſcendens in altum cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hoibus. Nec illud quod dicit Petrus. Dextera dei exaltatus: t repromiſſione ſpiritus ſancti accepta: ſicut nec illud quod dicit euangeliſta. Jeſus autem plenus ſpiritu ſancto regreſſus eſt a Jordane: quaſi tunc p̄mo repletus fuerit ſpiritu ſancto: q̄ quod ſpiritualiter dictuz aut factum eſt: ſpiritualiter eſt t intelligendum. Spiritus (inquit) dominus eſt qui viuificat: nam caro non p̄odeſt quicquaz. Et apoſtolus. Littera occidit: ſpiritus autem viuificat. Dixerat dñs Judeis. Qui manducat carnem meam t bibit ſanguinem meum: habet vitam eternam. Quod cum audiſſent multi diſcipulox: abierunt retro non intelligentes q̄ diceret panez t vinum tranſibſtātianda ſpiritaliter in corpus t ſanguinem ſuuz: ſed putantes ſe carnem domini ſimpliciter manducare: t ſanguinem ſimpliciter bibere. Eodem modo accidit multis non intelligentibus: quid ad q̄d quare dicatur: nec valentibus ſcrutari verba ſpiritualia: eo q̄ animalem habeant intellectum. Unde apoſtolus. Animalis homo: non intelligit: que ſunt ſpiritus dei. Quapropter qui ſpiritualis eſſe cupit: oz verba t opera xp̄i: ſpiritualiter intelligere: ſm q̄ ipſa verba vel opera: ſpiritus t vita ſunt: quatenus per ea que picuntur ſm litteram: alia que ſint ſimilia ocius q̄z eadem intelligere ſtudeat: t de his que figuraliter dicta ſunt: ad ipſam ptingere veritatem. Non ergo tam pp ipſum Chriſtum dictuz eſt a Petro. Dextera dei exaltatus t p̄miſſione ſpiritus ſancti accepta a patre: effudit hunc quem vos videtis t auditis: cum pp ſummam vnionem qua vna ꝑſona eſt xp̄s in duabus naturis: nō poſſet non habere humanitas eius: quod habebat diuinitas: ſed ꝓpter eos in q̄bus accepit: niſi forte dicat aliquis: ita eſſe accipienduz q̄o: illud q̄d ait idem dñs de ſpiritu ſancto. Ille me clarificabit: q̄ de meo accipiet: q̄zuis t hocipſum reſolutione indigeat: cur ille de futuro accipere aliquid dictus eſt: qui ſemp cum patre t filio hz omnia ſicut deus: vt vz: non p̄o ſe dictuz accipiatur: ſed p̄o his q̄bus acciperet ad annunciandum fidelibus: ſicut quondam apoſtolis qui p̄dicare in gentibus miſſi ſunt. Aut ſi hoc ad eternam acceptionem referri poteſt: quod de tempore futuro dictum eſſe videtur: cur non eodem modo id quod in Chriſto de preterito

Luc.10
ꝑs.67.
ꝑhil.3.
Actu.2
ꝑs.18.
ꝑs.67.
Actu.2
Luc.4
Joh.9. 2.cor.3.
Joh.5.
Actu.2
Joh.16
1.cor.3.

ꝑs.67. dictuz eſt. Accepiſti dona in hominibus: de eterna acceptione dictum ſore accipiatur. At illud nolunt aliqui accipere de tē porali acceptione: q̄ ſpiritus ſanctus deus eſt t non hō: iſtud volunt accipere de tpali: q̄ filius dei vnigenitus: t deus eſt t hō: nō attendentes q̄ in ſimili cā dicti: ſimilis ſit cā dicendi. Quo circa ſi illud de eterna acceptione dictum eſt: t iſtud. Si illud de tpali: t iſtud. Si autem de temporali acceptione dictum eſt vtrūq; q̄ verius creditur: cum ſtare hoc non poſſe videatur ſimpliciter de ſpiritu ſancto: fatea mur vtrūq; ita dictum: quō ſuperius dixi mus: vt oz: nec p̄o filio: nec p̄ ſpiritu ſancto dictum eſſe credamus: ſed p̄o hijs q̄bus accepit vtrūq;. Uel̄ hoc p̄o thuribulo aureo: q̄ dictus eſt angelus accepiſſe t impleſſe igne altaris: t miſiſſe in terram. Ubi t illud quoq; nō incōgrue queritur: cur non abſolute: de igne impletuz eſſe dicit: ſed de igne altaris: tangz ſi alterius eſſet donum ſpiritus ſancti: t nō eius a quo idem ſpiritus: t bona cuncta procedunt. Sed vt fateamur verius: t eius eſt qui dedit illud: t eius cui donatum eſt: nimiruz q̄ t altare cui donatus eſt ignis eius qui dedit ignem: ac per hoc t q̄ donatū eſt: eius eſt qui dedit: eſt t id cui donatuz eſt: eius efficitur a quo accepit. Dat pater filijs: t ſponſus ſponſe: t tū q̄ datur illis: ipſi relinquit a quo datur: q̄ non dat alienis: ſed ſuis: t tam id q̄ datum eſt q̄z hijs q̄bus donatum: in eius ſunt poteſtate qui dedit. Et tū vult pater ſiue ſponſus: vt eorum eſſe potius dicat q̄z ſuum: quatenus t p̄cepta munera amoreſſi foueāt accipiētis: t fotus muneribus amoris in largitoris affectibus inardeſcat. Ignis ergo iſte diuinus quem dei filius miſit in mūdum: altaris eſt in quo t ſeruat: q̄ acceſſio t infuſio ſpiritus ſancti: que facta eſt ſub teſtamēto veteri in partū rebis t ꝓphetis: nō eſt in aduentu dñi exinanita: ſed aucta non euacuata: ſed amplificata. Ignem (inqt) veni mittere in terram: t q̄d volo niſi vt accendatur? Noz autem ignis iſte verba ſpiritualia charitate flāmantia: t idcirco ſanctis apoſtolis lingue ignee apparuiſſe leguntſi q̄dem ignis iſte nō modo ardet: ſed t lucet: q̄ charitas dei que diffuſa eſt in cordibus noſtris p̄ ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis: nō ſolum accendit nos in dilectione dei t p̄ximi: verumetiam illuminat vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. Erāt autem lingue iſte abſcondite in altari: q̄ in cordibus t libris ꝓphetaz: latebant ante aduētum dñi ſpirituales intellectus: quos nobis ſicut in prima parte libri p̄diximus: patefecit primo dñs in diſcipe: q̄n aperuit diſcipulis ſuis ſenſum: vt intelligerēt ſcripturas. Od̄ ſi fideli numero illi iuſtorum credita ſunt prima eloquia dei: t in illis ſpiritualia verba latebāt: liquet q̄ de doctrina data ſanctis p̄o phetis: ſumptum eſt: t miſſum in terram: non ſm litteram que occidit: ſed ſm ſpiritum qui viuificat. Sic de ſpiritu dñi Moyſi abſtulit dñs: t dedit ſenioribus iſrael: quo p̄cepto ꝓphetare ceperunt: t effici doctores in populo. Sic t Joſue filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapiētie: q̄ Moyſes imposuit ſup eum manus ſuas ſicut ſpiritus Helye requieuit ſup Helyſeum: t factus eſt prophetaꝝ in iſrael. Spirituali ergo doctrina miſſa in terraz: hoc eſt in cordibus humanis: que terre bone t optime ſimilis eſſe perhibetur: facta ſunt tonitrua t voces: t fulgura: t terremotus. Ita enim in ſequentibus dicitur.

Luc.12
1.cor.3.
Num.11. deu.34
1.6.

¶ Et facta ſunt tonitrua: & voces: & fulgura: & terremotus.

ꝑs.18.

¶ Facta ſunt tonitrua: q̄ in oēm terraz exiuit ſonus eoz: t in fines orbis terre verba eoz. Facte ſunt voces: q̄ oium linguis loquuti ſunt. Facta ſunt fulgura: q̄ miraculis coruſcare ceperunt. Factus eſt terremotus: q̄ mota ſunt ex hoc corda hoiuz: t viſis tot ſignis t tot miraculis: tumere cōpulſi ſunt. Hijs t hijs ſimilibus ita ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stis:precones veritatis ⁊ fidei multiplicari ceperunt:⁊ vsq; ad hec extrema tempora:si quis est qui audiat: clamare non cessant. Nam sequitur.

7. ¶ Et septem angeli qui habebant septem tubas: parauerunt se vt tuba canerent.

¶ Nō enim simul omnes a principio presentes erant:vt simul omnes inciperent ⁊ quiescerēt:sed alijs obeuntibus:ex hac luce:alij qui vicem gererent:locis obeūtiuz successerunt. Parant se autem vt tubis canant:cum spiritualem intelligētiam que est similis flatui procedenti ex tuba:qualiter illam pronunciare debeant:in tuba littere formant. Sicut enim (vt tam diximus) flatus ex tuba:ita de corde littere spiritualis progreditur intellectus. Sequitur.

¶ De primo angelo tuba canente.

8. ¶ Et primus angelus tuba cecinit. Et facta est grando & ignis cōmixta in sanguine:& missum est in terram:& tertia pars terræ combusta est: & tertia pars arborum combusta est:& omne fenum viride combustum est.

PRimus septem angelorum:Paulus fuit cum sodalibus suis: qui missus est (vt ait ipse) non baptizare:sed euange
1.cor.1. lizare. Sicut autem sancti dyacones: qui ⁊ euangeliste dicti sunt:ppter euangeliū Christi:multa discrimina ppessi sunt: ita sancti doctores pro doctrina mystica multas iniurias ptulerunt:nolentibus obedire iudeis:sententie illi Pauli qua dicitur:
2.cor.3. littera occidit:spiritus autez viuificat. Lapidatus est nāq; Stephanus a iudeis: q; xpm dei filiuz predicabat:captus est Paulus ab eisdez iudeis accusantibus eū (qui erant ex circuncisione) non taz q; dicebat xpm esse filium dei:qz q; iudeis sicut ⁊ gentibus discēsionem:vt agebatur a Paulo:predicaret. Ob hoc enim nō modo infidelibus:verūetiam ⁊ his qui crediderāt ex iudeis:onerosus per oia videbatur:maxime his qui erant de secta phariseoz. Quirat qui vult in actibus apostolorum: ⁊ ex his que dicta sunt a sentoribus veritatem agnoscet. Non enim poterant iudei equanimiter ferre:vt in littera legis ⁊ prophetaz: alius sensus introduceretur:nec illi qui ex iudeis crediderant in Jesum. Quo circa primo angelo tuba canente: facta est grando ⁊ ignis cōmixta in sanguine:⁊ missum est in terram:q; apostolo Paulo docente non esse seruādam legez Mosy sm litteram:sed sm spiritum:⁊ ostendente q; spiritalis intelligentia pfecta gentilibus nunciaret:facta est grando duritie: mixta cum igne zeli:⁊ cruore odij: ⁊ missa est in cor synagoge:que semper terrena querens ⁊ diligens: sola terre gaudia sapiebat. Factum est ergo vt ipius synagoge:que iam crediderat pars quasi tertia rediret ad iudaismum:extimans se modis oibus:si legem desereret pdēnandam: sm q; accidebat illis qui scandalizati in verbo dñi abierant retro dicentes. Durus est hic sermo: Joā.6.
⁊ qs poterit eum audire? Audi qd de hoc zelo dixerit Paulus. Testimoniuz (inq;) Ro.10
illis perhibeo:q; zelum dei habent:sed nō sm scientiam. Querētes enim suam iusticiaz statuere:legi dei nō sunt subiecti. Hoc itaq; modo pars tertia synagoge:⁊ eorum quoq; nōnulli:qui quasi arbores fructifere doctores alioz esse in populo videbantur:qui ⁊ pseudo apostoli facti sunt:⁊ omnes qui carnaliter sapiebant corruerunt ex toto:⁊ negligentes donum dei qd acceperant in baptismo: ad iudaismum prolapsi sunt. Legat qui vult epistulaz apostoli ad hebreos:⁊ ex ea ad rem ptinentia q; multa poterit intelligere. Nez illud ante omnia in questionem venit. Cur in omnibus

pene angelis dictuz est:tertia pars:ac si ordinatuz esse videatur a deo:vt tertia pars credētium in errorem ducatur. Absit hoc a corde fidelium. Non est isto modo accipiendum:sed sicut dz intelligi:ita est. Tria genera baptizatorum:ac si Sem ⁊ Cham ⁊ Japher. Continet infra vterq; suum sancta mater ecclesia. Primum genus:saplentum est:scōm eoruz qui se existimant
mat.24 scire qd nesciunt:vt vocentur:iuxta vocez dominu:ab hominibus rabbi:amantes primas cathedras in synagogis ⁊ salutationes in foro:tertium simpliciuz. Et illi quidem qui donum sapientie pſequuti sunt a deo:custodiunt ab eo:qui mittit illos. Sz ⁊ illi qui simplices sunt:⁊ timent deum:eo pfidenter ⁊ secure:quo simpliciter ambu-
Job.1. lant in mandatis dñi: agnoscentes se esse de illoz numero:de quibus dicitur. Boues arabant:⁊ asine pascebant:iuxta eos. Qui vero medij sunt:quasi Cham:dum erubescunt videri nescientes:non timent docere alios:que ipsi ignorant:⁊ ostendere hominibus:vt putant:viam vite: per quam ipsi ingredi uescierunt. Sicsic decipiuntur ⁊ decipiunt: ceci duces cecorum: dicente domino. Si cecus cecum duxerit: ambo in foueam cadunt. De huiusmodi superbis hominibus:conqueritur domi-
mat.15 nus per Prophetam dicens. Ipsi currebant:⁊ ego non mittebam eos. Currunt
dier.23 enim ⁊ non mittuntur: quicunq; absq; dono superne gratie:doctrine mysterium
Phi.2 non accipiunt: sed vsurpant querentes que sua sunt: non que Jesu Christi. Qui ergo percipientes donum spiritus:ex necessitate magis dispensationis credite: q; ex inanis glorie appetitu:nunciant hominibus verba vite:protegente se Dei spiritu: mortaliter errare non possunt: aut si errant sine mora reuocantur ad viam. Qui enim prestat donum glorie ad utilitatem multorum: ipse custodit humiles:
Ro.12 quibus erogat dona sua:⁊ eripiet eos a laqueis statutis ab impijs secus viam. Sed ⁊ simplices quiq; qui se esse iudicant id qđ sunt:⁊ nolunt oino alta sapere:sed humilibus consentire: eo a soliditate fidei: in qua semel fundati sunt: eradicari nequeunt:quo magis credere maioribus suis: a quibus verbum fidei perceperunt: q; aliquid per seipsos presumere: vt alios doceant:docti sunt. Qui vero ne videantur,inscij:sanctorum discipuli esse nolunt: ⁊ vt videantur esse quod non sunt:docere que ipsi nesciunt:impudice presumunt: quo esse alumni veritatis pre pudore renuunt:eo pre timore animum magistri erroris fiunt. Hec est ergo tertia pars hominum que semper ⁊ vbiq; dilabitur: ad errorem:⁊ euulsa ab vtero matris sue: dum nescit vera que proferat: loquitur falsa. Quasi ergo tertia pars terre:⁊ tertia pars arborum combusta est sub angelo primo. Quia plures eorum qui crediderant ex circuncisione:errauerunt a fide:⁊ nonnulli qui scire aliquid videbantur: pseudo apostoli facti sunt. Et notandum q; non ait:tertia pars seni viri dic:sicut ait:tertia pars terre:⁊ tertia pars arborum:sed omne fenum viride combustum est: q; dum de illis qui spirituales esse videbantur: pars aliqua lapsa est in errorem:hij qui ex toto carnales erant ⁊ credebant:ea facilitate omnes pariter abierunt retrorsum: qua ⁊ sequentes alios crediderant in salutem. Qui enim non idcirco credunt: quia intelligunt verbum: sed quia alios conuerti vident:qui esse in gente sua magni nominis extimabantur: si forte illorum aliqui mouentur a statu suo: omnes cum eis pariter cadunt:⁊ veluti fundamēto diructo: tota simul fabrica infeliciter ruit. Quasi ergo tertia pars terre:⁊ tertia pars arborum cum vniuerso feno viridi combusta est ad tactum ignis:quia ⁊ pars non modica eorum qui esse aliquid videbantur:ob falsi zeli succensionem in viriditate fidei stare desijt: ⁊ multitudo maxima eorum qui carnaliter sapiebant:ac si cuiusdam seni species ad defectum deuenit.

¶ De secundo angelo tuba canente.

E.9. ¶ Et secundus angelus tuba cecinit.

Secundi cursus tpis secundaz docto rum facit distinctionem. Doctores nempe primi tpis affuerunt apostolis: do ctores scõi tpis: sanctis martyribus astite runt. Ut enim de apostolica ecclesia egres si sunt pseudo apostoli impugnãtes apoli cam libertatem: qbus tñ restitit doctor gẽ tium Paulus: cuz coadiutoribus suis: ita de septez dyaconibus egressi sunt nicolay te: qui predicationem scõi temporis hereti ca prauitate sedarent. Ait ergo sanctus Joannes.

E.10 ¶ Secundus angelus tuba cecinit: & tanq̃ mons magnus igne ardens missus est in mare: & facta est tertia pars maris: sanguis: & tertia pars creaturæ: quæ habẽt animas ĩ mari: mortua est: & ter tia pars nauium interiit.

¶ Sicut in terra Synagoga: ita in mari designat gentilitas. ℳontem istum ma gnum arbitror fuisse ℕicolaum vnum de septem dyaconibus primis qui succensus: (vt fertur) zelo malitie sue: tam noiatam hereziz predidisse narratur. ℳultus abhomi nãde hereses t per oia detestãde: in angelo ecclesie prime mentio facta est: dicẽte dño. Hoc habes bonum: qz odisti facta nicolay taz: que t ego odi. Simili modo t hoc ec clesie pgami. Habeo aduersum te pauca: qz habes illic tenentes doctrinam Balaã: qui docebat Balac mittere scandalum co raz filys israel: edere t fornicari: ita habes t tu tenentes doctrinam nicolaytaz. Fa cta est tertia pars maris sanguis: subaudit ex doctrina ulius: quia magna multitudo hoim habentium aliquam scintillam fi dei: ex auditu vz vocis eoz: de qbus dici tur: in oẽm terram exiuit sonus eoz: hoc

ps.18.

est: illoz hoium: qui aut iam credere cepe rant veritati: aut forte crederent: si eis no ua pfidia non obesset decepta per ℕico laum: mortua est a fide xpi: adeo vt cum spiritu ceperit: carne pinquta sit: t sequẽs carnem t sanguinem: pderit funditus regnum vite. Tertia vero pars qd signifi cet: semel nos in angelo primo explanasse sufficiat. Tertiuz qz tertia pars maris facta esse sanguis: t tertia pars aialium maris mortua: t tertia pars nauiuz interysse nar ratur: indicat ex carnali illa doctrina: non modo multos credentes esse absortos: ve rumetiam nõnullas ecclesias occulto dei iudicio deperysse.

¶ De tertio angelo tuba canente.

¶ Et tertius angelus tuba cecinit: & cecidit de cælo stella magna ardens sicut facula: & cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum. E.11

¶ Et in opere pcordie: qz ibi locus erat digessimus: tertia doctoz successio que in tertio ac si improprio cursu tpis so lẽnio: fuit a tpibus Cõstantini augusti in cepisse dignoscitur. Fuit autem in diebus eius sacerdos qdam alexãdrinus nomine Arrius: qui pro moz honestate quam ha bere in ecclesia videbat vnus de magnis luminaribus celi esse inter clericos puta bat: vtpote: qui opẽ lucem hoibus osten debat: t institutis exemplo vite sue: non paruum' gradiendi in via dñi emolumen tum prestabat. ℳic qz nõ intus oculos ha buit: sed tñ foris elenatus tamu superbie: videri magnus pcupuit: ignorans illud qõ scriptum est. Ante ruinam exaltat cor. pro.17 Deniq; ex superbia t libertate venit ad appetitum inanis glorie: t ex appetitu ina nis glorie itur ad obstinationem t duritia cordis. ℳotro de duritia cordis nascit zer lus malus: t furor indignationis aduer sus corruptores t magistros ecclesie: ita vt

magis

magis libeat cadere cum' falso t' fallaci ho nore: qz stare cum rubore t verecundia: si forte supari ptingat. Sedm hoc: accidit mi sero illi ad correptionem' sancti viri Ale xandri Alexandrini epi: nolenti satisface re preceptor suo: t sponte accipere discipli nam. Denicq; inflãmatus ira t zelo amari tudinis vehemẽter accensus: qz iniuriam sibi factam equanimiter sustinere non po tuit: indurauit cor suum sup lapidem ad tuendum errorem: quousq; accideret ipsi

ps.75. t complicibus eius illud qõ de eis psalmi sta lõge ante predixerat. Alienati sunt pec catores a vulua: errauerunt ab vtero: t lõ ge sunt facti. Furor illus sm similitudinez serpentis: sicut Aspidis surde: t obturãtis aures suas: que non exaudiet vocem incã tãtium: t venefici: que incantatur a sapien te. Et cecidit (inquit) in tertiam partem fluminum t in fontes aquaz: qz innume ra epor t sacerdotum turba errore illo pe stifero infecta est: ita vt vnde aqua sapiẽtie: t sciẽtie (cum adhuc essent catholici) an te emanare psueuerat: inciperet egredi le tales potus: t qui mortem hauriẽtibus p pinaret potius qz vitam. ℳam se quitur.

E.12. ¶ Et nomen stellæ dicitur ab sinthium: & facta est tertia pars aquarum in absinthium: & mul ti hominum mortui sunt de aqs: quia amaræ factæ sunt.

¶ Iz ab ipsa sui origine multos t feroces hereticos sustinuerit ecclesia: nulli tñ sicut Arriani ad tantam amaritudinem pduxe runt eam: nulli sic materna viscera amari care fecerunt. ℳon enim sicut alij t alij ex tra tantũmodo t non intus gueniebãt in sectas: vt recedẽtibus eis ab vtero: ei que se genuerat in xpo per baptismatis sacra mentum: darent spatium ad quietem: sed repente infra sinum ipsius ecclesie: qui esse putabat filius: deprehendebatur alienus: qõ qnte amaritudinis fuerit: illi vere scire sufficiunt: qui hoz similia patiunt. Quid enim dicebat ille: qui deflebat eos quos ste rum parturiebat? Quis (inqt) infirmat: t ego non infirmor? Quis scandalizatur: 2.cor.11 t ego non vror? Recte ergo dictum est. Et nomen stelle dr absinthius: qõ. s. absinthius aquas dulces t aptas in potum: in amari tudinem vertit: qz nõ Arrius sicut ℕicolaus gentes infideles collegit in sectas: sed magis in populum Christianum: populus qui erat precio magno: hoc est: xpi sangui ne iam redemptus: ac si qdam ℜegulus: venena diffudit. Et facta est (inquit) ter tia pars aquaz in absinthium: t multi ho minum mortui sunt de aquis: qz amare fa cte sunt. Iz aquaz noie scripturarum volu mina designent: tñ qz scripture ipse: per se legi nequeunt: nec puenire queunt ad no titiam hoium: nisi sit qui doceat t ostẽ dat: non absurde per aquas dulces: doctor res ecclesie intelliguntur: qz t illud vez est: qõ scriptum est in hoc libro. Aque multe: sunt populi multi. Ut autem legem ℳoy si: vocat Apostolus ℳoysen dicẽs. Quo 2.cor.3. tiens cunq; legitur ℳoyses: velamen est positum ante oculos iudeor: ita t sub spe cie doctor: doctrine quoq; eor intelligũ tur: adeo vt qõ mystice de doctoribus dr: de illoz doctrinis intelligatur: quaz alie vere sunt t fideles: alie pestifere t corru pte: nõ qz doctrine simpliciter male sunt: sed qz mali sunt t pfidi qui inficiunt illas. Quasi autem tertiam aquaz partem infe cit Arrius t vertit in saporem absinthij: qñ per errorem eius corrupti fuere sacerdo tes t epi adherentes sibi: adeo vt ex ore il loz qui videbantur esse duces populi: t doctores ecclesie: non aqua sapientie t scie tie: sicut sperabatur exiret: iz magis error: non dulcedo mellis: sed amaritudo absin thij. Quid enim dulcius esse põt generi humano: qz qõ ait dño in euangelio? Sic Joã.3. deus dilexit mundum: vt filium suum vni genitum daret? Et illud qõ ait Joannes: cuius est liber iste. Diligamus nos deum: 1.ioã.4 qñ ipse prior dilexit nos: t misit filium suum ppitiationem pro peccatis nostris?

K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed qđ amarius esse põt doctrina Arry: qui saluatorem nostrum Jesum Christum: qui est spes omnium Christianorum: ⁊ vita credẽtium: non esse predicabat verum Deum sicut ⁊ patrem: sed quasi terrenum principem ⁊ magnum inter filios adoptionis? Quod si verum esset: omnes profecto Christiani ⁊ qui credunt in eum essent maledicti: q̃ scriptum est. Maledictus homo qui confidit in hoie Sed ⁊ frustra sperare mus illud qđ ipse filius ait. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Frustra ⁊ qđ ait Apostolus. Misit deus spiritum filij sui in corda nostra: in quo clamamus: abba pater. Unde enim nobis hec oia: nisi q̃ xp̃s verus est Dei filius: non sicut ceteri: adoptiuus: ⁊ veraciter assumpsit naturam nostram: vt facti vnum in ipso ⁊ cum ipso: simus p eum filij ⁊ heredes: heredes qdem Dei: coheredes autem Christi? Si autem dulce est hoibus esse liberos ⁊ heredes Dei: amaꝝ profecto est: esse seruos: ⁊ alienos a Deo viuo ⁊ vero: esse priuatos ⁊ expertes ab illa suauissima mellis dulcedine: quam fugunt electi Christi abundanter de petra: ⁊ oleo illo spirituali: de quo dicit Apostolus. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filioꝝ: in quo clamamus: abba pater. Porro Arriani contra hoc sentientes: docebant verum Deum ⁊ veꝝ dominum esse solum patrem: euacuãtes letitiam spei nostre: que est in vero filio Dei: qui nos per assumptionem nature nostre: ⁊ donum spiritus sancti absoluit ab obprobrio ꝑditionis nostre. Quibus ⁊ attendentes multi pestiferas illoꝝ doctrinas: tanq̃ a senioribus populi infeliciter susceperunt: adeo vt separati a sana fide ꝓuenirent in sectas: ad psequendam generaliter omnes catholicoꝝ ecclesiam: putantes se superare posse armis: quos nõ poterant vincere ratione. Perseuerauit autez psequutio Arrianorum vsq; ad tempora Sarracenoꝝ: vt duo alia succederent alijs: esset ecclesie tempus palma martyrij otiosum. Sigdem ⁊ propter hoc: multos legimus ab arrianis Regibus: ⁊ Episcopis: grauibus affectos supplicijs: multos amissa temporali vita: glorioso martyrio coronatos.

Vic. 17
Joã. 8.
Ro. 8.
Ro. 8.

¶ De quarto angelo tuba canente.

¶ Et quartus angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis: & tertia pars lunæ: & tertia pars stellarum, ita vt obscurarẽtur tertia pars eorum: & diei nõ luceret tertia pars: & noctis similiter. T. 13

Liber concor.

In opere concordie: quod respicit e simili: liber iste cum ageret de septem diebus originalibus: ⁊ peruentum esset ad diem quartum: dictum est significari in sole: ⁊ luna: ⁊ stellis: heremitas ⁊ virgines: qui per alta ꝓtemplationis gradientes itinera: lucem pfectionis sue fidelibus popꝰlis ostenderunt. Quarta etenim die fecit Deus oipotens: solem: ⁊ lunam: ⁊ stellas: ⁊ quarto loco in hac tertia parte libri: ⁊ in ꝓpter septem angelis effundẽtibus septem phiꝰas iracundie Dei: solis: ⁊ lune: ⁊ stellarum mentio facta est: lq̃ solẽnius in quarta parte Libri huius: vbi inter cetera que in eo scripta sunt: de eisdem luminaribus aliqđ specialius: atq; significantius dr̃. Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius: ⁊ in capite eius corona stellaꝝ duodecim. In muliere qdem ista: ecclesia sanctaꝝ virginum specialius designatur: que lq̃ a matre Christi initium sumpserit: quarto tamen ecclesie tempore claruisse dignoscitur. Sed heu q̃ velox est ad nocẽdum doli artifex ⁊ magister erroꝝ: qui quo altiorem cernit gradum: eo magis ad tẽtandum pios exercet malitiam cordis sui. Ecce enim tertia pars solis: ⁊ tertia pars lune: ⁊ tertia pars stellarum percussa esse narratur: nec dubium:

ꝙ suggerente ipso qui ⁊ expulit primum hominem de Paradiso: sed tamen a quo percussa sit: aut qđ eaꝝ pcusserit: non exprimitur. Scimus partem meridianam quaꝝ ordo heremiticus ⁊ virgineus specialius incolebat non lõge post obitum beati Pape Gregorij; primo quidem a gente Persarum: deinde a Rege Arabum occupataꝝ fuisse. Sub eisdem namq; temporibus: famosa illa Sarracenoꝝ heresis: ac si vena corrupti laticis: super terram erupit: per quam multitudo hominum incolentium heremum: tum vitium prauis monitis: a fide Christiana euulsa est: precipue in Regione Thebayde ⁊ Egypti: vbi maxima illius ordinis multitudo degebat. Que: vi delicet: heresis: ⁊ versutia dyabolice fraudis: legez illam (dico sacrilegam) quam instruit Mahometh: eo contraria est voto virginum: ⁊ professoribus caste vite: quo ⁊ summum gaudium: ⁊ summum bonum: tradidit, esse luxuriam: promittens eam ⁊ post finem mundi sectatoribus suis. Hoc nõ habuit in sua lege Judeus: hoc nec ipsi Philosophi gẽtium suis auditoribus tradiderunt: nõ Sabellianus: neq; Arrianus hereticus. Sed quis scit q̃ pauce Virgines in pressura illa stare in proposito potuerunt: quatenus ⁊ si corpore pstitute sunt: saltem mente: saltem ⁊ fide incorrupte manerent? Verum quia non (quod absit) totum: sed tertia tantum pars percussa esse narratur: liquet ꝙ illos solos heremitas: ⁊ illas solas virgines, superari in hora illa tẽtationis sue: Deus iustus permisit: qui laborantes morbo hypocrisis: aliud ostendebant in specie: aliud gerebant in corde: quoꝝ detestanda progenies: designata est in prima parte: in muliere Jezabel ⁊ filijs eius: dicente de ea dominus: angelo ecclesie Thyatyre: que ⁊ ipsa quarta est in numero aliarum. Habeo aduersum te: q̃ permittis mulierem Jezabel: que se dicit prophetem: docere ⁊ seducere seruos meos fornicari ⁊ manducare de ydolaticis. Igitur hec tertia pars percusso esse narratur: percussa funditus a claritate sua: relique autez due partes (hoc est) prudẽtium ⁊ simpliciuꝝ: nihil discriminis passe sunt. Sequitur.

¶ Et vidi & audiui vocem vnius Aquilæ volãtis per medium cælum: dicentis voce magna. Ve, ve, ve habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum: qui erant tuba canituri. T. 14

¶ Si tempore huius quarti Angeli: vox istius Agle audita est: ego aglam istaꝝ: beatum Papam Gregorium fore credo: qui tam libere: ⁊ taꝝ multa de mundi fine: ⁊ de pressuris finalis seculi scripsisse dignoscit: quiq; allegoriaruꝝ semitas: ac si arduas celi vias altius pre ceteris peruolauit. Neq; enim inuenitur alius simílis eius: qui ita erumnosa tpa appropinquasse in suis operibus testaretur. Opponentibus autem super his: in cordie opere satisfecimus. Qꝫ enim nõ cito accidit qđ predixit: non ideo nõ accidit: q̃ deceptus est ipse: sed q̃ iudiciuꝝ: qđ facturus erat dñs: misericordia tẽperauit: quatenus ⁊ tp̃s pacis ꝓtelaretur: in dies multos: ⁊ breuius faceret tẽpus luctus. Illud aũt non est simpliciter intuenduꝝ: qđ de vocibus triuꝝ angeloꝝ: tria: ve: promittantur hoibus qui morant in terra (hoc est) illis hoibus qui terrena sapiunt: ⁊ terrena sectant: quasi causaliter accidat: ⁊ nõ magis iudicij veritate: q̃ qui nolunt obedire doctoribus veritatis: iustum est ⁊ equum iudicium vt incurrant (permittente deo) in opationem erroris: ⁊ credãt mendacio: qđ amauerunt. Sed iaꝫ nunc veniẽdum est ad quintum Angelum: cui ⁊ ascribitur primum: ve: ⁊ qđ in tpe eius acciderit: non sine cordis gemitu attẽdamus: presertiꝫ: cum in diebus nostris ꝓfusa esse oia videant: ita vt necdũ primo: ve: ad finem pducto: appropinquare alia: ve: signis euidentibus sentiamus. Sequitur.

Papa Grego.

¶De quinto angelo tuba canente.

Cap.9. L.1. ¶Et quintus angelus tuba cecinit. Et vidi stellam de cælo cecidisse in terram. Et data est illi clauis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est aer de fumo putei: & exierunt locustæ in terram.

QUis fuerit miser iste: aut vnde surrexit: qui clausum quondam abyssi puteum aperuit: nescio: deus scit: clericum tamen fuisse: & imbutum scientia litteraruz: ex huius textu lectionis apparet. Accepit autem q̃unq; fuit ille: clauem scientie praui dogmatis: haud dubium q̃ a patre mẽdacij: potestatem. Sinuestigandi profunda sapientie: non dei: sed mundi huius: quaz pdidit: & pẽt deus in manu paruulorum suoz ad euacuandum scandalum crucis: qõ positum est in signum & salutem credẽtibus. Aperuit ergo puteum abyssi: & ascẽdit fumus putei: sicut fumus fornacis magne: q̃ nimiz vt de celo luminaria: ita de abyssi puteo fumus tenebrosus ascẽdit. Si enim (vt iaz dixisse me recolo) totus scripture sacre volumen: de quo pcedit vera sapientia: que est lumen humanarum mentium: & splendor spiritualium oculoz designatur in celo: qd in puteo abyssi: nisi profunditas quedam humane sapientie: si tamen sapientia & non ignorãtia dicenda est: vtpote de qua pcedit fumus erroris: dicente dño. Errastis: nescientes scripturaz: nec virtutem dei? Scimus enim conatos fuisse quosdam philosophos: comprehendere oia ratione: & aliqua de his que sentiebant: ad memoriam in posteruz tradidisse. Qui eum multa rationabiliter disputasse videntur: ignorantes tñ benignitatem & mãsuetudinez: necnõ & oipotentiaz creatoris qui potuit facere cuncta de nihilo: & p vel le arbitrij sui: aliqua in meliorem statum & feliciorem mutare: intantum quidam eoz processit disputando de corpore & spiritu: vt diceret omne corpus esse fugiendum.

Matt 22.

¶Huic errori nephandissimo quondam euacuato in xpo: nouuz quoddam genus hereticoz: nescio quo docente adhesisse videmus: dicentium oia corpora esse creata a Diabolo: ac per hoc: nec venisse xpm in carne ostentur: vt apte sẽptinere indicẽt: ad eum qui venturus est: Antichristum: dicente Joãne. Quicunq; negat xpm venisse in carne: hic est seductor & Antichristus. 2.Ioh.b

¶Hi sunt illi heretici qui vulgo dicunt patareni: & apud alios: & alios diuersis vocabulis noientur: qui vt se esse demonstrẽt qõ sunt: filios. Stenebraz: nocturno (vt fertur) tpe: & hoc diebus statutis: conueniunt per puincias in synagogis suis: quatenus congregati in vnum: & mutuos sibi aspectus exhibentes: faciant tãdem opa patris sui. ¶Huiusce modi ergo hoies: si tñ hoies & non reptilia: Locuste sunt egresse de fumo putei: q̃ sicut Paulus dicit his qui crediderant per verbum eius. In xpo Jesu per euãgelium meuz ego vos genui: ita & istos per errorem suum genuit ille qui visus est in specie stelle cecidisse de celo. Sz q̃ post peccata filioz hoiuz: accidunt in humano genere: oia mala ista: que & qualis sit potestas que data est eis ad psequẽdos impios: & eos qui non baiulant Crucem Christi ad sequendum eum: aperitur cum subditur. 1.cor.4

¶Et data est illis potestas sicut habent potestatem Scorpiones terræ. L.2.

¶Nõnulli reproboz habent voluntatez nocendi: sed nõ possunt: q̃ sine pmissione iusti dei: nec ipse Diabolus ausus est tentare Job: quz etiam accepta potestate: nõ est (inquantum ipse volut) flagellare permissus: sed quantum voluit ille qui potestatem dedit. Unde & hic subditur. Job. b

L.3. ¶Et preceptum est illis ne lædерent fœnum terræ: nec q̃ omnem arborem: sed tantum homines qui non habent signum dei viui in frontibus suis.

¶In seno terre: designantur simplices: qui nesciunt ad dexteram & ad sinistram: preter Jesum Christum: & hunc crucifixum: quicq; interrogati ab hereticis: auertunt aures dicentes: non esse suum: sed clericoz disputare de fide. In arboribus autem designantur viri perfecti: qui proferunt fructum in temporibus suis. In his duobus generibus hominum: non potest in aliquo (vt supra diximus) heretica pranitas inuenire locum in illis: q̃ simplices sunt: & a semel suscepta fide: nulla ratione discedere possunt: in istis q̃ sapientes sunt sm deum: & sciunt per gratiam sibi datam: vitare iacula inimici. Et qui propter carnalitatem suam homines dicti sunt: quicq; non habent signum Dei viui scriptum in frontibus suis: iusto omnipotentis Dei iudicio: traditi sunt Locustis: cruciandi vehementer ab eis propter iniquitates suas: quousq; compleatur tempus potestatis eorum. Signum vero Dei viui: crucem dominicam esse puto: quam illi veraciter in fronte portant: qui non erubescunt crucifixum: qui dicunt assidue cum Apostolo. Gal, 6. ¶Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Jesu Christi. Et qui sunt illi? ¶Hi qui nolunt esse diuites: in hoc presenti seculo nequam. Qui enim volunt (iuxta Apostolum) diuites fieri: incidunt in tentationem & in laqueum Diaboli. Sed ad esse veniamus. Scimus q̃ Locusta immundum est animal: & alis quas habet sursum se ad superiora leuatur. Scorpio vero delirescit in abditis: & repente percutit incautos: non ore: sed cauda. Secunduz hoc ¶Patharenos hereticos: mundos se coram populo: & iustitia preditos esse simulant: & ex occulto circa finem verbi: producunt actu leos erroris sui: quibus tamen non seruos Dei permittuntur ferire: sed illos (vt iam diximus) homines qui mũdanas delitias concupiscunt. Notum est omnibus & bene notum: q̃ eorum quidem alij extimantur perfecti: alij autem dicuntur credentes. Perfectos etenim dicunt illos: qui seruant per omnia doctrinam suam: credentes qui non seruant: sed tamen credunt cõseruantibus illa. Qui ergo perfecti sunt inter eos: hi sunt quos designant Locuste: qui autem credentes dicti sunt: hi sunt illi homines quos Locuste percutiũt caudis suis. Sed quare cruciantur qui credunt eis? Q: stimulata conscientia accusat eos: scientes q̃ pro subsidijs temporalibus adhesserunt eis: sicut ex relatu eorum qui & fuerunt inter eos: & penituerunt: didici mus. Deniq; conuenientes in vnum faciunt collectas bonorum suorum: & si quos vident inopes anhelare ad diuitias mundi: primo ostendunt eis affectum misericordie & miserationis: deinde culpant Christianos diuites: & maxime: Sacerdotes & Clerum: qui deberent (aiunt) seruare apostolicam vitam: & subleuare miserias pauperis & egeni: vt nemo esset egens in religione Christiana: sicut non erat aliquis egens in religione Christiana: sicut non erat aliquis egẽs in ecclesia primitiua. Deinde dicunt eos excidisse a fide: factos autem persequutores iustorum: sicut sacerdotes Judeos: qui persequebantur Apostolos. Ad vltimum fatentur se scire homines qui seruẽt ad integrum apostolicam fidem: ita vt nõ sit aliqs inops inter eos: & qui pauper venit ad illos: protinus (inquiunt) efficitur diues. Hec & his similia: quasi rationabiliter concinãtes: munda animalia se esse fingunt: quousq; percutiant homines ex improuiso dicẽtes. Et tu quoq; si vis esse credentibus in fidem istã: & adherere obseruantibus eam: vel saltez exhibere tutelam: & esse contrarius resistentibus secte isti: poteris in hoc seculo esse diues: & delitijs affluens: & in futuro seculo vitam eternam

Contra eum, Patharenos hereticos q̃ arte decipiunt.

Ars q̃ Patharenos decipiunt.

eternam possidere. ¶Porro hõ cupidus audiẽs ista:cecatus mẽtis oculis:trahit amore diuitiaꝝ:ꝛ efficit sicut equus ꝛ mulus: Ro. 11. quibus non est intellectus. Sicq; corruptus verbis ꝛ pecunie:incipit esse pro illis:aut quasi vnus ex illis:trepidãs tamen ꝛ accusans semetipsum in cogitationibus suis: sciens a bono esse non posse:qđ tali modo pecunia obtinet. ¶Hoc ergo modo cruciant multos:quos non occidunt:qꝛ pecunia qdem corrumpunt: sed ex toto a fide xpi eradicare non possunt. Et qdem qui signum dei viui non habẽt:nisi illud habere studeant:morituri sunt:sed tñ a locustis cruciantur qdem:sed, nõ occidunt:ut:qꝛ ꝛ si corruptos pecunia defensores illos habere queunt:vt negent tñ fidem xpi: trahere ad pfidiam vsq; quaq; non possunt. Sz terminus illis cõstitutus est:qui preteriri non potest. Nam subditur.

T.4. ¶Et dictum est illis ne occiderent eos:sed vt cruciarent mensibus quinq;.

¶Non est dictuꝫ hoc mori de morte eterna:sed de extinctione fidei:qua viuũt plurimũq; tpaliter reprobi inter eos qui vere viuunt:qui tñ:qꝛ signum dei portare negligunt in frontibus:timorem.s.dei in cordibus suis:sic viuunt vt moriantur aliqñ: si non trãseunt ad puersationem eoꝝ qui veraciter viuunt:dicente de hmõi Apostolo Tit. 1. Paulo. Confitentur se nosse deum:factis autez negant. Sed quare quinq; mẽsibus? Forte qꝛ quinq; menses habent dies centum quinquaginta:ꝛ solet aliqñ dies designare annum. Triginta ꝺo dies:vnam annoꝝ generationem. Fortassis ergo quinq; menses:quinq; significãt generationes annoꝝ:annos:vz:centum quinquaginta: qꝛ diu est ex quo ꝺsora fuit secta ista:lz nesciamus a quo fuerit inchoata:vel aucta. Qꝺ autem sequitur.

T.5. ¶Et cruciatus eorum sicut cruciatus Scorpii cum percutit hominem.

¶Replicatio sermonis est:vt opus illaꝝ intelligatur. Ubi ꝛ aliquid terribilius subditur:quod magis exprimit causam.

T.6. ¶Et in diebus (inquit) illis: quærent homines mortem & non inuenient: & desiderabunt mori: & fugiet mors ab illis.

¶Qui hoies querent mortem? Nunqd omnes hoies? Non. Sed illi quos locuste pcutient. Grauis res est:dyabolica tentatio:ꝛ difficilis ad portãdum. Unde ꝛ Apostolus dicit. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Deniq; ꝛ Sanson cum tentaretur a Philisteis:per eam quam diligebat artius ¶Meretricez,afflictus est vsq; ad mortem:eo qꝛ sciret esse illicitum reuelare secretum:ꝛ tñ:ꝛ importunitate illius simul ꝛ voluptate deuictus: aliud agere non valebat. Sic ꝛ hoies isti: sicut dicimus per eos qui venientes ad nos in eadem calamitate:se aliquãdiu steriſſe ꝺsessi sunt:videntes qꝛ duꝝ fit separari mente ꝛ fide a generalitate ecclesie:ꝛ attendentes verba eoꝝ que oino verisimilia esse videntur:incidunt in varias tentationes ꝛ questiones insolubiles:ꝛ nociuas:ita vt melius sibi esse arbitrent mori:qꝛ viuere. Inde est:qꝛ ꝛ tristes sunt omni tpe qui eiusmodi sunt:sed ꝛ facies eoꝝ pallore ppetuo deprimuntur. Et hoc qdem de illis qui pro aliqua vtilitate tpali sic trãseunt aio ad sectaꝫ eoꝝ: vt tñ duꝝ arbitrentur relinquere semel susceptam fidem:ꝛ recedere a pietate christiana:quam seruat sub oi celo multitudo credẽtium. Qui autez ex toto subuersi sunt:non ꝺsiderant ista:sed relicta ratione humana:Locustis pariter ꝛ Scorpionibus similes facti sunt: querentes quos seriant ꝛ inficiant veneno suo:querẽtes cum qbus inhient cõe vel singulare certamen: vt quasi vel pteualeant:hoste ꝓstrato: vel occisi (sicut asserunt) coronentur martyrio. Qꝺ si hoc: non de illis malis hoibus: sed magis de fidelibus dictum est:põt de fine quinti tpis:non inconuenienter accipi sermo hic: qñ durius pre solito incipient preualere Locuste:preter alia innumerabilia mala:que futura sunt in terra:ſz qꝛ nos ipsi qui hec ꝛ loqmur:tam de tpis fine:qꝺ de rez imutatione manifeste colligimus. Etenim in qbusdam mundi partibus:nta huiuscemodi pestilentes hoies inualuisse feruntur:vt quasi equi preparati ad preliuꝫ nihil vereant aduersi:despicientes penitus vitam tpalem:ac si per supplicia adepturi eternam. Unde ꝛ mox subditur.

T.7. ¶Et similitudines locustarum: similes equis præparatis ad prælium. Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro.

¶Cohortantur semetipsos admonentez vt sint fortes in bello:tanq; pugnaturi pro fide:promittentes sibi illud Apostoli. Non 2.ti.2. coronabitur:nisi qui legittime certauerit. Unde ꝛ corone ipse similes auro esse phibẽtur:qꝛ verbis verisimilibus palliant errorem suum:dicentes se esse catholicos:ꝛ orthodoxe fidei defensores. Nam ꝛ martyres dei noiant suos: qui sorte a catholicis ꝓcremati sunt igne:extimantes illos principes secte sue: gloria ꝛ honore coronatos in celis. Et hec quidem de illis:quos quasi dei martyres venerantur. Ceterum quod sequitur generale est omnium. Nam subditur.

T.8. ¶Et facies earum sicut facies hominum:& habebant capillos sicut capillos mulierum:& dentes eorum sicut leonum erant.

¶In facie cuiuscunq; aialis:apparet:vel mansuetudo:vel ferocitas eius. Cognitio ergo hominis qualis sit: in facie designatur. ¶Porro in his ¶Hereticis: non sic: sed aliud ostendunt in facie:aliud occultãt in ore:vt quos facie humana decipiunt: dentibus mordeant leoninis. Ostẽdunt se humanos:ꝛ quasi simplices:vt pterant molaribus quos sibi resistere suspicantur. In facie ergo humana:ficta humanitas:in dẽtibus leoninis: vera immanitas designat. Sane:in capillis mulierum qui longiores sunt capillis viroꝝ: designatur assiduitas operandi:qua se quasi de suo labore viuentes:religiosos esse iactitãt ꝛ modestos:abutentes auctoritate illa Apostoli:qua dicit: ¶Magis autez operetur:qꝺ bonum est:vt phil.4. habeat vnde tribuat necessitatem patientibus:non attendentes illud euangelicuꝫ. Operamini:non cibum qui perit:sed qui Joa.6. pmanet in vitam eternam. Nec illud qꝺ dꝰ de eo qui dixit. Juga bouꝫ emi quinq;: Luc.14 rogo te habe me excusatum. Deniq; ꝛ sacerdotes dñi prohibentur in Ezechiele ra ezec.44 dere capillos:nec tñ sinuntur nutrire comam:quin magis eam per eundem ꝓphetam attondere inbentur:quia:vz:religiosi quiq; non sinuntur esse ocioſi ab operibus manuum: nec tñ supra modum insistere operi permittuntur:quatenus:ꝛ sic quod detur in partem ¶Marthe: ꝛ non desit quod accipiat in sua parte ¶Maria. Sequitur.

T.9. ¶Et habebant loricas:sicut loricas ferreas.

¶Uiri iusti habent loricam contra tentationes Dyaboli:quia muniti ꝛ armati mẽtis constantia:non timent iacula inimici: Quo contra filij Dyaboli habent loricam insuperabilem duritiam cordis sui:ne possint peruenire ad eos spicula verborum Dei:iuxta illud Psalmiste:cuius supra fecimus mentionem. Furor illis fm similitu ps.57. dinem Serpentis:sicut Aspidis surde:ꝛ obturantis aures suas: que non exaudiet vocem incantantium:ꝛ venefici incantantis sapienter. Sequitur.

T.10 ¶Et vox alarum earum: sicut vox curruum equorum multoꝝ currentium in bellum.

Tale sanctorum animalium intelliguntur viri contemplatores: quorum est proprium contemplari celestia: z paucis amodo vbis: multa z sublimia intimare. Qui autem designantur in alis Locustarum: bi. f. qui habentur apud eos: perfecto z perfecti: si quando veniunt ad conflictum: nõ sic: sed stridentes z rugientes disseminant verba sua: vt videantur superare verbis: quos non possunt vincere ratione. Unde z in quarta parte libri huius: in specie cuiusdam Bestie ascendentis de terra: de eisdem dicitur. Habebat duo cornua similia agni: z loquebatur sicut Draco. Uez quocunq; modo loquantur: vtuntur tamen auctoritatibus scripturaz: immo nõ vtuntur: sz abutuntur: q; nequeunt ratione demonstrare qõ dicunt: verbis illis sanctaz scripturaruz: muniunt partem suam: que sunt iuxta vocem Petri difficilia intellectu: quatenus adulterãtes ea per prauum
2.pet.3. littere intellectum: possint ea trahere ad perfidiaz suam. Semper tamen in verbis eorum obseruandus est finis: quod nos debere facere demonstrat Joannes: cum iterum atq; iterum replicat verbum: memoriam repetit Scorpionis. Nam sequitur.

T.1.1 ¶Et habebant caudas similes scorpionũ: Et aculei sunt in caudis earum.

¶Hoc est enim illud Apostoli. Et sermo
2.tbi.2. eorum vt Cancer serpit. Sed cum taz horrenda reptilia presto sint hodie super terram: q̃z oporteat fideles caute redimere dies malos: z esse sapientes ad discernendum inter vez z falsum: inter signa zDoy
Exo.7. si z Aaron: z signa Janes z zMambres: videant illi qui nolunt discernere: inter tempus z tempus: inter tranquillum mare: z tempestatis valide agitatam procellis: vt eis liceat adhuc vacare epulis: z ducere in
Job.21 bonis dies suos: sicut in annis seculi z diebus antiquis. Si enim omnia tempora equalia essent ad salutez: z non deteriora essent tempora nouissima primis: nõ deceret Apostolus. In nouissimis diebus in
2.tbi.3. stabunt tempora periculosa: nec pretermissis tam multis hereticoz generibus: quorum infestationes sustinuit vsq; modo ecclesia: eos de quibus sermo est: in spiritu prophetie demonstrare curaret: sed aut simul loqueretur de omnibus: aut de cunctis taceret. Loquutus est autez de istis: ranq̃z de illis hereticis: qui ex sunt omnium hereticoz: nec aliud q̃z qõ videmus z audimus. Dãnant vtiq; matrimonia licita: z cibos quos deus creauit ad percipiendum cum gratiaz actione fidelibus. Et q; ita esset futuruz: predictum est (vt iam diximus) ab Apostolo Paulo: scribente hoc modo in
1.tbi.4. epistula ad Thimotheum. Spiritus manifeste dicit: q; in nouissimis temporibus discedent quidam a fide: attendentes spiritibus erroris: z doctrinis Demonum in hypocrisi: loquentium mendacium z cauteriatam habentium suam ꝯscientiam: prohibentes nubere z abstinere a cibis quos deus creauit: ad percipiendum cum gratiaruz actione fidelibus. Hec serenissima verba Pauli: vel potius spiritus sancti: lecta fuere in ecclesia Dei quasi per mille cẽtum quinquaginta annos: z semp hoc dicitur in eis: cum leguntur a quolibet: qõ fuit in eis eo tempore quo scripta fuerunt. Non autez q; semp tempus futuz; annunciatur in eis: sine fine futuruz erit qõ dicitur: sed tam diu oportuit esse futuz; quousq; veniret tẽpus in quo accideret: qõ dictum est. Qõ si ideo scriptum est a spiritu sancto vt sciretur cum accideret: qõ predixit: liquet profecto q; de tempore hoc dicebat: in quo videmus hereticos esse in mundo qui sacrilegia ea mala que prescripsit Apostolus: immo que spiritus omnipotentis Dei: futura esse predixit. Sed z illud notum est qõ predixit in epistula sua ð Antichristo: Joannes: cuius est liber iste: sicut nec illud est ignotum qõ dicunt isti: adeo vt dum ea legimus eẽ predicta: que in his ex parte magna videmus esse completa: fiere magis libeat: q̃z aliq̃d dicere. Etenim (vt iam de si

ne datur intelligi) qõ confotum est in eis: prope est oĩno vt rumpatur in regulum. Negant enim filium dei venisse in carne dicẽtes: oẽm carnem creataz a Dyabolo: vt ap
1.ioã.1. te intelligatur: ipsos preuidisse in spiritu beatus Joãnes: qñ ait in epistula sua. Qui negat Christum venisse in carne: non est ex deo: z ipse est Antichristus qui vẽturus est. Nempe z apostolicum cui omnes obediunt se tatentur habere: de quo in presenti loco subsequenter adiungitur.

T.1.2 ¶Et habebant super se regem Angelum Abyssi: cui hæbraice nomen, Abadon: græce autem: Apollion: & latine habet nomẽ exterminans.

¶Puto ego q; huiuscemodi pseudo prophetaz: ita quoq; ipse veniat tenere locum Antichristi: qũo Dauid z ceteri reges Hierusalem locum Christi. Unde z ipsimet reges Juda: Christi dñi dicebantur. Siquidem vt oẽs illi Christi dñi dicebantur: ita z in secta ista: multi iam sortitan precesserunt: qui essent pro auctoritate pfidie dicẽdi Antichristi: maxime cum dicat Joannes vtens presenti vel preterito pro futuro. Sicut audistis q; Antichristus venit:
1.ioã.2. nunc Antichristi multi facti sunt. Et quia protinus subinsert. Unde scimus q; nouissima hora est. Sequi non longe post ipsum magnum Antichristum demonstrat: quez ego considerans vniuersas facies scripturarum: z introitus z exitus concordiarum: presentem puto esse in mundo: z si necduz venerit hora reuelationis ipsius. Oportet
Hiero. enim ꝑm Hieronymum: desolari Romanum Imperium quod resistit ei: antequaz reueletur: z tunc (inquit) reuelabitur ille
2.tbes.2 iniquus: cuius est aduentus ꝑm operationem Sathane: in omnibus signis z prodigijs mendacibus. Reuelabitur autem manifeste: sub sexto Angelo tuba canente: z si antea velut occulte operari incipiat. Tempus siquidem sexti Angeli omnino credimus esse breue: propter illud qõ dominus ait. Propter electos breuiabuntur dies il
mat.24 li. Nam in tribus annis (nisi fallor) terminari oportet tribulationem eandem: z tempus sexti Angeli tuba canentis: quãuis q; sextum tempus: duplex est: aliquid preire oporteat: quod pertineat ad tempus sexti Angeli: manente adhuc in prelio Angelo quinto: presertim: cum prius soleat incipere qõ pertinet ad sequentia: q̃z opera precedentia consumationem accipiant. Quod si ita est: oportet Antichristum preuenire tempus sexti Angeli: aut per se (aut quod magis creditur) per nuncios suos: vt conceptum longe ante venenum: tunc iaz preparatus ad belluz: z multis dyabolicis argumentis: promunitus effundat. Qui iure quoq; dictus est Rex Abyssi: q; in cor de populi infidelis a principio regnat. Uocatur vero hebraice Abadon: grece autez Appollion: z latine habet nomen exterminans: q; in diebus eius compleri opz illud qõ scripturz est in libro psalmoz. Uineam de Egypto transtulisti: eiecisti gẽtes z plãtasti eam: ꝛc. Et infra. Ut quid destruxisti
ꝑs.79. maceriam eius z vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viaz? Exterminauit eam Aper de silua z singularis ferus depastus est eam. Quod tale est: ac si diceretur. zDulti qdem heretici trãseuntes z pretergredientes viam: dãna multa z obprobria intulerunt ecclesie: que ad tps poterãt tolerari: q; z si pdebatur fructus: ipsa tñ integra in suo statu manebat. At ille qui dicitur Aper de silua: intollerabiliter exterminabit eam: ita vt non videatur esse vinea: sed solitudo deserti. Licet autez multa exterminia operetur Dyabolus per membra sua sub Angelo quinto: maius tamen z grauius exterminium erit quod sequetur sub sexto: z q̃z durum: z q̃z angustum subsequetur sub septimo. Unde z mox subditur.

¶Ue, vnum abiit: & ecce veniunt adhuc duo: ve: post hæc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sexto angelo tuba canente.

Apo.9 ¶Et sextus Angelus tuba cecinit. Et audiui vocem ex quatuor cornibus altaris aurei: quod est ante oculos dei: dicentem sexto Angelo habenti tubam. Solue quatuor angelos qui alligati sũt in flumine magno Eufraten. Et soluti sunt quatuor Angeli qui parati erant: in horam: & diem: & mensem: & annum: vt occiderent tertiam partem hominum: & numerus equestris exercitus: vicies millies dena millia: & ita vidi equos in visione: & qui sedebant super eos habebant loricas igneas: & sulphureas: & iacynctinas.

TEmpus sexti Angeli tuba canentis: de quo in presenti capitulo sermo est: ita ꝑm id quod proprium est: futurum esse sentimus: vt tamen ꝑm aliquid sumpsisse exordium videatur. Ut enim prius Joannes Baptista: predicator factus est gratie: q̃z lex ¶Moysi penitus decidisset ita quilibet Angelorum sex: prius incipit tuba canere: q̃z ¶Precessor suus insonare desistat: & prius inchoantur subsequentia prelia: q̃z bella precedentia ad consumationem seculi perueniant. Igitur inquantum capere ego queo: tempus quidem sexti Angeli: initiatum est: sed tamen tempus quinti: necdum vsq; ad presens consumationem accepit. Tempus ergo sexti Angeli: iam nunc ꝑm quid initiatum est: & sub omni celeritate & instantia oportet consumari: quod de eo in hoc volumine scriptum est. Et audiui (inquit) vocem vnam: ex cornibus altaris aurei: quod est ante oculos Dei dicentem sexto Angelo habenti tubam. Solue quatuor Angelos: qui alligati sunt in flumine magno Eufraten. In cornibus altaris aurei: que vtiq; non sunt nisi quatuor: quatuor Euangeliste designari arbitror: quorum vnus est Beatus Joannes (cuius est precipue vox ista solennis) que auribus sepe nostris insonuit. Si enim cursus quatuor euangeliorum contemplari sufficimus. Unam communem vocem in ipsis quatuor audimus annunciantem nobis dominum Jesum traditum esse in manus peccatorum in fine quinti diei qui precedit parasceue: die vero ipso qui vocatur sextus: crucifixum: mortuum: & sepultum. ¶Hanc vocem si spiritualiter intelligimus: profecto innuit nobis in spiritu: quod futurum erat: soluendos esse: videlicet: filios noctis & tenebrarum in tempore sexti Angeli tuba canentis ad complendum illud quod ait dominus interrogatus de fine mundi. Cum Luc.21 videritis ¶Hierusalem circundari ab exercitu: tunc scitote quia prope est extermi-nium eius. Angelo vero sexto dicitur vt soluat quatuor angelos: cum propter infinita scelera hominum: iubentur Sancti Dei non orare pro ¶Populo malo & adultero: ꝑm quod ex voce Domini dicitur ¶Moysi. Dimitte me vt irascatur furor meus. Quasi enim alligatus erat Deus prece iusti vt non posset facere q̃d volebat. Quod si hoc ipse Deus: quanto magis (& si dissimili modo) alligantur viri impij prece iustorum: ne faciant malum quod facere sunt parati: quousq; perueniãt peccata Babylonis vsq; ad celum: & recordetur Dominus delictorum eius? Exo.32
Vel certe sexto Angelo tuba canenti dicitur: vt Angelos soluat: non q̃ eius sit soluere: sed q̃ eius sit demonstrare solutos: iuxta illud quod dicitur Esaye ¶Prophete. ¶Obcecа cor populi huius: & cetera que sequuntur. ¶Neq; enim ¶Propheta obcecauit cor populi Judeorum: sed ipso prophete Esa.6.

tante obcecatum est insipiens cor eorum: quamuis legamus precessisse Dominum 3 Re.19. ¶Helye ¶Prophete vngere Azaelem Regem in Syriam ad percutiendum filios Israel: quod postea ad verbum ¶Helysei completum esse didicimus. Quod vero ait. Qui parati erant in horam & diem: & mensem: & annum vt occiderent tertiam partem hominum: non tam quidem rem futuram: q̃z causam exprimit voluntatis eorum. Licet enim non semper obtineant quod volunt ipsi: tamen parati sunt ad complenda desideria patris sui: ꝑm illud quod dictum est in Libro Job de eodem Job.40 Diabolo. Absorbebit fluuios & non mirabitur: & habet fiduciam vt influat Jordanis in os eius. ¶Paratus dicitur ad horam vel ad diem: qui mox (vt permittitur) aut iubetur aliquid: presto est: ita vt quacunq; hora permissio vel iussio fit: ipse sit paratus sine mora complere. ¶Paratus dicitur ad mensem: vel ad annum: qui tam diu se posse credit perseuerare in causa: quamdiu permanere in illa: aut permittitur: aut iubetur. ¶Hi ergo quatuor Angeli mali parati esse dicuntur ad horam: vel ad diem: quia semper sunt solliciti & vigilantes ad malum: expectantes qua hora: & qua die detur eis potestas interrogandi supplicijs Christianos: & trahere illorum aliquos ad superstitiam suam. ¶Parati esse dicuntur ad mensem: vel ad annum: quia non se ita credunt inhertes: vt quasi ad horam & momentum faciant quod prevalent & desistant: sed parati sunt preliari pro errore suo (etiam si oporteat) vsq; ad mortem: dicente Domino. Arbitrabuntur se obsequium prestare Deo: Angeli vero dicti sunt: qui mittendi sunt ad faciendam vltionem: ꝑm illud ¶Psalmi septuagesimi septimi. ¶Misit Joa.16 Ps.77. in eos iram indignationis sue: indignationem: & iram: & tribulationem: immissiones per Angelos malos. ¶Puto autem istos esse illos quatuor Angelos: de quibus dicitur supra in apertione sexti signaculi: qui starent super quatuor angulos terre: & tenentes quatuor ventos celi ne flarent: & q̃ datum esset illis nocere terre & mari: atq; arboribus. Quatuor autem erunt: vt quasi quatuor Euangeliste: diuces videantur esse eorum: qui per verbum ipsorum nepharium: crediturí unt Antichristo: cui & adherebunt plurimi Judeorum: videntes signa & prodigia Judei. que facturus est ipse: & Discipuli eius. ¶Non enim vnum Antichristum: aut mat.10. vnum ¶Pseudo ¶Prophetam: predixit Christus esse venturum: sed multos. Et Antequidem: vt in sexto Angelo um effundentium septem ¶Phialas: ostenditur: christi multi. egressuri sunt pseudo ¶Prophete: ad ¶Reges Terre: & congregaturi eos ad diem magnum Dei omnipotentis. ¶Non solum autem ipsi: sed & aliqui Sarracenorum: qui & reputantur in ¶Bestiam. Et enim quarto tempore: apparuit ¶Bestia que ascendit de Abysso: & quinto alia ¶Bestia: que ascendit de terra (hoc est) secta Sarracenorum: que resistit quarto Sarracenus. Angelo tuba canenti: & secta ¶Patharenorum: que resistit quinto: licet illa manifeste: ista quantum potuit: sicut iam ex fine colligitur: in occulto. In sexto autem tempore egressuri sunt aliqui (vt ego arbitror) ex vtraq; Secta: quorum alij videantur esse Equites: Equi aliqui: adeo terribiles & monstruosi: vt si fieri possit in errorem inducantur: etiam electi. ¶Dicrum q̃ preterito anno veniens quidam vir satis (vt apparebat) prouidus & timens Deum a partibus Alexandrie: in quibus detentus fuerat in vinculis: dixit se audisse a quodam magno Sarraceno: misisse ¶Patharenos Legatos suos ad illos: postulantes ab eis communionem & pacem: quodq; illis concedentibus: reuersi sunt ad suos: reportaturi cum tempus esset: ad eos: certum verbum vnitatis & pacis. ¶Hoc audiui ipse: ab eodem viro: in Ciuitate ¶Messana. Anno mille-1195.anno simo centesimo nonagesimo quinto

incarnationis dominice:tertiedecime indictionis. ℔Nec idcirco dico:q̃ videtur in hocipso erroris mysteriuz parturiri:z operis iniqui quasi fundamẽtum iactari. Igitur cum venerit tempus:z presto erit:hora solutionis Angelox istox:exibunt cuz superbia z furore consumari ea que scripta sunt in libro isto: eo q̃ non cognouerunt homines tps ꝓpolationis sue. De qua:vz: solutione maloꝝ:z potestate tenebraꝝ:dicit psalmista. ℔Posuisti tenebras z facta est nox:in ipsa pertransibunt oẽs bestie silue. ℔Bestie silue dicte sunt gentes infideles: que more bestiaꝝ fitiunt humanum cruorem:quaꝝ alique sunt a parte orientis: sicut sunt hi qui vocant:℔Turchi:alie in meridie:sicut Ethiopes:alie ab occidente:sicut Barbari:siue ℔Mauri:que vulgo dicũtur:℔Meselmuti:alie ab aglone:que z ipse (sicut ferunt Alemani) qui cuz eis sepe habuere ꝓflictum:satis ferocissime:z terribiles sunt. ℔Hi oẽs vsq̃ ad sextuz tempus:q̃d erit:immo z est pre oibus tenebrosum:alligati fuere in flumine magno (hoc est) in Romano Imperio:q̃d ꝓstituit deus oipotens ad munimen pacis:z defensionem ecclesie:quo resistente iuribus z potẽtia multa:non fuere ꝓmissi transire terminos ꝓstitutos:z methas quas posuit illis Deus:sicut de eis in typo maris in libro Job a domino dictum est. ℔Circundedi illud terminis meis:z posui vectes z ostia:z dixi:huc usq̃ venies:z nõ procedes amplius:z hic ꝓfringes tumentes fluctus tuos. Et hoc qdem vsq̃ modo. ℔Cum autem sextus angeloꝝ effundentium septem phialas iracũdie dei:effundet phialaz suam sup flumen illud magnuz Eufratem ad siccandas aqs eius:que tenent alligatas gentes:qd vltra spatur:nisi aduentus illoꝝ:quibus preparabitur via vt veniant ad penitendam Babylonem ciuitatem supbam:que sedet' (vt dr in hoc libro) super aquas multas:que sicut exponit Angelus qui ostẽdit visionez Joanni: non aliud sunt q̃ populi multi. De quoꝝ.s.populoꝝ viribus: presumptis vsq̃ modo superba ciuitas:z adhuc presumit: quasi impossibile sit tradi multos in manibus paucoꝝ:presertim cum non sint pauci:sed multi:immo innumere multitudines: qui iudicaturi sunt illam. Et qui sunt illi? Audi qd de eis dictum sit in sexta parte:in qua agitur generaliter de huiusmodi excidio Babylonis. Decem cornua que vidisti:decem Reges sunt qui regnum necdum acceperunt: sed vna hora tanq̃ Reges:regnum accipient post Bestiaz. Et paulopost. ℔Hi odient fornicariaz: z desolatam facient eam z nudam: z carnes eius manducabunt:z ipsam igne ꝓcremabunt. Deus enim dedit in cordia eoruz vt faciant qd̃ illi placitum est:vt dent Regnuz suum Bestie:donec ꝓsumentur verba Dei. Et mulier quam vidisti:est Ciuitas magna:que hz regnum sup Reges terre. O vtinam poneret ad cor verba hec vbs supba:z non presumeret de age suo (hoc est) de multitudine populoꝝ suoruz: vtinam vel hoc ꝓcuteret cor eius:q̃d nuper accidit Regi suo:z multitudini populoꝝ:qui fuerunt cuz eo:quo defecerunt in via nemine psequente:z vix pauci hoies: de tam multis potuerunt euadere: vt discat ois ecclesia sanctoꝝ:nõ dari victoriam multitudini armatoꝝ:sed reliquijs fidelis populi:qui ꝓtendunt in fide. Dictum est autem: q̃ siccande essent aque Eufratis: vt preparetur via Regibus ab ortu solis: q̃d sine gemitu dicẽdum non est:mutatio quedaz terribilis iam preceſſit:sup eo.s.q̃d nup accidit:sup inclyto illo exercitu Frederici magni z potentissimi Imperatoris:z alijs exercitibus populi Christiani: qui transeuntes mare in infinita multitudine: vix in paucis reliquijs pene sine effectu remearunt ad propria. Ab ortu autem Solis: via Regibus illis preparari dicta est: quia magna tribulatio: que presens est: a parte Orientis incepisse dignoscitur. Non enim videre possit: quo modo hoc verbum allgorice intelligi queat; sicut z multa alia; nisi forte dicamus

Turchi

Roma. impiuz.

Job.38

terram hierosolimitanam vocari spiritualiter: ortum solis:q̃ ibi ortus est sol iustitie xp̃s deus noster. Igitur equestris exercitus:quem vidit in visione Joannes: falsos illos christianos designat:z regnum pariter sarracenoꝝ:q̃d̃ hz videamus ꝓficere in regnum nouum:q̃d̃ designatum est in pe-
Dañ.2 dibus statue:quam vidit in visione: Nabuchodonosor rex:de plantario:cũ ferri'ortum est:hoc est: de regno illo sarracenoꝝ: q̃d̃ initiatuz est a ℔Mahometh. Et hoc q̃d̃ summope notandum credidi:ne qs me arguat bis ducere ad ꝓflictum gentem sarracenoꝝ:hoc est:in duobus tpibus: quarto s.z sexto. Non est ꝓrarrum vel absurduz: q̃ caput vnum bestie: q̃d̃ quasi'mortuum visum fuit:itez reuixit a mortuis:z visuz est q̃ fecisset deteriora mala:q̃z que fecerat a principio. Non est alienum a fide: q̃ in illa visione ℔Nabuchodonosor:auz q̃dem positum est semel:argentum semel:es simiter semel:ferz autem non semel: sed bis: z dictuz est:q̃ duo regna vltima essent ferrea:hz sequens mixtum luto: z q̃ altez ex altero oriretur. ℔Hec idcirco dico:q̃ duo ista regna vltima:habent locum inter conflictus septem angeloꝝ:de qbus agimus:in quarto:vz:z sexto tpe:ceteris tribus regnis ab hac cõione seclusis. Igit equestris exercitus:quem vidit Sanctus Joannes. ℔Pseudo ꝓphetas simul z sarracenos designat:qui z pro multitudine nimia: innumerabiles sunt: z pro fortitudine supbi'z pro crudelitate feroces. Equi enim quos vidit:significat cohortes z cetus innumeros pugnatoꝝ. Sessores pseudo ꝓphetas: qui videntur sagaciores esse: z quasi inter hoies rationem habere. ℔Hi tribus tegumẽtis muniunt cor:da sua ne possint vulnerari sagittis:z transfigi spiculis verboꝝ dei: ira:luxuria:z hypocrisi. Ira:q̃ nolunt'sicut hoies rationabiliter agere: sed sine rõne z iustitia irascuntur aduersus eos qui non sentiunt eadem cum illis. Luxuria:q̃ cum nos laudemus vitam castam:ipsi felicem putãt vitam luxuriosam. ℔Hypocrisi: q̃ docent subiectos suos coram alijs grauiter se habere:z nihil amittere leuitatis. Et hi oẽs ad hoc laborant:vt deleant nomen xp̃i de terra:z imponant filẽtium sexto angelo:hoc est:predicatoribus veritatis:quibus datum est sorte sicut z ceteris annunciare euãgelium in tpibus istis. ℔Prima lorica:que est:ira:designat in igne: q̃ ignis in diuina pagina sepe iraz designat. Scõa que est:luxuria:designatur in sulphure:q̃ vtrũq̃ sane sentientibus horribiliter fetet. Tertia que est:hypocrisis:in colore iacynctino:q̃ iacynctum aereum hz colorem:z ipsi se dicunt esse ꝓmptatores celestium: presertim q̃ multi eoꝝ: astroꝝ diuinatoribus gaudẽt. ℔Hec enim tria sunt:que maxime abijciunt verba dei. Ira:luxuria:z sapiẽtia seculi. Ira enim z luxuria cecãt oculos mẽtis ne videatur qd̃ vez est. Sapientia seculi:resistit sapientie dei. Unde z in libro ℔Hyeremie di. Filij Agar qui exquisierunt sapientiam que de terra est:non inuenerunt locum eius. Tales ergo sunt: z taz multi quos peccatis nostris exigẽtibus prevalere sentimus: tales sunt z tam multi: cuz qbus nos opz (z hoc q̃z citius) bis ad ꝓflictum venire. ℔Dodicum (inquit dñs). z non videbitis me:z itez modicum. ℔Qd̃ cum fuerit completuz:videbitis me:z gaudebit cor vestz. ℔Hoc enim modo opz dñm Jesum:qui vsq̃ modo in membris suis laborauit in terra:ire feliciter ad patrez:cum post duas istas tribulationes:que in sexto tpe ꝓsumande sunt:euacuauerit oẽm principatum z potestatem:q̃ opz (inqt) illum regnare quo ad vsq̃ ponat oẽs inimicos suos sub pedibus suis. Quasi enim tunc ibit ad patrem: qui vsq̃ modo:in mẽbris suis humiliter stetit in terris: q̃ qui vsq̃ nunc psequuti sunt illum: negantes eum esse vez filium dei:in die illa laudabant z dicẽt. ℔Benedictus qui venit in noie dñi. ℔Propter istas duas tribulationes:que geminande sunt in tpe sexto:nõ ait Joannes: numerus equestris exercitus decies milliens dena millia:q̃d̃ iure acciperet pro insi-

c.11?
mal.21?

nito:quia denarius:ꝛ millenarius: perfectissunt numeri:sed aut. Vicies millies denamillia. Qd̄ tale est:ac si diceretur. Decies millies denamillia:ꝛ iterum decies millies denamillia. Sed audiuimus de equitibus quales sint:ꝛ qualibus sint armis ad resistendum veritati muniti: audiamus ꝛ de equis: qui forte ad irrogandamala atrociores sunt. Nam sequitur.

Apo.9.14 ¶Et capita Equorum tāquam capita Leonum erant: & de ore ipsorum procedit ignis: & fumus: & sulphur. Ab his tribus plagis: occisa est tertia pars hominum: de igne: & fumo: & sulphure quæ procedebant de ore ipsorum. Potestas enim Equorum in ore eorum erat: & in caudis eorum. Nam caudæ eorum similes Serpentibus: habentes capita: & in his nocent.

¶Cum aliqua gens incipit prevalere:ꝛ subijcere sibi Tribus ꝛ Linguas: solet ijs qui maior est eorum: dividere Civitates ꝛ Castella militibus suis: fm quod: non solum in gentibus: verumetiam ꝛ in eo populo qui dicitur Christianus: accidisse didicimus. Solent etiam hi qui principantur in populis: studere sapientie ꝛ doctrine: vt videantur inter ceteros homines: ꝛ vti quasi homines ratione. Accidit autem ex hoc: ꝛ sepe accidit: vt hi qui dominantur populis: videantur pro ratione ꝛ scientia habere inter homines humanam formam: qui autem rustici sunt ꝛ bruti: nihil in seipsis humanitatis habeant: nihil rationis: sed sint quasi Equi ꝛ Muli quibus
fo. 31. non est intellectus. Plerunq; etiam cum iudicant alios: hi qui iudicant eos: cum quadam miseratione promunt sententiam contra eos: vt non videantur facere voluntarij: sed necessitate coacti. Qui autem rustici sunt ꝛ bruti: cum puniendi aliquez potestatem accipiunt: ac si Leones rugientes frendent dentibus in eum: nullum se ostendentes affectum miserationis habere. Sicut Preses Pylatus conabatur eripere Christum: ꝛ miserebatur ipsius: ministri autem non solum occiderunt eum: verumetiam vt se ostenderent crudeles in passione ipsius: inter cetera imprōpia mortis eius: grauiora illi tormenta: sputis ꝛ colaphis inferebant: Iz ergo sessores equoruz satis esse terribiles demonstrētur: longe tñ dissimiliter ab equis: qui quidem Leoninis deturpati capitibus: caudis quoq; serpentinis monstruosi effecti: horribile spectaculum se cernentibus prebent. Quid enim Leone ferocius? ꝛ quid Serpente furiosius? Furor (inquit) illis fm similitudinem Serpentis. Deinde Leo palam seuit: fo. 32. Serpens ex occultis insidijs caput protrahit venenosum. Propter hoc sortis pugne: intus timorez. Fortis enim minantur mortem: vt possint constantes milites penis frangere irrogatis. Secreto loquuntur blande: ꝛ promittunt negantibus felicem vitaz: vt possint frangere blanditijs: quos nequeunt superare, tormentis. Propter hoc: in Equis Leonum capita: propter hoc in caudis capita serpentina. Nec mirum si de ore eorum: ignis: ꝛ fumus: ꝛ sulphur procedere dicta sunt: qz ex abundantia (inquit dominus) cordis loquitur os. Bonus homo de bono thesauro cordis sui: profert bonum: ꝛ malus homo de malo thesauro cordis sui: profert malum. Quales enim possunt esse discipuli qui malos habent magistros? In aspectu denigz eorum concipiunt dolorem: ꝛ pariunt iniquitatem. Nam quia vident magistros indutos loricis igneis: ipsi in corde concipiunt ignem. Quia vident eos indutos loricis sulphureis: ipsi in corde concipiunt sulphur. Quia vident eos indutos loricis iacynctinis: ipsi in corde concipiunt fumum. Ut enim de ferro procedit ignis: sed tamen in ligno cui adheret: proficit ꝛ efficitur magnus: ita nonnulli pravorum hominum: qui malorum seminatores sunt: qz propter intelligentiam quam habent: cauteriatas habent conscientias suas: minus sunt audaces ad facienda mala que cogitant: eo qz velut cunq; timeant iudiciuz cuncta cernentis Dei: saltem vel pro pena temporali qua multi in preteritis seculis puniti sunt. Qui autem decepti sunt ab eis: bonas se conscientias habere credunt: ꝛ arbitrantur se in his que faciunt: obse-
Jos.16 quium prestare Deo. Inde est qz sessores Equorum loricas igneas quas habent: sulphureas quoq; ꝛ iacynctinas ad munimentum erroris sui habere videntur: equi autem ignem: ꝛ sulphur: ꝛ fumum quem euomunt: non tam ad munimentum erroris sui: cz ad necem multorum: eorum: scilicet: de quibus dicitur. Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hoium: de igne: ꝛ fumo: ꝛ sulphure: que procedebant de ore ipsorum. Et quod sequitur. Potestas enim Equorum: in ore eorum erat: ꝛ in caudis eorum: nam caude eorum similes Serpentibus: habētes capita: ꝛ in his nocent. Tale est: ac si diceretur. Aliorum Equorum: virtus in dorso ꝛ in pedibus est: istorum autem contra vsum ꝛ rationez: in capitibus ꝛ in caudis eorum. Plerumq; etenim superbi homines: lente quidem incipiunt facere mala: sed postez exagitati sunt: exardescunt in iraz: ꝛ rursuz assumata ira: ab incrēdis malis quiescunt. Hi aūt non sic: sed cum aperta ira incipiunt perpetrare mala: ꝛ cum putantur ab inserendis malis
Apoc.5 quiescere: tunc ex inspato deteriora mala cōmittunt. Hoc est enim illud. Cum dixerint: pax ꝛ securitas: tunc repentinus eis superveniet interitus: sicut dolor in vtero habenti ꝛ non effugient. Unde ꝛ caput illud Bestie (quod respicit aduersarios istos) dictum est qz habuerit plagam gla-

dij ꝛ vixerit: quia cum creduntur deficere: tunc incipiunt: ꝛ cum putantur esse mortui: tunc deterius viuunt. Mouentur autem ab his plagis: hi qui negata fide Christi: illorum se iudicio ꝛ preceptioni committunt. Aut enim faciunt hoc qz timent iram: aut qz fetore provocantur luxurie: aut qz in secta illa tam feroci: aliquem colorem ficte religionis attendunt: maxime autez propter signa mendacia: que (vt alibi ostenditur) facturi sunt. Quam vero magnus sit populus iste: ꝛ cz magna mala facturus. Joheles vaticinio demonstra- Joheli.2
tur: cum dicitur. Canite tuba in syon vllulate in monte sancto meo: conturbentur omnes habitatores terre: quia venit dies domini: quia prope est dies. Dies tenebrarum ꝛ caliginis: dies nubis ꝛ turbinis: quasi mane expansum super montes. Populus multus ꝛ fortis: ꝛ similis ei nō fuit a principio: ꝛ post eum non erit vsqz in annos generationis ꝛ generationis. Ante faciez eius vorans ignis: ꝛ post eum exurēs flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo: ꝛ post eum solitudo deserti: neqz est qui effugiat eum. Quasi aspectus equorum aspectus eorum: ꝛ quasi Equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient: sicut sonitus flamme ignis devorantis stipulam: velut populus fortis preparatus ad prelium. A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam. Hec verba Joheles: satis verbis Joannis: de quibus agitur in hoc loco: similia sunt: quia ꝛ qz ibi dicitur: Populus magnus: ꝛ multus: ꝛ qz hic vigies millies denamillia: immensam ꝛ infinitam multitudinem Paganorum prefignat: quorum terribilis infestatio: gemino armorum genere Christianos impugnat. Non enim Dominum tantum querunt in exteriori homine: verumetiam fidem eorum quos subijciunt sibi: diuersis tormentorum generibus extinguere moliuntur. Sequitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

T.15. ¶Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis: neq; egerunt penitentiam de operibus manuum suarum: vt non adorarent Dæmonia & Simulachra aurea: & argentea: & ærea: & lapidea: & lignea: quæ neq; videre possunt: neq; audire: neq; ambulare: & non egerunt penitentiam ab homicidiis suis: neq; a fornicatione: neq; a furtis suis.

¶Dixit hec & stetit: impfectam & incõsumacam orationem relinquens: ¶haud dubium: q; pp illud qđ in alto loco per prophetam dr. Secretum meum mihi: Secretum meum mihi. Videtur enim in his verbis: q; terminãda sit ad horam: tribulatio ipsa: & vanda aliquãtula pax populo christiano: non q; iam purgata erunt scelera: sed q; sic miserator ille incipit penitere: vt aliqñ retrahat manum suam siquo modo: qui monuntur in peccatis: puertant & viuant. Qui tñ quos expectat vt peniteant: non penitẽtes: durius punit. Unde & per pphetam huiusmodi hoibus minatur dicẽs. Dies vltionis in corde meo. Quare hoc? Q; dies dñi sicut fur in nocte: ita veniet. Ita enim veniet: vt preuideri nõ possit. Sed si ita est: qđo promittitur Helyas pphęta anteq; veniat dies dñi magnus? An q; & hocipsum occultum valde? Quis enim intelligeret in primo aduentu dñi Helyam venisse: si dñs non detegeret dicens: Joãnem ipsum esse Helyam: presertim cuz ipse dixerit. Ego nõ sum Helyas? Quis enim vestigare sufficit pfunda dei? O (inqt Apostolus) altitudo sapiẽtie & scientie dei: q; incomprehẽsibilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles vie eius. Videtur ergo aliqd innuere voluisse Joãnes qñ ait. Et ceteri hoies qui non sunt occisi in his plagis: & non egerunt penitẽtiam de operibus manuum suarum: qđ'tñ ex iudicij seueritate non est psumare pmissus. Solẽt modum istum tenere hoies in loquẽdo: cum sciunt prauis hoibus malum esse paratuz: qđ prepalare qdem volunt: sed non presumunt timore vel amore dñoz suoz. Pulsati namq; pietate vel zelo: dicere incipiunt qđ nouerunt: sed q; sciunt esse secretum: in psequutione: deficiunt. Tale est ergo ac si diceretur. Cum pstet q; iustus iudex reddet vnicuiq; iuxta opa sua: nuz q; miseretur ad horaz pp electos suos: immunes esse possunt a plagis suis: hi qui abiuntur misericordia dei? Minime. Nam ne qs hoc silentium pretendum putaret: adduntur alia: atq; alia: que satis grauiora videntur. Sed forte dicit aliquis. Nunquid ego Demones & Simulachra colo: vt timeam super hoc iudicium Dei. Ego nõ Demonia: sed Deum colo. Y dola enim muta & surda: in toto pene orbe contrita sunt. Quid igit ad me de plagis istis? Sed si cetera: & si non oia libri verba spiritualia sunt: põt vtiq; & hocipsum spiritualiter accipi & exponi. ¶Multi etenim sunt qui se putant adorare qđ non adorant: nõ adorare qđ adorant. Sunt enim nõnulli qui se putant: nõ adorare Demonia: & tñ sortilegis & diuinis incantatoribus: maleficijs: & auguribus tota se mẽtis deuotione committunt. Hi pfecto Demones colunt: & nihil minus habẽt ab his qui Demonibus seruiebant. Cultus ydolatrie deletus est a facie xpi: & vix est aliqbis hõ in mundo (nisi forte incognitis regionibus) qui simulachz mutum salutet & adoret: & tñ manifesta est seruitus Pauli qui dicit. Dis fornicator: aut immundus: aut auarus: qđ est ydolorz seruitus: non hz hereditatez in regno xpi & dei. Et ne qs sup hoc aliud fingeret: blandiendo sibi ipsi de misericordia dei: adiecit & ait. Nemo vos seducat inanibus verbis: pp hoc enim venit ira Dei in filios diffidentie. Qui ergo huiusmodi immunditijs ingnauerunt seipsos: & superuenięte die pacis: euasuri sunt plagas istas: vt non

Esa.24

Esa.65

2.thes.5

mala.4

mat.11.

Joan.1.

Ro.11.

Eph.4

vt non cito accipiant per eas mercedez erroris sui: qd putas passuri sunt & ipsi: si nõ digne percepta misericordia: penitentiam agent? Mouerint pfecto & pacem illam sequuturas validissimas tempestates: quales non est expertum genus hoium ab origine mundi. Prius tñ q̃ veniat tribulatio illa: mittet dñs hoibus Angelum lucis (qui aperto volumine qđ aliqñ erat clausum) doceat eos archana mysteriorz Dei: quatenus & electis sit ad subsidium: & reprobis (qui hec ptemnunt) ad cumulum dãnationis: dum & illi de libri aptione proficiunt ad salutem: & isti de claritate luminis: maiorem incurrunt ignorantie cecitatem. Dicens enim Prophęta in typo spiritualis ecclesie. Surge illuminare Hierusalem: q; venit lumen tuuz: protinus adicit: & ait. Q; ecce tenebre operient terraz: & caligo populos. Igitur & si reprobi digni non sunt: aut tñ propter ipsos vt excusationem non habeant: aut pp electos: vt sciant redimere tempus: q; dies mali sunt: mittendus est a dño Predicator veritatis: sub tempore sexto qui doceat homines terrena despicere: & amare celestia. Nam sequitur.

Esa.60

Enoch.

Cap.10 T.1.

¶Et vidi alium Angelum fortem descendentem de cælo amictum nube: et yris in capite eius: & facies eius erat vt Sol: & pedes eius táquam columna ignis: & habebat in manu sua librum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare: sinistrum autem super terram: & clamauit voce magna: quemadmodum cum Leo rugit. Et cum clamasset: loquuta sunt septem tonitrua voces suas.

¶Quicunq; erit iste Predicator veritatis: sortis esse describitur: q; robustus erit in fide. De celo descendet: q; de vita ptemplatiua: descendet ad actiuam. Amictus erit nube: q; indutus erit scriptura Prophetaz. Sed & yrim gerit in capite: q; donum sancti spiritus habebit in mente. Ut enim yris. i. archus celestis apparet iunctus nubibus celi: sic ad conuincendos aduersarios: scripture sanctoz Prophetaz iungendus est mysticus intellectus. Sed de hoc in sequentibus. Prius enim querendum est (si tñ inueniri põt) qs sit iste Angelus tam preclarus: vt postea que de eo scripta sunt: qd spiritualiter designent: vestigare possimus. Ego Angelum istum pm litteraz: aut Enoch fore crederem: aut Helyaz: nisi in sequentibus de duobus ppheris: qui putant esse Enoch & Helyas: aliqua non his minora sermo ppheticus loqueretur: quãuis si hoz vnus est Angelus: iste magis esse intelligendus Enoch qui primus disparuit: videatur. Uez hoc put melius Deus nouit. Unum dico pro certo: q; huius Angeli significatum: magnum aliquem predicatorem personaliter tangit: quãuis spiritualiter ad multos viros spirituales qui in ipso tpe futuri sunt competenter valeat retorqueri: presertim: cum sicut Christus elegit sibi Discipulos non paucos ad predicãdum litteram euãgelij: ita oporteat spiritum sanctum eligere sibi aliquos quos voluerit ad pducendum: ac si de tenebris ad lucem spiritualem ac viuificum intellectum: dicente domino. Non enim vos estis qui logmini: sed spiritus patris vestri qui logtur in vobis. Unde & bene idem Angelus habere yrim in capite: dictus est: q; yris (vt iam diximus in sęda parte) aut ipsuz spiritum sanctum: aut spiritualem significat intellectum. Sane facies Angeli similis erat Soli: q; opz in hoc sexto tpe splendescere in modum Solis: ptemplationem sapientie Dei: & peruenire ad notitiam eoz qui designantur in Petro: & Jacobo: & Joanne: vz: Hebreoz populi: Greco: & Latinoz:

quinimmo primo Latinorum: deinde Grecorum: ⁊ Hebreorum: facti nouissimi qui erant primi: ⁊ qui primi nouissimi. Ut enim pertinens ad hoc: aliud tangamus mysterium: primo in ✠donumentum: ingressus est Petrus: ⁊ post ipsum Joannes: tertio autem ✠aria ✠agdalena inclinauit se: ⁊ prospexit in ✠donumento. Quod enim in illo mysterio: ✠aria: hoc in isto Petrus designat: ⁊ quod in illo Petrus ⁊ Joannes: hoc in isto Jacobus ⁊ Joannes. Ceterum quod designent isti tres videntes faciem Jesu Christi splenduisse in monte: hoc ✠agi qui venerunt ab Oriente ad domum in qua erat Sol iustitie Christus: ad indicium Stelle: q; ⁊ ipsi pari causa mysterij: tres fuisse traduntur. Sed quia digna de tam dignis ⁊ sanctis rebus occasio data est: oportet nos de his tribus Apostolis ascendentibus in montem: paulo latius agere: vt qō ibi gestum est ꝑm litteraz: hic ꝑm spiritum complendum esse: intelligamus. Neq; enim dubium esse potest: quin magni fuerit ⁊ archani mysterij: q; post sex dies Christus Jesus maiestatis sue gloriam tribus familiaribus discipulis reuelare dignatus est. Et hoc inter ✠oysen ⁊ Helyam: qbus magna inter magnos prophetas auctoritatis sublimitas collata est. Ego sextum diem: sextum tps ecclesie significari arbitror: in quo inter ✠oysen ⁊ ad Helyam: ac si Sol in virtute sua: xpi facies splendet: q; in ꝑfinio scōi status ptinētis mystice ad ✠oysen: qui fuit pastor populi israel: ⁊ tertij: qui pari modo pertinet Helyam vir; vtiq; spiritualem ⁊ nescientem vxorem: sed ⁊ vitam solitariam priuataq; ducētez: facies Christi Jesu: scriptura. s. testamenti noui bis qui per apostolos illos designantur: manifestius pre solito innotescat. Ut enim testū vetus: qō est ꝑm spiritum: facies ✠oysi: inchoata sexta etate mundi: ablato (qō erat sup illam) velamine: cultoribus veritatis innotuit: ita nunc quoq; inchoata septima: amatoribus iustitie: euāgeliuz Christi Jesu plenius incipiet effulgere: vt qui eum hactenus per fidem cognouimus: vsq; ad ꝓtemplādam speciez ipsius celsitudinis pducamur. Pro eo igit q; sexta etas: que in sex specialibus tpibus (sicut sepe diximus) terminat: ad laborem martyribs data est: septima ꝑsessoribus ad ꝓtemplationem Dei: iure inter ✠oysen pastorez populi: ⁊ vsq; ad tediuz aie in regimine desudantem: ⁊ Helyam vitam quietam ⁊ ꝓtemplatiuam ducentem: in modum luminaris diurni: facies saluatoris effulsit: q; in ꝑfinio (vt iaz diximus) scōi status: qui ad laborem ꝑstitutus est: ⁊ tertij qui ad otium ⁊ quietem: nobis si nō negligimus ⁊ filijs nostris: hec tam mira claritas ꝓcessa est: vt rarescētibus signis ⁊ miraculis: qbus hactenus tenera fides: ⁊ pro tpe inualida: nutrita est: iam nunc: vt seniores ⁊ puidi: non vt hesitantes ⁊ tentantes Deum: signum de celo videre quera/mus: sed in lumine Saluatoris nostri per semitam Justitie: infatigabiliter inceda/mus. Utiq; ⁊ propter hoc laborandum erat diutius in etate sexta: ⁊ q̄z nimis in sexto tempore etatis sexte: vt quomodo filij Jrael ad colligendum manna: pro die sexto: ⁊ Sabbato: duplo: sexta feria laborabant: ita in etate sexta laborarent fideles in verbo Dei: vt ⁊ temporis presentis afflictiones: ⁊ earundem afflictionum sacramenta diligenter agnoscant: ⁊ ad mysteria sequentis seculi (hoc est) etatis septime: que sequetur: in splendore celestis luminis contemplanda transirent. Verum: hoc propter sextum diem ⁊ sextum tempus: ⁊ propter splendorem Solis: qui ita apparuit in facie huius Angeli: quēadmoduz ⁊ in Christo Jesu: quatenus apte daretur intelligi: q; id complendum est spiritualiter in tpe sexto: qō ibi in sexto die (non sine mysterio) intimatur. Sed si in facie Angeli huius qui lucebat sicut Sol: notitiam spiritualis intelligentie incōcusse tenemus: qd in pedibus eius qui erant quasi columna ignis: nisi sensuz con

mat. 20.

mat. 17.

cordie duorum testamentorū? Qui: vz: sensus concordie iure: columne ignis similis esse perhibetur: q; ⁊ firmitatem veritatis patefacit in littera: ⁊ eos qui querunt illuz in veritate: illuminat q; accendit: ⁊ tanq̄z ostensurus lucem veram: ad superiora recurrit. Idcirco autem: hoc trinum ascribitur doctoribus, veritatis: q; ipsis medianibus ⁊ operantibus: gratia illa que designata est in vri ad notitiam auditorū (dño largiente) perducitur. Unde bene quoq; in manu eiusdem Angeli: liber: qui aliquādo signatus erat: demonstratur apertus: q; cum tria ista in ꝓcordiam veniunt: qō clausum erat hactenus in scripturis sanctis: reserratis firmaculis aperitur. In manu autem Angeli: manet liber apertus: q; in potestate eor: quibus datum est: manet ostendere fidelibus: quid ꝓtineatur in libro: ne quis ꝓfidens de suis viribus: aliq̄d sine dono presumat: ⁊ volens scire alta: discat humilibus ꝓsentire. Et quid inde? Luc. 14. Omnis (inquit) qui se exaltat: humiliabitur: sicut e diuerso: qui se humiliat exaltabitur. Potēs est enim qui prestat donum: augere virtutem: vt quo maior sit aliquis in domo Dei: humiliora sentiat de seipso. Alias aūr: bonuz est magis nō presumere quic̄q̄z ne forte ⁊ pro assertione falsi: hereticus: ⁊ pro supbia incorrigibilis fiat. Qui autem acceperunt donum: reddunt pecuniam: vel inuiti: metuentes illam dñi sententiam: qua dictum est seruo malo ⁊ pigro. Ligatis in anibus ⁊ pedibus: ponite eum in tenebras exteriores. Qualiter autem doceant qui vera docent: in opere huius Angeli demonstratur: cum dicit. Posuit pedem suum dextrum sup mare: sinistrum vero super terram. ✠are ⁊ terra in diuina pagina pro locis: in quibus scripta sunt: diuersa habēt significare. Hic tamen per mare: testamentum nouum: vetus intelligitur per terram: q; illud terrenis hominibus ⁊ terrena sapientibus datum est: istud sapientibus: ⁊ profunda sanctaq; scripturarum perambulare valentibus. Sup mare vero ⁊ super terraz posuit Angelus pedes suos: q; sensus spiritualis doctoris: veritatem q; latet in diuina Pagina prōferre volentis: duorum testamentorū littere (ac si cuiusdam arboris radici) inituntur: quatenus tanto superius fructum spiritualem ferat: quanto plantatus in bona terra: ⁊ rigatus sepenumero: in viriditate pdurat. Que enim Christi est viriditas: nisi fides? Ubi autem fides melius queritur: q̄z vbi duo vel tria testimonia conueniunt in idipsum? In ore (ait dominus) duorum vel trium testium: stat omne verbum. Et bene dextrum pedem super mare posuit: sinistrum vero super terram: q; Joa. 8 sicut iunior Effraym tactus dextera: prelatus est ✠anasse tacto sinistra: ita nouum testamentum (licet esset posterius tempore) dignitate tamen factum est primum: dicente Domino de vtriusq; temporis electis. Erunt primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi. Igitur in terra: que est inferius elementum: designatur littera testamenti veteris: in mari: littera testamenti noui: in vri qui apparet in nubibus celi: spiritualis intellectus: qui ex vtroq; procedit. Inde est: q; duo pedes Angeli similes sunt columne ignis: facies vero eius: vt Solis. Quia: videlicet: sensus ⁊ notitia duorum testamentorum: quasi humiliora tenent: contemplatio vero spiritualis Sapientie: in superioribus manet. Sed quare sub sexto Angelo tuba canente: liber demonstratur apertus: nisi vt compleatur illud quod precessit in mysterio: die quo passus est Christus: quando ⁊ velum Templi scissum est a summo vsq; deorsum: ⁊ ✠onumenta (vt ait Euangelista) aperta sunt: ⁊ multa corpora Sanctorum qui dormierant: resurrexerunt: ⁊ venerunt in Sanctam Ciuitatem: ⁊ apparuerunt multis? Hoc est enim tempus illud: de quo factus est sermo ad Danielem Prophetam. Quod clausi essent signatiq; sermones vsq; ad tempus prefinitum. Tempus prefinitum illud est: de Dañ. 12

mat. 20.

mat. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ꝛ loquimur. Inde est: qꝫ ꝛ ibi: ꝛ hic: iurasse Angelus demonstratur: vt qō ibi in sexto tpe synagoge: hoc: hic in sexto ecclesie tpe appareat designatum. Sꝫ de hoc in sequentibus. Angelus autem voce magna clamat: qꝛ qō dictuꝫ est erin tenebris: annunciat in lumine: ꝛ qō aure audiuit
Luc.12 in cubiculo: apte predicat super tecta. Sed qꝫ dictum est clamasse voce magna: ꝛ adiunctuꝫ est. Quasi cum Leo rugit indignātis animi: pertubationem prenotat: nec dubium qꝫ propter eos qui infideles sunt: ꝛ vicꝫ in finem ꝛ ꝓsumationem in incredulitate pdurant. Sine fide etenim intellectus haberi non pōt. Quo circa rugit Angelus quasi Leo: qm̄ defecit sanctus: qꝛ diminute sunt veritates a filijs hoium. Et
Jo. 11. qdem cum clausus erat liber: videbantur aliquātulam excusatiouem habere. Cum vero isdem liber exhibetur aptus: quam de ignorantia sua excusationeꝫ habebunt? presertim: cum ꝛ tonitrua septem loquantur voces suas: ꝛ sint ipse voces: voci Angeli vsquequaqꝫ concordes? Quod autem dicit Joannes.

Ap. 2. ¶ Et cum loquuta fuissent septem Tonitrua, ego scripturus eram: & audiui vocem de cælo dicentem. Signa quæ loquuta sunt septem tonitrua noli ea scribere.

¶ Demonstrat non esse adhuc oia publicāda in generatione mala ꝛ adultera. Ipsa vox spiritualis que procedit de celo testāmēti noui: vt compleatur adhuc illud qō
Luc.8 ait dōs Discipulis suis. Vobis datum est nosce mysterium regni Dei: ceteris autem in parabolis: vt videntes: non videant: ꝛ audientes: non intelligant. Sic stella ✠Magis apparuit in oriente: ꝛ disparuit ab oculis eoꝝ: quousqꝫ ipsi ✠Magi pertransirent
matt. 2. ✠Herodem. Sic ✠Helyas ostendit ad horaz filijs Jsrael: ꝛ non longe post relictis illis
3.Reg.17. abijt ꝛ abscondit se ab eis: quousqꝫ com-

plerentur anni tres ꝛ menses sex. Igit ad rugitum Angeli loquuntur tonitrua voces suas: qꝛ ad predicationem doctoꝝ exhibentium librum aptum: haud dubium: qꝫ per ꝓcordiam duoꝝ testamentoꝝ: septem quoqꝫ spiritus dōi: qui missi sunt a dño in oēm terram: voces spirituales ꝛ allegoricas: veluti e tertio celo: re vera: carnali homini occultandas emittunt. Siqdem aia
1.cor.2. lis hō: non pcipit que sunt spiritus Dei. Est enim primum celum (sicut iam' scripsimus in hoc opere) vetus testamentum: scōm testamentum nouum: tertium spirituālis intellectus: qui ex vtroqꝫ procedit. Qō ergo ait Joannes. Et que loquuta essent septemꝫ tonitrua scripturus eram: ꝛ audiui vocem de celo dicētem. Signa que loquuta sunt septem tonitrua: ꝛ noli ea scribere: voluntatem ꝛ intentionem exprimit prioꝝ discipuloꝝ: qui zelo veritatis accensi: volunt mox exprimere veritatem: nondum tn̄ attendentes illud qō scriptuꝫ est. Tempus tacendi: ꝛ tps loquēdi: eo qꝫ aia-
Eccle.3. lis hō non pcipiat que sunt spiritus Dei.
1.cor.2. Signa (inquit) que loquuta sunt septem tonitrua: ꝛ noli ea scribere. Signare duobus modis accipitur in Diuina ✠Pagina. Accipitur enim ꝓ signum facere: vt est illud. Signa Thau. Et accipitur pro ali-
Ezec.9 qd in occulto tenere: vt in hoc libro. Ti di' librum signatum sigillis septem. Hic ergo qꝛ sequtur. Et noli ea scribere: pro occultare: accipiendum est. Sunt enim' (vt iam diximus) spiritualia verba: aialibus hoibus occultanda: dicente dño. Nolite dare
matt. 7. sanctum Canibus: ꝛ nolite spargere margaritas inter porcos. Non ergo qō occultatur: ab oibus occultaꝫ: sed ab his qui animales sunt: ꝛ carnali subiacent intellectu. Unde ꝛ fortassis: pro signuꝫ facere: dictuꝫ est. Signa. Qꝛ: vꝫ: cum signuꝫ facimus: nostris logmur: non alienis: ita vt qō isti peiiunt: illi viso signo: vestigare nō possint. Omne etenim signum: qō fit a viro prudente: ad significandum aliqd occulte alicui non oibus: solet fieri: quatenus ꝛ no-

tis innoteseat verbum: ꝛ ab ignotis quod di abscōdatur. Doctoris vero lingua: calamo scribe: assimilata est: qꝛ (vt in libro) calamus: ita doctoris lingua in corde populi
Jo.44. verba scribit. Unde ꝛ per ✠Psalmistam di. Lingua mea: calamus scribe velociter scribentis. Hoc ergo modo scribunt Doctores: ꝛ quicꝫ discipuli veritatis: cum verba que audiunt a maioribus: in libro humani cordis impetmendo reponunt. Signifi-
2.cor.3. cari aūt in libro cor humanuꝫ: Apostolus manifestat: cum dicit. Epistola nostra: vos estis scripta in cordibus nostris: que scitur ꝛ legitur ab omnibus hoibus: manifestati: qm̄ epistola estis Christi: ministrata a nobis: ꝛ scripta: non attramento: sed spiritu Dei viui: nō in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus. Hoc inqꝫ modo: scribunt sancti in tabulis cordis carnalibus verba dei. Hoc modo Joānes: immo hi qui designantur per illum: scripturas
Jo.18. se esse putant: que septem tonitrua loquuta sunt: vt in oēm terraꝫ exeat sonus eoꝝ: ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. Sed qꝛ dignus nō est mundus intelligere archana verba: nec videre (vt iam dixi) margaritas (quas pedibus suis sepe ꝓculcant) audiūt dilecti Dei: velut ex alto celo: ex ipso s. sacri libri mysterio: spiritualem vocem dicentem sibi. Nolite publicare archana verba: que rapti in paradisum: que ꝛ vsqꝫ in tertium celum audistis: qꝛ non sunt aiali homini: ꝛ carnalem intellectum habenti indiscrete narranda: sed ita mysterialiter reponenda in membranis: vt hi qui spirituales sunt: spiritualiter capiant: ꝛ hi qui aiales: prophanare non possint. Est enim inter libꝝ ꝛ tonitrua differentia quedam: quoꝝ alterum proprie ad Christum pertinet: ꝛ alterum ad spiritum sanctum. Sunt etenim quedam: que omnibus cōia sunt: ꝛ oibus publice predicanda. Et sunt que nō oibus dicenda sunt: sed quibusdam (eo qꝫ
2.cor.12 spiritualia valde sint) ꝛ longe a carnaliuꝫ intellectu: de qbus dicere videtur Apostolus. Scio hoiez in christo ante annos quatuordecim: siue in corpore: siue extra corpus: nescio: deus scit: raptuꝫ hmōi vsqꝫ ad tertiuꝫ celum. Et scio hmōi hoiem siue in corpore: siue extra corpus: nescio: deus scit: qm̄ raptus est in paradisum: ꝛ audiuit archana verba: que non lꝫ hōi loqꝫ. Primuꝫ celum est scriptura: que ptinet ad primum statum. Scōm: scriptura que ptinet ad secundum. Tertium: intelligētia spiritualis que ptinet ad tertiuꝫ. In primo eruditi sunt paruuli. In scōo instituunt adolescentes. In tertio inebriant amici. Ut enim qui (donante deo) vicinitate lucis huius pfundimur: manifestius aliqd inferamus: sicut nobis in hystoria testamēti prioris: in fine primi status: ꝛ exordio scōi: apiente Xpo: aditus patuit: ita in fine scōi status: ꝛ initio tertij: in littera testamēti noui: ꝛ maxime huius libri: apiente eo: quez misit pater in
Joā.16. noie xpi: opꝫ septem tonitrua log. sublimius voces suas: vt compleat adhuc in spiritu ꝓmissio illa Xpi dicētis. Cuꝫ venerit ille spiritus veritatis: docebit vos oēm veritatez. Fuit illud: erit hoc. Uerumtn̄ non sicut illud: ita ꝛ istud. Non enim eadem cā sunt incarnati verbi: ꝛ missi spiritus sancti in specie columbe ꝛ ignis: qꝛ verbuꝫ incarnatum: tam iustis: qꝫ iniustis in eadem assumpta carne manifestum apparuit: spiritus vero sanctus nō nisi fidelibus: ꝛ vere fidelibus ostensus est. Unde: ꝛ Dōs ipse
Joā.14. (quem viderunt ꝛ occiderunt Judei) dicens. Ego rogabo patreꝫ: ꝛ alium paracly-
tum dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternum spiritum veritatis: quem mundus non pōt accipere. Protinus adiecit ꝛ ait. Qꝛ nō vidit eum: nec scit euꝫ. Uos autem cognoscetis eum: qꝛ apud vos manebit: ꝛ in vobis erit. Qō tale est: ac si dicere tur. Lꝫ ꝛ ego venerim: ꝛ ipse veniet: nō tn̄ videbit eum mūdus iste: sicut vidit me: ꝛ occidere querit: sꝫ in solis electis meis erit ꝛ apud ipsos manebit ꝓsolans eos: per se ipsum: ꝛ docēs illos oēm veritatem. Non igitur ea cā est aptionis libri qui ptinet ad patefactionem ꝓcordie duoꝝ testamētoꝝ:

Apoc. 10. 7 loquutionis septem tonitruorum ad intelligenda secreta Dei: vt vtriusq; rei simul detrudetur archanum: sed illud est predicandum publice: istud in cordibus perfectorum signandum: quousq; compleat predicatio libri ad comprobandum: q̃ patris 7 filij vna sit diuinitas: equalis gloria: coeterna maiestas. Unde 7 ipse filius dicit. Nisi ego abiero (subauditur: ad patrem) Paraclytus non veniet ad vos. Joa. 16. Quod est dicere. Nisi ego prius compleo opera mea: vt per ea que ego operor ad similitudinem operum patris mei: cognoscat me mundus esse equalem patri: non est voluntatis mee mittere alium paraclytum: cuius vocem per vos audiat: me contempto: q̃ nisi precedat fides: non sequitur intellectus. Sequitur.

Apoc. 10. 2. ¶Et Angelus quem vidi stare super mare: & super terram: manum suam leuauit in cælum: & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum: qui creauit cælum: & ea quæ in illo sunt: & terram: & ea quæ in ea sunt: & mare: & ea quæ in eo sunt: quia tempus amplius non erit: sed in diebus vocis septimi Angeli: cum cœperit tuba canere: consumabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas.

¶Consonant voci huius Angeli verba veritatis dicentis. Helyas cum venerit: ipse restituet omnia. Mat. 17. Concordat quoq; iusiurandum Angeli: cum rugitu clamoris. At quid enim clamat 7 rugit sicut Leo: ijs qui librum manibus sert apertum: nisi vt contumaciam nostram increpando arguat: 7 nos super incredulitate nostra deterrendo confundat: qui nec per miracula conuersi: in fidei stetimus puritate: nec per apertionem libri ad eum conuertimur in veritate. Abundat autez Dei veritas in mendacio nostro: vt omnis a nobis occasio excusationis tollatur. Ne enim parum quid videatur: q̃ rugit Angelus sicut leo: addit adhuc ipsius angeli iusiurandum: vt credant diez vltimum 7 tempus iudicij aduenisse. Non querant spatium temporis illius quod dies nouissimus appellatur: non querant que facturus sit dominus: 7 quo ordine iudicaturus sit orbem: incipiente iudicio a domo Domini: sufficit eis scire: q̃ prope sit: sufficit eis scire: q̃ in voce septimi Angeli cum ceperit tuba canere: consumabitur mysterium Dei. Quisenim scit: quantum debeat durare tempus illud: quod dies nouissimus in scriptura vocatur? At ne quis putet nouum q̃ dico: intelligendum esse: vz: tempus quoddam incerti finis: in die qui appellatur nouissimus: audiat doctorem precipuum Augustinum in libro de Ciuitate Dei: idipsum clara voce dicentem: immo arguentez eos qui simpliciter intelligunt: q̃ non simpliciter dictum est. Cum enim loqueretur de die vltimo: in quo Rex magnus de celo veniens: iudicaturus est orbem: adiecit 7 ait. Quod in confessione ac professione tenet omnis ecclesia Dei vere: credimus Christuz de celo esse venturum ad viuos ac mortuos iudicandos. Hunc diuini iudicij vltimum diem: dicimus esse vltimuz tempus. Nam per quot dies tenedatur hoc iudicium: incertum est: sed scripturarum more sanctarum diem poni solere pro tempore: nemo qui illas litteras: quamlibet negligenter legerit: nescit. Certe, audisti auctoritatem tanti Patris: cui etiam omnes Sancti concordant in id ipsum: vbicunq; de die vltimo plenius aliquid loquuti sunt. Verumtamen q̃ dies vltimus largo 7 stricto modo accipi consueuit: 7 non nunquam pro vno incerto tempore (vt asserit in hoc loco Augustinus) non nunquam pro extremo ipsius

1. pet. 4.

Augustinus in libro de ciuitate ẽi

temporis articulo accipiendus est: discerni oportet diligenter: vbicunq; agitur in mat. 25. domina Pagina de nouissimo die: vtrum de vno tempore dictum sit: an de vltimo eiusdem temporis articulo: in quo sedente domino in sede maiestatis sue: eidem iudicio dabit finem: euntibus electis in vitam eternam: reprobis autem in ignem eternum. Neq; enim de illo iudicio: aut de illo temporis articulo: intelligendum 1. pet. 4. est illud Petri (cuius superius secimus mentionem) tempus est: vt incipiat iudicium a domo Dei: sed de initio illius temporis: quod dicit Augustinus vocari vltimum diem. Quando autez sic accipimus vltimum diem: debemus ipsum vltimum diem: vltimam (hoc est) septimam extimare etatem. Ut enim dies septimus ebdomade finis est: ita vltima etas: quanticunq; sit spatij: finis mundi est. Et hz etas sexta (vt iam superius in prefatione digessimus) finis mundi dicatur: longe tamen verius id de septima dici potest: que quidem 7 si 9m aliquid a passione Domini simul cum sexta inchoata est: proprietas tamen eius: a ruina Antichristi. Dicitur autem tempus illud dies iudicij: quia vlciscetur Deus electos suos de omnibus inimicis suis: quia auferretur Regnum a Dañ. 7. filijs huius mundi: 7 dabitur populo Sanctorum altissimi. At illud modis omnibus hucusq; manet occultum: vtrum in principio ipsius temporis (de quo hic loquitur Augustinus) an in medio: an in Luc. 12 fine venturus sit Dominus ad iudicium: presertiz: cum ipse dicat. Hora qua non putatis: filius hominis venturus est. i. an sero: an media nocte: an mane. Mar. 13. Ceturus est enim (vt Scriptura testatur) 7 rationem positurus cum seruis suis: ablaturus talentum a pigro seruo: 7 daturus ei qui pecuniam duplicauit. Secundum hoc autem presumi potest: q̃ aut circa principium illius temporis: aut non longe a principio eius venturus sit: presertim: cum dicat veritas ipsa loquens de persequutione Antichristi: Statim autem post tribulationem mat. 24. dieruz illoruz: Sol obscurabitur: 7 Luna non dabit lumen suuz: 7 Stelle cadent de celo: 7 virtutes celoruz commouebuntur: 7 tunc apparebit signum filij hominis in celo: 7 tunc plangent omnes Tribus terre: 7 videbunt filiuz hominis venientem in nubibus celi. Nam 7 illud quod sequitur in eodem loco. Et mittet Angelos suos cum tuba: 7 voce magna: 7 congregabit electos suos a quatuor ventis: a summis celoruz: vsq; ad terminos eoruz: quis intelligit? Num vere (vt velle videtur) simplicitas ipsa littere: ita est simpliciter intelligendum: vt: vz: ad colligendas animas electorum mittat Angelos suos cum mat. 24. tubis: cum econtra scriptum sit in Apostolo Paulo. Omnes qdem resurgemus: 1. cor. 15. sed non omnes immutabimur: in momento: in ictu oculi: in nouissima tuba? Quia vero hec omnia occultissima sunt: 7 tamẽ omnino futura: optime se ab his omnibus expediens: Augustinus ait. In fine mundi: vel circa ipsum finem: has res vidici- Augustinus. mus affuturas: Helyam Thesbyten venturum: fidem Judeoz: Antichristum persequuturum: Christum iudicaturum: mortuoz resurrectionem: bonoruz maloruq; discretionem: mundi pflagrationem: eiusdemq; renouationem. Que omnia qdem ventura esse credendum est: sed qbus modis: 7 quo ordine veniant: magis tunc docebit rez experiẽtia q̃z nunc ad pfectum hoium intelligentia valet pseq. Et de his pro loco satis dictuz. Qz vero hecipsa que de fine mundi dicuntur: alij post alios veluti per quinq; diez spatia nunciare hominibus non credentibus sibi: sed ptradicentibus missi sunt: dicit nũc eaipsa: Angelus iste cuz iuramento: ne qs se in verbis eius putet esse deceptuz. Per viuentem (ingt) in secula seculoz: qui creauit celũ: 7 ea que in eo sunt: 7 terram: 7 ea que in ea sunt: 7 mare: 7 ea que in eo sunt: q; tps iaz nõ erit amplius: cz in voce septimi Angeli cum ceperit tuba canere: consumabit mysteriuz Dei:

sicut euangelizauit per seruos suos Pro-
phetas. Quid enim contrarium veritati
existimas si aduentum tanti Judicis: tot
Precones precurrunt? Nonne & Reges
mundi:qui Regna sua videre decernunt:
precursores qui sibi preparent vias: alios
post alios delegãt:vt quecq victui necessa-
ria inueniãt preparata? Sz quẽadmodum
si aliqs Rex premitteret plures nuncios:
aliosq post alios:ad predicendam vicini-
tatem aduentus sui:& primo qdem & secõ
crederetur:ceteris vero qbus magis esset
credendum quasi testibus mendacij:ꝓra-
diceretur ab oibus:& exprobraretur a mul
tis:ita in his extremis tpibus:nõ possunt
filij huius seculi de vicinitate illius diei:
aliqd audire: putantes esse deceptos eos
qui sup hoc crediderunt Apostolis:& qua
si cauentes sibi ne & ipsi similiter decipian
2.pet.2. tur. Preuidit hoc Beatus Petrus Apo
stolus:& sicut ipse predixit futuꝝ: ita nos
quottidie cernimus ꝓsumari. In nouissi-
mis vtiq diebus veniet (inquit) diebus
venient in deceptionem illusores: iuxta
proprias consolationes ambulantes:& di-
centes. Ubi est promissio: aut aduentus
eius? Ex quo enim Patres dormierunt:
omnia sic perseuerant ab initio creature.
Jurat ergo Angelus iste:qui quasi singu-
lariter missus est vt fidem faciat: iurat:vt
increduli ꝙuertantur ad deum:si quo mo
do audientes:euigilent a somno mortis:&
non eos inueniat repẽtina dies illa. Utiq
& sub sexto figmaculo:qđ pactum fuit tem-
pore transmigrationis Babylonice:vidit
Daniel vir quendam indutum lineis sta-
re sup aquas fluminis:& eleuantem dexte-
Dan.12 ram & finistraꝝ suam in celum & iurantem
per viuentem in eternum:qz in tempus &
tpa & dimidium tpis: complerentur vni-
uersa mysteria: que ostensa erant ipsi Da-
nieli:de diebus nouissimis. In aqua autez
fluminis super quam stabat vir:& in aqua
maris sup quam Angelus posuit pedem
suum:vnum est & idem mysterium: exce-
pto:qz ibi per aquam fluminis:vtriusq lit
tera testamẽti designata est:hic in terra lit
tera veteris:in mari littera noui. Et qz nõ
est facta mẽtio in Daniele de pede dextro
& sinistro:dictum est de viro ipso qui indu
tus erat lineis:qz eleuauerit in celum ma-
num suam dexteraꝝ & sinistram. Duas ma
nus que naturaliter deorsum pendent:ad
celum leuare:est sensus littere duoꝝ testa-
mentoꝝ: que de imis sepe loq videntur:
per cõmutationem intellectus spiritualis
ad supiora transferre. Quasi enim manus
sunt Doctoꝝ duo ipsa testamenta:qz sicut
qsq manibus resistit inimicis:ita & docto
res ecclesie:duoꝝ testamentoꝝ munimi
ne:ab hostibus fidei se defendunt:qz vero
vir ille in Daniele ꝓpheta:ambas manus
suas leuasse dr in celum:dexteram:vz:& si-
nistram:designat sensum spiritualium do-
ctoꝝ a littera duoꝝ testamentoꝝ ꝓsurgere
& ad superiora leuari. Hz enim & interiora
hõ manus suas:qbus exerceatur circa lit-
teram & circa intelligentiam spiritualem:
dum querit vt inueniat:duz pulsat vt sibi
aperiatur. Immo dum ostẽdit viaꝝ lucis esse
in celo:dum ostẽdit esse in spiritu semitaꝝ
eqtatis. Ad hoc enim iurat: vt ipse qui iurat:
vt vex se dicere & seruare demonstret. Est
autez plena veritas in spiritu:in littera nõ
plena:sed ex parte. Quasi ergo iurare est:
patefacere esse veritatem:que seu in littera
testamenti veteris sm partem:seu in litte
ra testamenti noui sm amplius:seu in spi-
rituali intellectu:in quo plenitudo verita
tis vniuersaliter ptinetur. Jta vero in ter-
ra & in mari & in celo que cõmemorat An
gelus:in iuramento designãtur. Hec tria:
quõ in terra illa de qua ꝓstruxit altare He
lyas:& in aqua que desuper effusa est: & in 3.re.18.
igne qui celitus missus est. Denicq & hic &
ibi precessit illud mysterium magnum:cu
ius facta est mẽtio in Daniele (hoc est) in
tempus & tpa & dimidium tpis. Ipse est Dan.12
enim numerus annorum: qbus se a facie
Jezabelis occultauit Helyas: anni.3.tres
& menses sex. Et sciendum qz aqua ma-
gis assimilatur rei viuenti qm terra: vnde 3.re.17.

aquaꝝ viuam dicere ꝓsueuimus:magis au
tem ignis qm aqua:qz dignius est testamen
tum nouum:testamẽto veteri:multo ma-
gis proximum eterne vite. Dignior & feli-
cior spiritualis intellectus vtroq. Qđ er-
go Angelus iste:pedes suos ponit sup ter-
ram:& mare:manuꝝ autem leuat ad celum
vt quodammodo Trinitatis mysterium
tangere vnus ipse videatur:nil ꝓfecto no
bis aliud insinuare mõstratur:qm qz vnus
spiritus intellectus:ex vtroq testamento
ꝓcedit:quo per ea que ꝓcorditer deorsum
videmus:securi & intrepidi celestia rimari
sacramenta possimus: Paulo attestante:
1.cor.2. qui dicit. Spiritus scrutatur oia: & etiam
pfunda Dei. Et qm doctores illius tpis:
qđ (vt sepe dixim⁹) prope est,: non quasi
somniando:aut diuinando aliquid auda-
cter ingererent:sed qđ ex ore duoꝝ testiuꝝ:
quinimmo duorum testamentoꝝ:probari
queat:iurare idem Angelus dictus est:qz
ꝓfecto ille iurat:qui non dubitat in eo qđ
dicit:qui ad faciendam fidem dictis:testi-
monium adhibet. Dicere enim (teste deo:
teste veritate) & his similia:iurare est. Sed
quare qui sic iurat:per Deum celi:& terre:
& maris:& eoꝝ que in eis sunt:mentionem
facit:nisi qz in tribus populis vel ordini-
bus:miro quodam modo:ꝓcorditer reso-
nant testimonia veritatis. Est enim hoꝝ
primus similis terre:secõs similis maris:ter
tius similis celo vel aeri. Qui ergo p eum
iurat qui fecit oia hec:conuenienter iurat:qz
iurat per oium creatorem. Sed qz distin-
cte ponit celuꝝ:terram:mare: & oia que in
eis sunt: ꝓbat vera esse que dicit:vt in ore
duoꝝ:aut trium testium:stet oẽ verbum.
Deniq ꝓpugatoꝝ ordini:cuius ꝓprietas
est in primo statu:terrena similia assim lata
sunt:Clericoꝝ:cuius ꝓprietas est in secõ:
pisces maris:qz sicut vita pisciuꝝ:aqua est:
ita vita bonoꝝ clericoruꝝ:sanctaꝝ scientia
scripturaꝝ. Contemplantium:cuius pro-
prietas est in tertio:aues celi:qz veluti su-
piori anhelitu:& aere salubernimo potiun-
tur. Jurat ergo Angelus per euꝝ qui crea
uit hec tria:simul & tria ipsa in iuramento
cõmemorata sunt:vt sciamus qz ipsa tria:
ita sunt a dño ordinata:vt etiam tacentibus
nobis:testimonium phibeant veritati. Et
qd iurat? Qđ tempus iam non erit amplius:sz in diebus vocis septimi Angeli (sub
audi:qui in primo est) ꝓsumabitur myste
rium Dei. Et hoc qõ? Sicut (inqt) euã
gelizauit,per seruos suos Prophetas. Qđ
cum ita sit:& terminus sit datus:qui pre-
teriri non poterit:qd adhuc in mundo ra
dicem ponere:& casuras in primo turres
edificare? An qz tẽpus etatis septime diu-
turius durare speratur? Sed hoc non est no
strum scire: non est huius tpis vestigare:
qz sicut maiora opatus est Deus: sub vni-
us sexte huius breuitate etatis:qm in qnqz
precedentibus etatibus mundi:ita possibi
le est etiam nunc in paucis diebus comple
ri tpa multa:quatenus sicut breue est tem
pus sexte etatis respectu quinqz preceden
tium ab initio vsq ad Christum:ita breue
sit tempus septime:respectu annoꝝ etatis
sexte:& tñ in opibus nihil sit impar: nihil
minus. Sit ergo istud sicut Deus volue-
rit:& sicut ipse ꝓstituit ab eterno:qui ope-
ratur oia in oibus sm ꝓfilium voluntatis
sue. Nobis autem sufficere dz ad contem- 2.cor.12
ptum mundi:qz preterit figura ipsius: qz
anteqm intremus in illam requiem: opz
nos transire per ignem & aquam: vt quaꝛ
per dolorem parasceuen:pueniant:qui di-
gni sunt:ad paschalia festa. Sed qd est:qđ
ait. Tempus iam non erit amplius? Nun
qd post verbum istud:& iuramentum An
geli:tempus non erit amplius? Absit. Sz
in voce septimi Angeli:cum ceperit tuba
canere:ꝓsumabitur tempus mysteriorum
Dei: sicut euangelizauit per seruos suos
prophetas. Quomodo euangelizauit per
seruos suos Prophetas? Obmitto cete-
ros qui fecerunt mentionem diei septimi:
& primus:de hoc Moyses ait. Igitur per- Gene.2
fecti sunt celi & terra:& omnis ornatus eo-
rum:requieuitq Deus die septimo: ab oi
opere suo qđ patrarat. Et benedixit diei

Universidad de Deusto
Biblioteca

septimo ⁊ sanctificauit illum: q̃ in ipso cessauit ab vniuerso opere suo: quod creauit Deus vt faceret. Ecce isto modo cessabit tempus: postquam septimus Angelus tuba canere ceperit: non vtiq; tempus sabbati: quod futurum̃ est: post vocem septimi Angeli: sed tempus afflictionis: ⁊ laboris: quod completum est generaliter in sex etatibus mundi: siue alio modo in sex portionibus huius sexte etatis. Deniq; post tempus istud: veniet tempus: vt ait Angelus Danieli: quale nõ fuit ex eo tempore: quo ceperunt homines esse in terra. Tempus vtiq; septimi Angeli: cui benedicet dominus: dans in eo pacem ⁊ letitiam: sustinentibus se. Qua in re diligentius notari op̃z: q̃ tempus septimi Angeli: de quo hic sermo est: non ad illud Sabbatum pertinet: quod est septimum tempus: respectu sex etatum mundi: sed ad septimam̃ proportionem huius secundi status: in qua oportet consumari tempora mysterior̃ Dei. Quia vero ad magnam illam requiem: non nisi per magnum sexti temporis laborem: peruenire p̃cedimur: ſm q̃ sub vmbra prioris testamenti: ob requiem sabbati: que sequebatur in omni sexto die: seu mense: vel anno: augebatur labor in typo: haud dubium: eorum quos oportet adhuc seminare in lachrymis: vt in gaudio metant. Post ea, que dixerat Sanctus Joannes de iuramento Angeli. Consequenter adiungitur.

Dañ. 12

¶.4. ¶Et vocem quam audiui iterum loquentem mecum de cælo dicentem. Vade & accipe librum apertum de manu Angeli stantis supra mare: & supra terram. Et abii ad Angelum dicens ei: vt daret mihi librum. Et dixit mihi. Accipe & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum: sed in ore tuo erit dulce: tanquam mel. Et accepi librum de manu Angeli: & deuoraui illum. Et erat in ore meo dulce tá quam mel. Et cum deuorassem eum: amaricatus est vẽter meus.

¶Auditurus est ordo ille qui significatur in Joanne: vocem de celo dicentem sibi. Vade ⁊ accipe librum de manu Angeli stantis supra terram: ⁊ supra mare: q̃ ⁊ si nusq̃ esset alia vox in Scriptura Sacra: que hoc ipsum̃ preciperet: sufficeret hec ipsa vox que de celo magno descẽdit (hoc est) ð isto libro apocalypsi: ⁊ illa que hoc ipsum̃ dicit in Ezechiele ꝓpheta. Ibit autem ad Angelum ordo ipse: cum agnita veritate Dei: nuncijs veritatis reuerenter: assentiet. Accipiet vero librum apertum de manu Angeli: ⁊ deuorabit illum̃: cum id quod illi spiritualiter sentiunt: ⁊ sentientes exponunt: ipse nihilominus: percepturus est fide: in ventre memorie seruaturus: ſm quod ⁊ de matre Domini in consimili mysterio scriptum est. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Os autem ⁊ venter plerũq; contraria sibi: sentiunt: adeo vt nonnunquam̃ quod os delectat in edendo: venter cum dolore ⁊ tortione retineat. Esse autem verba Domini dulcia diligẽtibus eum: Psalmista indicat cum dicit. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Quod si in ore dulcia sunt: cur sunt eorum aliqua tam amara in ventre? Neq; enim de omnibus verbis eius dici potest: q̃ in ore dulcia sint: ⁊ in vẽtre amara: sed de quibusdam (hoc est) de illis verbis que pertinent ad laborem: ⁊ amaritudinem passionis. Nec enim amara sunt in ventre: ⁊ si in ore suauia: quia ⁊ si in notitia veritatis: delectatio est: in experimento tamen laboris: gemitus: ⁊ afflictio spiritus. Quo circa: ⁊ si delectat quod occurrit prius propter apertionem libri: amarum est tamen

Ezec. 3

Luce. 2

Psa. 118

valde quod sequitur propter passionem ecclesie. Nec putandum q̃ ecclesiam ꝓtem plantium designatam in Joanne: immunem esse oporteat ab afflictione eadem: cum constet eidem Joanni ⁊ Jacobo fratri suo dictum esse a Domino. Calicem quidem meum bibetis: quia ⁊ si pacato fine: idem Joannes requieuit in Domino: nihilominus tamen ⁊ ipse multa supplicia tollerauit. Non enim potest esse exors a passione: qui vult coram Principibus mundi huius testimonium reddere veritati: dicente ipsa veritate Fratribus suis: nondum credentibus: sed contradicentibus verbis suis. Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt. Et Discipulis suis. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum esset diligeret. Quia vero non estis de mundo: sed ego elegi vos de mundo. Propterea odit vos mundus. Igitur non modo: Clericis designatis in Petro: ꝓnãdus est calix vt patiantur pro Christo: verumetiam ⁊ monachis designatis in Joanne: quia non solum Petrus sequutus est Christum: cui dictum est ab eodem Domino. Sequere me. Uerumetiam ⁊ Joãnes: de quo ⁊ subiungitur. Conuersus Petrus: vidit illum Discipulum sequentem: quem diligebat Jesus. Quod autem ait Jesus. Sic eum volo manere donec veniam: quid ad te? tu me sequere: tale est ac si diceretur. Et si ordo iste sicut ⁊ precedens: sequi paratus sit: ⁊ sequi ceperit: nolo tamen: vt cum precedenti in tormentis deficiat: sed volo vt liberatus de manu pessimorum: maneat vsq; in finem: quousq; ego veniam ad extremum iudicium. Sic fugienti Dauid a facie Absalon: occurrerunt duo amici eius: parati in omnibus sequi eum: sed tamen qui prius venit: admissus est: qui autem posterior: non est sequi ꝓmissus: haud dubium: q̃ in typo duorum ordinum qui sequuntur Jesum: quorum primus admittitur ad consortium passionũ: secundus relinquitur in Ciuitate: ad dissipandum consilium Achitophelis (hoc est) Hereticorum: qui discedent a Christo. Dimus ergo duorum̃ patietur cum Petro ad complendum numerum Sanctorum Martyrum. Secundus relinquetur cum Joanne ad predicandum Euangelium Regnit populis hucusq; in cecitate relictis. Unde ⁊ hic subditur.

Mat. 20.

Joan. 8

Joã. 15.

Joã. 21.

¶.5. ¶Et dixit mihi. Oportet te iterum prophetare: populis: & linguis: & Regibus multis.

¶Quid est q̃ dicit. Oportet te iterum prophetare: nisi quia iam annunciatum erat Euangelium per Apostolos Christi: ⁊ Judeis ⁊ gentibus: quando scriptus est liber iste: ⁊ tamen non omnibus datum erat: vt crederent per verbum eorum: quousq; compleatur numerus annorum prefinitus a deo: vt quomodo in exordio primi status: datum est Josue introducere filios israel in terram promissionis. In exordio secundi: Sancto Joannni ⁊ socijs eius euangelizare in Judea ⁊ in Asya: ita nunc quoq; detur eis: quos designat Joãnes: predicare populis: ⁊ linguis: ⁊ Regibus multis. Futurum est enim vt adhuc Judaica perfidia subijciatur sceptro Christi. Futurum: vt relique gentium: agnoscant Saluatorem̃ mundi esse Jesum: agnoscant non esse salutem veram nisi in fide Sancte Trinitatis: nisi in confessione patris: ⁊ Filij: ⁊ Spiritus Sancti (hoc est) in fide ⁊ confessione vnius Dei: a quo omnia: per quem omnia: in quo omnia: qui vult omnium miserer: dicente Apostolo. Concludit deus omnia in credulitate: vt omnium misereatur. Imo eo enim q̃ Deus trinitas est: in tribus magnis certaminibus: oportebat dissolui regnum mundi huius a compage sua: vt statueret ꝑpetue regnum̃ Dei: euacuato a Rege Xpo: oi principatu ⁊ potestate: ⁊ positis vniuersis inimicis scabellum pedum eius. Fuit autem

Ro. 11.

primum certamen: sub Moyse famulo domini. Secundus sub Apostolis. Tertium sub illis quos Beatissimus designat Joannes. De hac serotina predicatione quæ futurus est ordo ille quem designat Joannes: assumato iam pene illo ordine quem significat Petrus: interrogata veritas a discipulis de fine mundi: post multa que futura sore predixit: adiecit & ait. Et predicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consumatio. Et recte non ait. Opz te iteruz euangelizare: sed prophetare: q: euangelizare proprie dictum est: predicare verba euangely: sm hystorie veritatem: prophetare vero: annunciare futura: seu per occultam inspirationem gratie: seu per intelligentiam spiritualem. Quamuis enim aliud sit habere propheriam: aliud nosce mysteria: q: tum per vtrunq; predicuntur futura: recipi aliud pro alio in diuina pagina consueuit. Sequitur.

Clerus cõsummabitur. Mat. 24

Cap. 11. T. 1. ¶ Et datus est mihi calamus similis virgæ: & dictum est mihi. Surge & metire templum Dei: & Altare: & adorantes in eo. Atrium autem quod est foris: templum, eiice foras: & ne metiaris illud: quoniam datum est gentibus: & Ciuitatem calcabunt mẽsibus quadraginta duobus.

¶ Sicut vnum fuit Templum Dei: qõ edificauit Salomon: ita vna fuit Sancta Ciuitas: quam edificauit Dauid: vel potius: quaz superedificauit: imposito illi nomine Hierusalem: que tamen qualiter fuerit sancta: non inuenitur: cum in ipsa effusus sit sanguis Jesu Christi: & sanctoz prophetaz: nisi forte propter sanguinez ipsum sanctum: qui effusus est in ea: & quia Deus elegit illam in sanctam: vt poneret ibi nomen suum. Magis autem dicenda est sancta Ciuitas: sancta Romana Ecclesia: que firmiter tenet & predicat veram Fidem: non sicut Ecclesia Grecorum: que negat spiritum Sanctum procedere a filio Dei: nec sicut Synagoga Judeorum: que negat Messiam: idest: Christum natum a Deo patre: quasi nõ sit filius Dei: sed filius Joseph: qui causa magni mysterij: dictus est vir Marie. Igitur sancta Ciuitas Hierusalem: sancta Romana Ecclesia (hoc est) tota latinitas intelligenda est: sicuti Ecclesia Grecorum: Samaria: siquidem vt ibi decem Tribus scisse sunt a domo David: ita ab Ecclesia Petri: scisse sunt Grecorum Ecclesie. Porro Templum Dei: ordinem piorum Sacerdotum designat: Altare vero ipsum: Cardinalium speciale capitulum. Quod si aliqui sunt: aut fuerunt in eo: qui forte quod ore predicant: opere non ostendunt: num peruersitas illorum: promissionem illam Domini potuit immutare: qua dicitur. Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & Porte Inferi non preualebunt aduersus eam? Absit. Est enim (inquit Apostolus) Deus verax: omnis autem homo mendax. At quomodo Atrium quod est foris Templuz: ita quidem structure templi: ac si quadam affinitate: seu propinquitate coniungitur: vt tamen a corpore templi alienum esse videatur: sic Clerus Grecorum quadam propinquitate Christiane fidei iunctus esse videtur Clero Latinorum: & tamen quibusdam vsibus superfluis: segregatus est ab Ecclesia Petri: nolens coarctari & constringit sub disciplina vniuersalis Episcopi & Pastoris animarum suarum: non ignorans q; ei Dominus generali & solenni mandato: pascendas tradiderit Oues suas: sed elegit magis Jeroboam filium Nabath: qui peccare fecit Israel: & iuxta illud Prophete: Rasim & filium Romelie: vt liceat ei ambulare per viam latam & spatiosam: que iuxta Saluatoris vocem: non ducit ad vitam: sed ad perditionem. Hac pro causa: non immerito:

mat. 26.

Ro. 3.

3. reg. 3

mat. 7.

clerus Grecoz cum filijs suis ejicietur foras: q: datus est gentibus: vtpote: q; non pstringitur sub mensura calami & disciplina Pastoris: vt discat ois populus subditus esse deo: & obedire in oibus cui preceperit ipse. Pro eo enim q; relicto Templo dei: qõ fundatum est Rome de lapidibus viuis: a quo debent vniuersi populi: non panem fermentatum (quem Greci offerunt) sed pure & orthodoxe doctrine accipere veritatem: elegerunt magis esse in atrio: qõ sibi extra templi ambitum. Constantinopoli construxerunt epi: & habere eos quos ipsi elegerunt sibi in Reges & pastores aiaz suaz: & iam illos ex magna parte datos gentibus esse videmus: & adhuc deterius esse dandos, pphetica illud qõ modo supra cõmemoraui in typo decem Tribuum Israel: manifestat: cum dicitur.

Esa. 8. Pro eo q; abiecit populus iste aquas Syloe que vadunt cum silentio: & assumpsit magis Rasim & filium Romelie: pp hoc ecce dñs adducet sup euz: aquas fluminis fortes & multas: Regem Assyrioz: & oẽm gloriam eius. Et ascendet super oẽs riuos eius: & fluet sup vniuersas ripas eius. Dictum est hoc sm litteraz de populo israel: qui erat pro peccatis suis tradẽdus in manus Assyrioz: sz tñ in figura eoz que passe sunt: & patiuntur vsq; adhuc plurime Grecoz ecclesie. Ut enim tribus illas Assyrij: ita Arabes: qui & Sarraceni: istoz q̃pluri mas vastauerunt ecclesias. Et q; siue in tẽpore illo Tribus Juda: siue in isto: latina ecclesia: addere peccata peccatis: & sceleratius agere nõ pauescit: & hic dictum est de gentibus: qbus datuz est atrium qõ est foris templum: q; Ciuitatem sanctam calcature sint gẽtes mẽsibus quadraginta duobus: & ibi simile aliqd: haud minus terribilius adiunctum est sub eodem mysterio.

Esa. 8. Et qõ est illud? Et ibit (inqt) per Judam discurrens & transiens vsq; ad collum veniet. Et erit extensio alaz eius implens latitudinem terre tue: o Emanuhel. Erit autez istud in diebus illius Regis vndeci mi: qui scriptus est in Daniele propheta: quiq; regnaturus est in tps & tpa: & dimidium tpis. Igitur & ecclesiam Grecoz dartopz gentibus pro peccatis: & ecclesiam latinam calcandam esse a gentibus mẽsibus quadraginta duobus. Nec qõ ait. Metire templum dei: & ptinus addidit. Et adorãtes in eo. Etiam reliquie Grecoz que confugient ad Romanam ecclesiaz: in numero adorãtium accipiende sunt: haud dubiuz: sm illud qõ dictum est a dño ad Helyam. Reliqui mihi septem millia viroz: qui nõ curuauerunt genua sua ante Baal. Qõ autem oporteat: reliquias Grecoz seq aliqñ Latinos in notitia veritatis: & nõnullos etiam eoz transire in significatum eoz qui designantur in Joanne: etiam verbis mysticis dari potest. Dicit sane iscdem Joannes in euãgelio suo: iuisse Mariam Magdalenam: mane cuz adhuc tenebre essent: ad monumẽtum & inuenisse inde sublatuz corpus Jesu. Venisse aũt & nunciasse hoc Petro: & illi discipulo quem diligebat Jesus: ipsi. s. Discipulo qui & scripsit hec: Ad cuius vocem ceperunt currere simul: Petrus. s. & Joannes: vt venirent ad monumẽtum: & factum est ita: precucurrit autem citius Joannes: & venit primus ad monumentum: nec tñ introiuit. Sequutus est aũt Petrus & introiuit prius: factusq; est primus nouissimus: & nouissimus primus. Hec oia & que sequuntur: legunt annis singulis in ebdomada Pasche. Sed pleriq; sic audiunt sorte: vt qd intus habeant: nõ attendant. Qz vero tps appropinquat vt hoz mysteria compleantur: vtilius sorsan apiuntur modo: si qua vsq; ad presens nõ fuerũt apta: ne forte putet agricola prẽnendos esse agros spinosos: ex qbus expectat dñs fructum in tpibus suis. Hec itaq; euãgelij verba: si ad soluz significatum Petri & Joannis: semota a mysterio Marie Magdalene: retorquere libet: possumus in Joãne qui prior venit: & posterior intrauit in monumẽtum: populum accipe Judeoz: qui primus accepit vetus testm: qz popu/

Baſi. 12

3. re. 19.

Joa. 20.

lus gentilis:z tamen ad internum ipius intellectum:non nisi in fine mundi introire permittitur. Si autem simul tres conferuntur in vnum: Petrus.s.z Joannes: z Maria Magdalena (qđ magis euangelica lectio) velle videtur: Maria Magdalena: que mane cuz adhuc tenebre essent: peruenit ad monumentum: designat Synagogam Judeoꝝ: que prima cum adhuc tenebre ignorantie essent in mundo: peruenit ad notitiam prioris testamenti. Que: vz: Synagoga: cum ad vltimuz in electis palmitibus: agnouit Christum esse filium Dei: z vidit qꝫ reprobatus esset a populo suo: honoratus vero z electus a gentibus: intuita subtilius in monumento scripturaꝝ sanctaꝝ: perpendit qꝫ vacaret littera: sublata inde veritate: que est in spirituali intellectu: ita vt apte dicat vnus eorum. Littera occidit: spiritus autem viuificat.
2.cor.3. Et non oēs qui ex Israel: hi sunt Israeli-
Ro.9. te: neqꝫ qui semen sunt Abrae: omnes filij: sed in Isaac vocabit tibi semen. i. non qui filij carnis: hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis: extimãtur in semine. Hec z his similia dicente Apostolo Paulo cum ceteris fidelibus qui erant ex circuncisione: z ostendente multis argumentis: qꝫ vacaret monumentum littere: ꝝ se: z qꝫ veritas spiritualis intellectus quam occiderant z sepellierant Judei velut in fossa humo: vt statuerent carnalem intellectum: z legem carnis: fuscitata esset ab ipsa littera z trãslata ad filios spirituales: accidit annuente Deo: vt ad predicationem illius ecclesie que erat ex circuncisione: audirent eapsa auribus cordis gentes que erant predestinate ad vitam: z currerent certatim ad notitiam prioris testamenti: ad agnoscẽdam tantaꝝ rez: quam deus ostenderat veritatem. Liquet enim qꝫ de Maria Magdalena: nulla fit mentio post aduentum Spiritus sancti: z qꝫ Petrus misit specialiter ad populum Latinum: Joannes ad Grecum: ita vt alter Rome: alter Epheſi: acciperet sepulturam. Inde est: qꝫ sicut Maria designat Synagogaz Judeoꝝ: ita Petrus populum Latinum: Joannes Grecum: qui duo simul z audierunt libenter: z cucurrerunt velociter ad munumẽtum. Cucurrit autem citius Joannes: z peruenit ad ipsum: nec tñ introiuit: qꝫ citius cucurrit: z precucurrit Grecus ad addiscendam superficiem littere prioris testamenti: z tñ ad internum ipsius intellectuz vsqꝫ ad hec nostra tempora: non puenit: qꝫ si perueniſſet (pfecto Latino populo: qui iam intrauit cum Petro) penitus adheſiſſet: sed z fieret in rei veritate nobiscum: vnuz ouile z vnus Pastor. Ut enim prętermittamus cetera: qđ est qꝫ Judeoꝝ populus electus est primo ad culturam vnius Dei: duo autem circa fines seculoꝝ: nisi qꝫ vna est persona Trinitatis: que a nullo est: z a nullo mittit. Due vero que ab vno sunt: Eph.3
z ab vno mittuntur? Qđ si populus Judaicus qui electus est in patribus: typum gerit illius pſone: a quo omnis paternitas in celo z in terra nominatur: cuius pſone typum gerere dicimus latinum: cui datus est vicarius Christi: nisi ipsius filij qui traditur occurriſſe ipsi Petro: z dixiſſe. Venio Romaz iterꝫ crucifigi: z qui vedit ipsi Petro: vniuersalem potestatem absoluendi. s. z ligandi ad omnes z sup omnes: qui censentur noie christiano? Sane: qꝫ Grecorum populo datus est Beatus Joannes: a quo z incepit perfectoꝝ religio Monachoꝝ: typum gerit illius spiritus qui querit z diligit filios spirituales: eos. s. qui ambulant ꝝ spirituz: z odiunt luxum mundi: z lasciuiam carnis. Qđ si ita est: quid qꝫ Greci nondum acceperunt posse credere: pcedere spirituz sanctum a filio: nisi qꝫ humiliter doctrinam acceperunt a Populo Judaico: qui gerit mysterium Dei patris: sed spernit nunc humiliter accipere a Latino: qui habet in hac parte similitudinem filij: vt quomodo idem spiritus accipere dicitur a filio: qꝫ annunciet: ita Grecorum Populus qui aliquando doctrinam accepit ab Hebreo: accipiat eo mo-

do simſiter a latino? Hoc plane mysterium: si intellexiſſent Greci: iam intraſſent nobiscum in monumentum: scientes qꝫ non est deus dissensionis: sed pacis. At qꝫ nesciebat adhuc scripturam Joannes: qm̃ oportebat Christum resurgere a mortuis: non est miz si adhuc Greci nesciunt mortuam esse litteram: vbi spiritus viuit. Scient autem postea. Scient inq̃z: scient:
Osee.3 z querentur ex eis reliquie in toto corde suo: z venient in Syon querentes dñm: z Dauid Regem suum. Et adorabunt in altari: qđ fundatum est Rome: z extunc manus domini erit cum eis. Deinde Maria Magdalena que stat foris: Synagoga. s. que exteriora sectatur: inclinabit se a tumore superbie: z prospiciet in monumentum: z videbit ibi duos Angelos: pcordiam. s. patrum duoruz testamentoꝝ: z intelliget vocem eorum increpantium se: ac si dicentium. Mulier quid queris? quid ploJoã.20. ras? quia nimirum mulier est z non vir que querit Spiritum in Sepulchro: que viuentem in secula: ploret cum mortuis. Videt etiam Maria Dominum z audit illum dicentem sibi hocipsum: z extimat Hortulanum: qꝫ cum incipiet synagoga aptis oculis cordis intelligere veritatem: videbit quidem illam iam: sed non cognoscet: quia tenebuntur adhuc oculi eius: oppressi caligine infidelitatis sue. Sic z duorum illorum: qui cum eo loquebantur in via: tenebantur oculi vt non agnoscerent quem videbant: z si cor eorum ardens esset in eis. Sed vt melius eluceſcat quod dicitur. Tria sunt genera hominuz in hac parte notanda. Alij quippe sunt: qui nec vident: nec agnoscunt. Alij qui vident: sed non agnoscunt. Alij qui vidẽt z agnoscunt. Nec vident: nec agnoscunt: qui esse viuificantem spiritum: nullaz percipiunt veritatem: ideſt: qui nec percipiunt veritatem: in his que legunt: nec norunt attribuere quid cui: aut pro quo scriptum sit. Vident z non cognoscunt: qui z percipiunt quidem spiritualem intellectum: nec tamen cui attribuatur presentiunt. Vident autem z agnoscunt: qui z percipiunt spiritualem intellectum: z quid cui attribuatur psentiunt. Quo circa: cum Maria: nec vidit dominum: nec cognouit ad tempus omnimode cecitatis Judeoꝝ referendum est. Cum vidit z non agnouit ad tempus (vt ita dixerim) penultimum. Cuz percipient quidem spiritualem intellectum: sed vtrum ꝝ illuz oporteat eos ambulare: z ei se decetero credere: non intelligent. Cum vidit: z agnouit: z vocauit eum: Rabbi: ad tempus conuersionis eorum: cum: videlicet: ablato velamine ab oculis eorum: intelligent illud esse verum magisterium quod est in spiritu: agnoscentes quid sibi velit illud Apostoli. Littera occidit: spiritus 2.cor.3
autem viuificat. Quasi ergo quem videt Maria: Hortulanum putat: z tamen dominum quem perdidit: an ipse sit qui eum abstulerit: querit: cuz per ea que consumata legit in Christo: Synagoga: quin magnus aliquis fuerit dominus Jesus: negare non potest: nec tamen eum credit esse Christum: sed quasi vnum ex Prophe- 1.cor.12
tis: quasi vnum ex eis qui missi sunt plantare z rigare: non quasi ipse qui incrementum dat Deus. Et quia omnis fidelium multitudo ipsum esse testatur Messiam: quem expectant Judei: quasi ipse sit qui abstulerit nomen Messie: cum quodam muliebri affectu Synagoga pro ipso spiritu: quem videbit quidem: sed adhuc non agnoscet interpellando causatur. Domi- Joã.20
ne (inquit) si tu abstuliſti eum: dicito mihi: z ego eum tollam. Quasi enim Maria: eum quem existimat Hortulanum: putat abstuliſſe Dominum suum: cum iam Synagoga vsqꝫ adeo erit deserta a tumore superbie sue: vt esse quidem Messiam: non credat Dominum Jesum: sed tamen tam magnum Prophetam: vt merito sibi pro contemptu ipsius credat absconditaz veritatem. Ideoqꝫ pro ostendẽdo sibi domino regnans Hortula-

num ℳaria:rogatura pro ostendenda si/
bi veritate:dñm Jesum Synagogam desi/
gnat:cum:vz:non credet adhuc esse eum
ipsam veritatem:sed quasi magnum ac sin
gularem veritatis preconem. Verum hoc
vsq; ad tpo. Vbi autez noie suo appellatur
ℳaria quersa cognoscit dñm ⁊ magistruz
vocat; qz vbi affectum gratie sue inspirat
dñs in synagoga: qđ est cognoscere illam
ex noie:protinus quertuntur ad vniuersa
lem magistrum:⁊ ablato ab oculis eius ve
lamine cognoscit illico saluatorem suum.
Cognoscit inq̃ saluatorem: qz cognoscit
veritatem nec tñ adhuc sicut est: sed sicut
putant Judei:esse.s.saluatorez puz hoiem
⁊ Dei filium adoptiuuz. Inde est qz t̃ post
notitiam:phibetur tenere pedes dñi:quo
usq; vadat ad discipulos:⁊ ꝓficeat ascende
re dñm ad patrem suum: qz nequaq̃ ad/
mittit synagoga ad ꝓsortium Christi:cre/
dẽdo ipsum esse filium Dauid:nisi ꝓficeat
esse eum vez filium Dei:esse eum benedi/
ctum:qui venit in noie dñi. Fecit autem
ℳaria ad litteram:sicut precepit dñs. Fa
ciet ⁊ hoc in spiritu:quersa ad dñm synа/
goga. Igitur ⁊ reliquie Grecoz agnita ve/
ritate que est in spiritu:quertentur ad vni
tatez ecclesie. Et reliquie iudeoz pari mo
do quertent ad dñm:ꝑm qđ de duobus ce
cis in typo vtriusq; populi in euãgelio scri
ptum est. Egredientibus illis.i.Christo ⁊
discipulis eius ab Jerico:sequute sunt euz
turbe multe. Et ecce duo ceci sedentes se/
cus viam audierunt qz Jesus trãsiret:⁊ cla
mauerunt dicẽtes. Dñe:miserere nostri fi/
li Dauid. Et stetit (inquit) Jesus:⁊ voca
uit eos: ⁊ ait. Quid vultis vt faciam vo/
bis. Dicunt illi. Dñe vt aplantur oculi no
stri. ℭDisertus autez eoz Jesus:tetigit ocu
los eoz:⁊ ꝓfestim viderunt:⁊ sequuti sunt
eum. Hec ℭMattheus:Lucas autem non
duos cecos:sed vnum tñ fuisse narrat:sub
iungẽs aliqđ de Zacheo:qui ⁊ ipse cecus
erat in mẽte: non qdem postq̃ ingressus
est dñs Jerico: sed paulisq̃ pueniret ad il/
lam. Sed quid? Num discordasse dicimus
Euãgelistas:aut sicut Judei blasphemãt:
decẽptos eos esse putamus? Absit. Sz qui
nouit oia anteq̃ fiant: voluit facere que/
dam que essent similia ꝑm quid:⁊ tñ ad ali
qđ dissimilia:vt discant hoies qz littera oc
cidat:spiritus aũt viuificet. Vez figdem:
fuit vtriq;:qz vtriq; ꝑm aliqđ:spiritualis
intelligẽtia exhibebat. ℙPreter missum est 2.cor.3
autez a Luca:qđ scriptum est a ℳatheo:
⁊ econtrario: qz si vtrunq; scriberetur ab
vtroq;:putaretur ꝑm spiritum:nõ in duo/
bus: sed in quatuor populis ꝓsumãdum.
Qz vo non in quatuor populis:sed in duo
bus ꝓsumandum est vtrunq; (hoc est) in
Greco ⁊ ℍebreo:scribit Lucas qđ accidet
de eisdem populis ꝑm partem anteq̃ reue
letur Antichristus:ℳattheus qđ accidet
generaliter:post ruinaz ipsius:cum euacua
uerit Christus Jesus oẽm principatum ⁊ ꝓ.109.
potestatem: subiectis oibus inimicis eius
sub pedibus suis. Opz enim illum regna 1.cor.15
re donec subijciat sibi iudeos:⁊ alios mul
tos:qui hactenus blasphemauerunt no/
men eius:⁊ dicant pariter nobiscum. Be/ matt.23
nedictus qui venit in noie dñi. Egressus
figdez Jesus:pambulabat Jerico:qz egres
sus sermo veritatis ab ecclesia:ptransibit: Luc.19
vt pueniat ad synagogam Judeoz. Jerico
nãq; interpretatur Luna:⁊ Lune similis
est synagoga Judeoz:pp scientiam legis:
que aliqñ lucebat in ea:⁊ qz sicut Luna pa
titur mẽstrua:ita passa est synagoga iudeo/
rum. Cecus autez qui sedebat secus viam
mẽdicans:populus est Grecoz qui nõ ha
bens aptos oculos ad intelligẽtiam spiri/
tualem:hoc saltẽ hz boni:qz stat secus viaz
ꝓfitẽdo Christum:interrogãdo veritatez:
⁊ clamando:ℍyrieleyson. Qđ est dicere.
Dñe miserere. ℙPlurimi aũt Latinoz in/
crepant illos vt taceant:qz despiciunt eos
ob cecitatem cordis sui:ignorantes qz vbi
abundat delictum:sepe supabundat ⁊ gra
tia. Futuz est aũt ⁊ hoc in proximo:vt vi/ Rom.5
deant veritatem:que est in spiritu:⁊ veri/
tas liberet eos a cecitate cordis sui: ⁊ sa/
ciat illos seq se:vt secuz pueniant Jerico.

Consumabitur

Consumabitur autem hoc mysterium:in
parte populi Grecorum:anteq̃ Judeorum
populus quertatur ad deum. ℭDoz enim
vt pars Grecorum percipiet veritatem:⁊
pars Judeorum designata in Zacheo:reci
piet eandem veritatem in hospitio cordis
sui:⁊ erit subdita illi ꝑm voluntatem ipsi/
us. Descendet enim festinus ab arboze sic/
comori. Relinquet protinus carnalia ope
ra legis:que plerũq; velut a longe verita/
tem non exhibet:sed ostendit:vt humilia
tus apprehendat gratiam: quam habere
operibus non meretur. ℍoc ꝑm Lucam.
Qđ autem ꝑm ℳattheum tradunt duo
ceci illuminati a Christo:postq̃ egressus
est ipse cum discipulis suis ab Jerico: ad
plenitudinem Grecorum ⁊ ℍebreoz rese
rendum est:ad quam pueniet tandem ge/
neraliter spiritualis intellectus:egressus a
synagoga Judeorum (hoc est) ab illa tri/
bu:que vocatur Juda:de qua ⁊ natus est
Christus ꝑm carnem:⁊ que olim remansit
sola domui Dauid: separatis ab ea decem
tribubus: que dicte sunt proprie: Jsrael.
Cum enim constet: qz decem ille tribus:
translate fuere in orientem:hec autem sola
dicta est Juda: capta ab exercitu Roma/
noz ad occiduas mundi partes transmi/
grando pueuit. Quid miz si ad hanc pri/ De tri-
mo perueniet sermo diuinus:vt ex ea tan bu inda
dem egressus:pueniat ad extremas. Vez: prima.n
hec in presenti loco necessarie de Grecis ⁊
Judeis pstringenda credidimus:vt intel
ligamus sententiam illam: de atrio qđ est
sorio templum:ꝑm tempus esse datam: ⁊
ꝑm partem:eos autem qui ꝓfugiunt ad si/
num matris ecclesie: reputatos esse in/
ter eos:qui adorant in templo. Qđ autem
illi ordini quem designat Joãnes metien/
di templum dei ⁊ altare: preceptum sin/
gulariter factum est:ad principium ipsius
ordinis referenduz videtur:cum:vz:ordo
ipse apud latinam ecclesiam inueniendus
est:vt qñq; fructificet in populo illo: qui
modo reputatur in atrium: quiq; in ple/
rũq; mysterijs:in eodez Joãne designatus
est. Non enim preter causaz mysterij:Bea
tus Joannes examinatus Rome: missus
est in dolio seruẽtis olei:⁊ tñ viuus exiens
inde redditus est Epheſi:vnde adductus
fuerat. Nec ob aliam causam id factum re
or: q̃ vt intelligamus ℭDonec hoz ordi/
nem:quem designat Joãnes:a Grecis per
uenisse ad Latinos:qui tñ vbi manens ali
quandiu apud eos:baptizabitur Spiritu
Sãcto vt viuat in Christo: reuertetur ad
eum populuz:de quo venit ad nos:ꝓmis
surus in eodem populo vsq; in finem. Ca/
lamus autem qui datus est Joãni:linguaz
significat eruditam:dicẽte ℙsalmista. Lin ꝓo.44
gua mea:calamus scribe velociter scriben
tis. Qui:vz:calamus: bene similis virge
esse perhibetur:qz sicut virge austeritate:
fumenta cohercẽtur indomita: ita lingue
disciplina:dura corda hoium corriguntur.
ℭDetitur autem templum:⁊ altare:⁊ ado
rantes in eo:atrium vero qđ est foris tem
plum:eijcietur foras:qz hi qui nolunt esse
templum dei ⁊ altare: qđ spectat ad eos
qui ꝓtendunt intrare per angustam viam Luc.13
que ducit ad vitam: aut saltem ex eorum
numero:qui humiliter adorãt in eo:etiam
si adherere catholicoz ecclesie:ac si atriuz
templo videãtur per fidem:ad districti tñ
ptinet examen iudicij: vt qñq; eijciantur
foras:quatenus qui ex eis residui fuerint:
discant (humiliati corde) diligere vnita/
tem:nullamq; posse esse salutem vbi zelus
⁊ ꝓtemptio est. Non enim ait Dñs ℙPe/
tro. Sup hanc petram edificabo ecclesias mat.16
meas:sed ecclesiam meam: nec ait. Pasce
illum vel illum gregem:sed generaliter di
ctum est ei. Pasce oues meas. Qui ergo
spõte sua discedunt ab vnitate ecclesie:iu/
sto ordinatis dei iudicio:gẽtibus vel dati
vel dandi sunt:quatenus in reliquijs suis ꝓo.20.
preparet dñs vultus eoruz:sicut ⁊ in typo
eorundem Grecoz:Nelye (vt iam memi
nimus) dictum est. Reliqui mihi septem 3.re.19.
millia viroz qui non curuauerunt genua
sua ante Baal. Et hec qdem de Grecoz
ecclesia: que recedens a structura templi:

in quo habitat Christus: in atrium conualuit per scissuram: ambulans in peccatis Jeroboham filij Nabath: qui peccare fecit israel: ⁊ perseuerans vsq; ad presens in admonitionibus suis. Verumtamen quia nec ipsa Hierusalem (que ꝓpter sacra mysteria) que quondam gerebantur in ea: ciuitas sancta dicta est: immunis a sceleribus fuit: non potuit omnino fieri expers a calice furoris domini: ꝫ tradita est: ⁊ ipsa gentibus: vt ꝑaliter calcaretur ab ipsis: ꝑm quod in typo ipsius: hic quoq; de latina ecclesia terribiliter dictum est. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Hoc ⁊ in psalmozum libro: insinuatur cum dicitur. Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestem meam miserunt sortez. Vestimenta sane domini: quatuor patriarchales ecclesie dicte sunt. Vestis vero illa vna: de qua singulariter dictum est. Et super vestem meam miserunt sortem: ipsa est romana ecclesia: quam ⁊ si scindere per partes heretici non sunt permissi: vt eam tamen hereditate possiderent: sepius institisse noscuntur. Quod bene quoq; in passione dominica designandum id quod modo intulimus: completum esse monstratur: cuz dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimẽta eius: ⁊ fecerunt quatuor partes: vnicuiq; militi partẽ ⁊ tunicam: erat enim tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam: ꝫ sortiamur de illa cuius sit. Et hoc quidem (vt iam dixi ad litteram) in Christi completum est passione: quod tamen in passione corporis eius mystice complendum est in ecclesijs: quarum quatuor (vt ex fine) iam liquet: in atrium quod est exterius: reputate sunt. Quinta vero que est latina ecclesia: in qua tẽplum ⁊ altare: in ciuitatem sanctam: quam tñ ⁊ ipsam calcature sunt gentes mẽsibus quadraginta duobus: sicut ⁊ per Lucaz in euangelio dicitur. Et Hierusalem calcabitur a gentibus: donec compleantur tempora nationum. Ita vero: in Hierusalem latina ecclesia intelligenda est: quomodo in Samaria ecclesia Grecorum. Et quia sicut illis improperat Ezechiel ꝓpheta: vtraq; peccauit dño deo suo: iustum erat: vt vtraq; in manus gẽtium daretur: licet dissimili modo. Altera enim exigentibus culpis: tradita est oblivioni perpetue. Altera castigata: ⁊ nõ mortificata: quasi miseri cordiam consequuta est. Et illa quidem (hoc est) Grecorum ecclesia: in typo atrij: quod est foris templum: sine interpositione termini danda forte gentibus: denuntiat. Hec que quo ad fidem: sancta ⁊ virgo est: nõ esse (quod absit) danda gentibus: sed calcanda perhibetur: ab eis mensibus quadraginta duobus. Quod est dicere ꝑm Lucam. Donec impleantur tempora nationum. Ipsum est tempus illius regis vndecimi: qui scriptus est in Daniele: sub quo ⁊ aliuz quoq; regem: regnaturuz esse puto: qui scriptus est protinus in sequenti visione: de quo inter cetera scriptum est. Surget rex impudens facie: ⁊ intelligens propositiones: ⁊ roborabitur fortitudo eius: sed non in viribus suis: ⁊ supra oẽz credi potest: vniuersa vastabit. Ita autem arbitror istos duos contemporaneos esse: ⁊ concordes pariter in persequutione iustorum: quomodo Pylatus ⁊ Herodes (qui cuz essent prius inimici adinuicem) facti sunt amici: ⁊ conuenerunt insimul in mortem Christi. Sic in quam conuenient in vnum gentes ⁊ pseudo prophete: cum duobus Regibus suis: quorum vnus qui erit gentium: designatus est in Pylato. Alius qui erit hereticorum: in Herode: qui ⁊ Joannem Baptistam occidit gladio: ⁊ Christum ad se missum non eripuit: sed derisit. Sequitur.

Latina ⁊ greca ecclesia.

Ezec. 16 ⁊ 23.

Luc. 21

Boñ. 8

Duo sic geres.

¶ Et dabo duobus testibus meis: & prophetabunt diebus mil/ T. 2.

Ecclesia latina. Luc. 21

Joẽ. 12.

Roma na ecclesia.

Joñ. 19.

Luc. 21

le ducentis sexaginta: amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ: & duo cãdelabra in conspectu domini terræ stantes. Et si quis eos voluerit nocere: ignis exiet de ore eorum: & deuorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos lædere: sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum ne pluat: diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem: & percutere terram omni plaga quotiensc̃unq; voluerint.

¶ De his duobus testibus: multa multi loquuti sunt: ⁊ diuersi diuersa. Et quia aliqui eorum magne auctoritatis fuerunt viri: ⁊ que scripserunt de eisdem testibus: iam pene in toto orbe diffusa sunt: ⁊ lecta sepe sepius in ecclesia sanctorum. Videtur mihi bonum saltem eorum qui nominatissimi sunt patres: sententias ad medium ferre: ne si aliquid in tam solenni re contra malorum opinionem dicimus: videamur prudentes esse coram nobis ꝑsis: quamuis non omnino videatur illicitum: ostẽdere tuniozem opinionem suam: vbi diuersi diuersa dicunt: quia ⁊ Paulus nouissimus apostolorum: non solum docuit fideles: quod alij non docebant: verumetiam audet dicere: Petrum apostolorum primuz: non recte ingressum ad veritatem euangelij. Interrogatus Sanctus Hieronymus de Enoch ⁊ Helya: sic interrogatus est ab eo qui interrogauit: quasi aperte scripserit Joannes illorum nomina in libro Apocalypsi: cum hoc ipse non scripserit? ⁊ siue ille primus hoc dixerit: qui de eis Hieronymum interrogauit: siue alius: ita versum est in vsum: vt non solum apud commune vulgus: opinio tranfierit in intellectum: quin potius in solẽnem auctoritatem magnorum patrum: quorum doctrina vsq; hodie illustratur ecclesia. Super cuius rei assertione: vehementer admiror ⁊ vtrum occulti causa mysterij: hoc accidat: an presumptione tñ: pro eo. ſ. q; duo viri ipsi: vsui esse referuntur? Ignoro. Unum dico q; neq; intellectu spirituali: neq; hystorico probari potest: eos quos scribit Joannes: esse Enoch: ⁊ Helyam: maxime: cum verba que videntur ex ꝑte aliquantam facere presumptionem: non videantur tangere: Enoch: ⁊ Helyam: sed potius Moysen ⁊ Helyam: qui simul (mediante domino: cernentibus tribus ꝑapostolis) apparuerunt in monte: quando elapsa celitus nube: audita est vox paterna: dicens. Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Quod si vnus eorum: quem tangere videtur textus lectionis: ideſt: Moyses: mortuus esse perhibetur: aut alius intellectus requirendus est q̃z hystoricus: aut in difficillimas: ⁊ isolubiles videmur incidere questiones. Licet autem: nõ contradixerit Hieronymus ei qui se interrogauit. Verum Enoch: ⁊ Helyas ꝑm Apocalypsim Joannis: essent morituri: in spiritu tamen esse intelligendum potius q̃z ad litterom asseruit dicens. De Enoch ⁊ Helya: quos venturos Apocalypsis refert: ⁊ esse morituros: non est huius temporis disputatio: cum omnis ille liber: aut spiritualiter intelligendus sit: sicut nos extimamus: aut si carnalem interpretationem sequemur: iudaycis fabulis acquiescendum sit. Ut rursum edificetur Hierusalem: ⁊ hostie offerantur in templo: ⁊ spirituali cultu immutato: carnales obtineat cerimonias. Igitur ꝑm Hieronymum: quod videtur hic dictuz de Helya ⁊ sotio eius: non carnaliter ꝑm litteram: sed spiritualiter est intelligendum. Quod si spiritualiter ⁊ non carnaliter: aut eo modo

Gal. 2.

Hieronymus.

Hieronymus.

Hieronymus.

quo Joãnes venit in spiritu ⁊ virtute ılDelye: duo alıq venturi sunt: aut in eis duo ordines spirituales intelligendi sunt: qui pugnaturi sunt cum bestia: que ascensura est de abysso. Ut autem onus isto: uz: ılDelyas sm litteram intelligatur: ⁊ verba que de eius hystoria propagata esse videntur: ⁊
mat.17. promissio dñi dicentis. ılDelyas qdem venturus est: ⁊ restituet oia: magnam faciunt
3.re.17. presumptionem. Si qdem tribus annis ⁊ sex mensibus: ılDelyas ꝓpheta: aquam celo ligauit: ⁊ ad verbum oris eius: igne celitus misso: decremati sunt inimici. Sed ⁊
4.re.1. hic tribus annis ⁊ dimidio: hi duo ꝓphete predicaturi esse referunt: ⁊ subiunctum est post pauca: qꝫ habeant potestatem claudẽdi celum ne pluat diebus ꝓphetie ipsorum. Propter hec inq̃ verba: presumptio est: qꝫ vnus istoꝝ esset ılDelyas: maxime ꝓ eo qꝫ viuus est: ⁊ pmissus a dño: vt reueletur mũdo: anteq̃ veniat dies domini magnus: ⁊ conuertat corda patrum ad filios: ⁊
mala.4 corda filioꝝ ad patres eorum. Nec forte veniam (inqt) ⁊ percutiam terram anathemate. De ılEnoch vo: qꝫ ipse sit ılDelye sotius: vel qꝫ ipse cum eo venturus sit: nec in litera: nec in spiritu: palam: aut in enigmate: sermo est: sed ex eo tñi presumptum est: qꝫ cum fuerit vir bonus ⁊ iustus coram deo: solus ex oibus translatus est: ⁊ creditur qꝫ ad hoc translatus: vt ⁊ ipse sicut ılDelyas
4.re.2 testimonium phibeat veritati. Qz igitur ılMoyses sicut ⁊ ceteri hoiuz mortuus esse describitur: ılEnoch autem non mortuus: sed viuus translatus est: quasi alienuz sit
Gene.5 ab humano sensu: qꝫ pars verboꝝ illorum tãgeret ılMoysen: quem mortuum ⁊ sepultum: ⁊ si absconditum: scriptura cõmemo
deu.34 rat: magis aũt presto fuit presumere: etiam in discussa parte vboꝝ: qꝫ ipse essz Enoch: qui solus: sicut ılDelyas viuus est: a domino: vbi ipse ꝓstitit: ꝓseruatus. Ex qua re
Papa Grego/rius. actum est: vt etiam sanctus ıPapa Gregorius: Enoch pariter cum ılDelya: aperte ferat esse ventuꝝ: dicens sic. Enoch ⁊ ılDelya predicante: multi ex his qui tunc ex infideis in infidelitate remanserint: ad cognitionem veritatis redient: qui vtriq̃ per
Zach.4 Zachariam: due olive: ⁊ per Joãnem: duo candelabra nominantur. Qz vero tantus ⁊ talis vir: hoc: ⁊ in loco isto ⁊ alijs: aut intelligens altius sicut sanctus: aut opinãs aliqd sicut hõ: frequentandum credidit ⁊ scribẽdum: tacendum mihi esset in loco isto: potius qꝫ aliqd loquendum: nisi me ad ꝓpse/quẽdum rectum iter compelleret: ⁊ simul cepta exponendi materia: ne soluta parte vna littere: pars altera que aliud sonat: relinquat intacta. Certe de duobus viris dictum est: qꝫ habeant potestatem claudẽdi celum ne pluat diebus prophetie ipsoꝝ: ⁊ potestatem habẽt conuertendi aquas in sanguinem: ⁊ percutere terram oi plaga: ⁊ sci
3.re.17 mus qꝫ solus ılDelyas clausit celum ne pluueret annis tribus ⁊ mensibus sex: ⁊ solus ılMoyses conuertit aquaz in sanguinem ⁊ ꝓcussit terram Egypti oi plaga. Qõ si idcir
Exo.7. co presumit de ılDelya: qꝫ pars verboꝝ isto rum tangit opa eius: cur nõ eodem modo presumet de ılMoyse: qui visus est cum eo in monte: cum pari modo: pars verboꝝ tangat opa eius: nisi qꝫ mortuus esse legit:
mat.17 ⁊ isti duo tanq̃ non mortui: mouturi esse scribuntur? At si verba ista sm ılHieronymum: in spiritu: nõ ad litteram: intelligẽda sunt: possunt sm spirituz accipi duo viri ipsi: ılMoyses ⁊ ılDelyas: quoꝝ vnus desi
Hiero/nymus. gnat ordinem clericoꝝ: alius ordinem monachoꝝ. Scõm vero litteram: frustrat oino intellectus: ⁊ si nõ in parte ılDelye (qui adhuc viuit), in parte tñ ılMoysi: q (sicut sacra scriptura testat) mortuus est: nisi velit adhuc aliqs disceptare ò corpore ılMoysi: ⁊ fateri illum cum Josepho iudeo non esse mortuum: sed occultatum: qꝫ potius cum sancto Ambrosio: qui euz asserit non
Ambrosius. obijsse. Sic enim dicit de eo in libro Exameron. Nõ legimus de ılMoyse sicut de ceteris: qꝫ deficiens mortuus est: z per verbum dei mortuus est. Deus enim neq̃ defectionem: aut diminutionem patit: neq̃ adiectionez capit. Unde ⁊ addidit scriptu

deu.34 ra: quia nemo scit sepulturam eius vsq̃ in hodiernum diem: vt translationem magis qꝫ interitum eius intelligas. ılMors
ılMoy/sco. enim secessio est quedam anime a corpore. ılMortuus est igitur per verbum dei (vt ait scriptura) non sm verbum: vt aduertas: non nuncium mortis: sed gratie munus expressuz: qui translatus magis qꝫ derelictus est: cuius nemo nouit sepulturaz. Quis eniz in terris reliquias eius potuit deprehendere: quem secum esse dei filius in euangelio demonstrauit? Deniq̃ ⁊ ılDelyas semel est visus: qui translatus currus est: nec mortuus: nec sepultus legitur. Uidelicet enim qui cum dei filio est: ılMoyses autem mortuus quidem legitur: sed per verbum dei mortuus: per quod facta sunt omnia. Verbo aũt domini: celi firmati sunt. Per verbum igitur dei: non lapsus opis: sed firmamentum est. Non ergo tanq̃ relapsus in terram deprehenditur: corporis solutione: sed tanq̃ verbi celestis operatione donatus ⁊ munere: vt quietem magis caro eius: qꝫ hostium acceperit. Nemo igitur scit sepulturam ılMoysi: qꝫ vitam eius
Ambro sius. oẽs nouerunt. Hec Ambrosius. Verumtamen ⁊ de hoc diuersi diuersa senserunt: ⁊ suas opiniones mandare memorie studue
Hiero/nymus. runt: querentes singuli peruenire ad id qõ
1.cor.13 perfectum est: vt euacuetur quod ex parte est. Erit autem istud cum venerit tempus
mat.26. eius: cum multa corpora sanctoꝝ que dormierunt: euigilabunt: ⁊ exeuntes de monumentis: apparebunt multis (hoc est) eũ multi spirituales intellectus: qui hactenus dormierunt in littera apparebũt multis: vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. Haz ⁊ ıPhilippus vnus de duo
Luce.2 decim: volens ante tempus predicare Jesum: qꝫ necdum sicut erat sciebat donum dei: ⁊ qꝫ non filius viri ⁊ corrupte semine: esset Jesus Christus (sicut credebant Ju
Joã.1. dei) ait Nathanaeli. Quez scripsit ılMoyses in lege: ⁊ prophete: inuenimus Jesum filium Joseph a Nazareth ciuitate. Si igitur sancti apostoli nescientes: plene a principio altitudinem sacramenti: ⁊ tñ volentes habere socios in ea gratia: quam se inuenisse gaudebant: lz longe maioz esset qꝫ putauerant ipsi: predicare prout poterant: gestiebant. Quid si in illis rebus que voluit deus occultare vsq̃ ad tempus prefinitum: aliquid occurrit pie querentibus: sentire vel opinari: quod aliter in parte futurum sit: vt ipse sit semper magister omnium: ⁊ non glorietur omnis caro in con/
1.cor.1. spectu eius. Ex parte (inqt apostolus) cognoscimus: ⁊ ex parte prophetamus: cum
1.cor.13 autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Igitur opinari aliquid in huiusmodi: quod non sit contra fidem catholicam: ⁊ falli humanum est. Excusat autem opinantem pietas illa: que, excusauit ılMariam ılMagdalenam: dicẽtem. Tulerunt dñm meum: ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Et eos qui erant in domo ılMarie congregati dicentes de Petro: qꝫ angelus eius esset. Nec istud tamen dicimus:
Joã.20 vt negemus Enoch venturum cum ılDelya: aut affirmemus ılMoysen viuere: propter opinionem illam, Ambrosij: que supra scripta est: sed vt ostendamus: quid in opinione: quid in intellectu accipiendum sit: propter occulta consilia omnipotẽtis dei: qui in spiritu promissi ılDelye: misit ad Judeorum populum Joannem ıBaptistam. Et de ılDelya quidez certi sumus omnino: qꝫ ita ipse vẽturus sit precurrere iudicem: sicut Joannes preiuit redemptorem. Sed
Actus. num alienum esset a fide: seu a rationabili opinione: si prius reueletur ılDelyas: aliq spirituales viri: qui essent similes ılMoysi ⁊ ılDelye apparentium cum Christo in mõte: mitteretur a dño: predicare hoibus verba vite: sm qꝫ in similitudine duodecim patriarchaꝝ: duodecim apostoli dati sunt.
Duo or dines. Uel certe duo ordines iustoꝝ: qui designãtur per illos: Sicut autem liceret istud: sic ⁊ illud opinari: non est contra fidem: sicut vt Enoch (qui viuere creditur ab vniuersis) veniat cum ılDelya: sicut ılMoyses (si tñ viuit) qui viuere ab aliquibus est (vt

Moyses venturus.

supra notauimus) extimatur: quia ꝛ si simul tres reseruati essent ad hoc: vt mitterentur a domino circa finem mundi: nec a magno: venerandoq; mysterio esset alienum: nec ab his que scripta sunt in libro isto diuersum. Si enim tres viros istos diligenter aduertimus in Enoch: qui fuit de antiquis illis patriarchis: qui fuerunt ante legez: similitudo patris est. In Moyse: qui fuit legis lator: ꝛ doctor populi israel: similitudo filij. In Helya qui fuit initiator vite heremitice ꝛ specialis: similitudo spiritus sancti. De solo autem Moyse dicit scriptura: q; mortuus fuerit: quia solus filius mortuus est ad horam in carne: qui tamen ꝛ ipse viuit: cuz patre ꝛ spiritu sancto: ꝛ regnat cum eis in secula seculorum. Quod si deus (qui omnia potest) sic decreuerat ꝛ sic voluerit: quid si Moyses obdormisset ad horam: ꝛ paulo post surrexisset de monumento: moriturus in tempore prefinito: cum nullus sit eorum qui resuscitati sunt a domino antequam pateretur: nec etiaz post eius resurrectionem ab apostolis: aut ab alijs sanctis: qui non iterum morituri: resuscitandus iterum cum alijs in nouissimo die? Quod si Lazarus ꝛ omnes alij qui isto modo vixerunt post mortem: bis mortui sunt: vt bis resurgerent. Quid si eodem modo Moyses vocatus esset de sepulchro iterum moriturus: vt ꝛ illud esset causa mysterij: ꝛ istud debitum humane conditionis: ꝛ vera sit scriptura que illum mortuum esse fateretur: ꝛ non sit opinio falsa eorum: qui eum vsq; ad presens: viuuz esse contendunt? Quod vero forte Moyses ꝛ Helyas venturi sunt simul: ꝛ Enoch cum eis: vel potius cuz eo Moyses ꝛ Helyas: vera potest esse opinio eorum: qui dicunt predicaturos ꝛ passuros Enoch ꝛ Helyaz: ꝛ etiam si interfit Moyses: quatenus ꝛ illud veruz fit: quod

2.Cor.3. Apostolus ait. Ex parte enim cognoscimus: ꝛ ex parte prophetamus: cuz autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Quid enim si tres ipsos mittendos decreuerit omnipotes deus: vt testimonium perhibeant veritati: dicente domino. In ore duorum aut trium testium: stat omne verbum? Presumitur autem q; tres tales viri: futuri sint in tempore suo. Utrum ipsi sint de quibus agitur: an alij: nescio: deus scit: ex loco illo libri huius: vbi sub nomine trium angelorum: tres magni predicatores describuntur: qui in fine huius secundi status reuelãdi sunt: quorum vnus accepturus est euangelium eternum: vt annuntiet illud habitantibus in terra alius subsequuturus: ꝛ dicturus. Cecidit cecidit Babylon magna: tertius si quis adorauerit bestiam: ꝛ imaginem eius: hic bibet de vino ire dei. Sed ꝛ hic in superioribus mentio vnius angeli facta est habentis in manu sua librum apertum: deinde duorum virorum: pro quibus ꝛ hec omnia dicta sunt. Sed ꝛ locus ille Danielis (cuius supra fecimus mentionem) ad ipsum miro modo velle videtur (dicente ipso Daniele) in eodem loco: vidisse se virum quendam super aquam fluminis: ꝛ duos alios manentes cuz eo: vnuz hinc: ꝛ alium inde. Siue ergo illi sunt: siue alij: nescio: deus scit. Non frustra tamen tres viros mittendos esse a deo ad perhibendum testimonium veritati: sub apertione sexti sigilli: loca ipsa demonstrãt: cuz constet q; certi causa mysterij: tres magni patriarche electi sunt a domino in exordio primi status: Abraam. s. ꝛ Isaac: ꝛ Jacob: quorum similes dicti sunt tres alijs in exordio secundi: Zacharias: Joannes Baptista: ꝛ homo Christus Jesus: excepto q; vnus istorum trium: sola dignatione sua voluit esse quasi vnus ex seruis suis ad cõplenda mysteria regni dei: sicut idem ipse Joanni Baptiste: metuenti se baptizare: respondit. Sine modo: ita nos oportet implere omnem iustitiam. Sicut enim Zacharias precessit solus: Joánes autem Baptista: ꝛ hõ Christus Jesus sequuti sunt simul: ita ꝛ hic: vnus trium prire videtur: sequi vero pariter duo: qui etiam ambo simul occidendi sunt: sicut hic videtur ab infidelibus: sic Joánes ꝛ Christus Jesus: aut sicut Petrus ꝛ Paulus occasione Simonis Magi a Nerone impio occisi sunt. Sic ꝛ in transmigratione Babylonis: precessit vnus: ꝛ sequuti sunt duo: ita vt vnus qui precessit prophetaret solus in Hierusalem: ipse est Hieremyas propheta: duo simul in Babylone: Ezechiel. s. ꝛ Daniel. Videtur autem duo viri isti: Moyses: vz: ꝛ Helyas: habere aliquid simile cum Joãne Baptista: ꝛ homine Christo Jesu: q; sicut Joánes baptizauit aqua: Christus vero Jesus: spiritu sancto ꝛ igne: ita ꝛ filios israel: dicit Paulus: baptizatos sore Moysi baptismate in nube ꝛ in mari: Helyas vero mysterium suum consumauit in igne.

Matt.3.

1.Cor.10

Luc.18. Aut ergo ipsimet venient ꝓsumare in spiritu: qõ ostenderunt in signa: si tamen aliqua presumptio esse potest viuere Moyse: aut aliqui venturi sunt in spiritu ꝛ virtute eoruz: qui compleant in spiritu quod in illis apparuit in figura: ꝛ si de Enoch q; veniat ꝛ magna sit ꝛ fidelis presumptio: de Helya vero nõ tam presumptio: q̃ certissima fides. Si autem ipsi venturi sunt omnino ſm litteram: quid putamus dicẽdum de sentẽtia illa Hieronymi: qui dicit hoc in spiritu esse ꝓsumandum: nisi q; ꝛ si vere hoc accipiendum est ſm litteram: nihilominus tñ spiritualis intelligẽtia manet? Rursuz si vẽturi sunt tres: ꝛ pari modo predicatur: quare solus Helyas vẽturus esse narrat: nisi q; tertius iste status seculi qui futurus est: in fine mundi: non in Enoch: aut Moyse: sed tñ in Helya designatur: ꝛ non tales erunt predicatores illius tpis: quales designati sunt in Enoch ꝛ Moyse: sed quales designati sunt in Helya? Qua in re ꝛ aliud queritur: qõ ꝛ qua si inexplicabile esse videtur: a quibus baptizandi sunt viri isti: nisi forte quis dicat: eos dominus occulte vocasse: ꝛ eos occulte baptizatos: remisisse protinus in locum suuz. Opz enim illos esse participes sacramenti testamenti noui: vt quasi a veteri ꝛ nouo videantur aliquid habere: ſm q; spiritus sanctus de patre simul ꝛ filio accipere dictus est. Si ergo in hunc modum sacra mysteria pquirunt: hoc volunt: hoc innuunt: hoc pretendunt: q; ad perhibendum testimonium veritati: viri ipsi venturi sint: cuius ob cautele custodiam: pie magis eligam in tanto articulo opinandum: q̃ temere aliquid ingerẽdum: vt dum cogimus hec: ꝛ alta vigiläter pensare: simus attoniti contra hostem: ne forte veniãt alqui in ꝺceptione dicẽtes. Nos sumus qui venturi eramus: Enoch ꝛ Helyas: ꝛ decipiant multos. Ex loco nempe alio libri huius: luce clarius liquet: vẽturos esse duos: qui dicunt duo cornua bestie similia agni: a quibus esse cauendi instruit dominus discipulos dicens. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matt.7. Qõ si forte (q; verbum mundo intonuit de Enoch ꝛ Helya) diceret horum aliqs. Nos sumus quos expectant fideles: Enoch: vz: ꝛ Helyas: ꝛ forte: qõ ipsi nescient venturus est tertius testis: Moyses cum Enoch ꝛ Helya: q̃ vtiuter fuerit de eo occultatum ꝛ celatum hactenus apparebit: quãdo quidem non frustra: ars deluditur arte: ꝛ ingenium ingenio superatur: quamuis hec omnia ad cautelam: opinando diximus: ꝛ nihil temere affirmãdo. Sed ꝛ illud non est pretermittendum: q; ita non nulli putauerunt Enoch ꝛ Helyam immutatos in aliam qualitatem: vt eos non soluturos mortis debitum credant: sed viuere in eternum. Ita enim scribit de hoc beatus Hieronymus: super locum illum apostoli. Omnes quidem resurgemus: sed non oẽs immutabimur: vtens auctoritatibus vetex: ꝛ se in eoz sentẽtia circa hoc: ꝛ circa multa manere demõstrãs. Enoch ꝛ Helyas mortis necessitate supata: ita vt erãt in corporibus: de terrena ꝓuersatione ad celestia regna trãslati sunt. Unde ꝛ sancti qui tpe consumationis ꝛ iudicij in corporibus reperiendi sunt cum alijs sanctis:

Hieronymus.

1.Cor.15

qui ex mortuis resurrecturi sunt: rapiētur in nubibus obuiam Christo in aera: ⁊ non gustabunt mortem. Assumit autem hoc testimonium de expositione Theodori eccleate. Qui etiaꝫ post aliqua verba que subiuncta sunt: refert hec eadem sentire Apollinarem: ita dicens. Apollinaris (licet verbis alijs) eadem que Theodorus: asseruit: quosdam non esse morituros: ⁊ de presenti vita rapiendos in futuram: vt mutatis: glorificatisq; corporibus: sint cum Christo: quod nunc de Enoch ⁊ Helya credimus. Hieronymus. Hieronymus. Ecce hic dicit Hieronymus: q; a q; buscham queritur non esse aliquos morituros: sed mutatis: glorificatisq; corporibus: esse cuꝫ Christo (quod se credere dicit) de Enoch ⁊ Helya. Concordatio Unde ⁊ qō hic scriptum est de duobus testibus: qui putantur esse Enoch ⁊ Helyas: in spiritu: non in littera dicit esse intelligendum. Quod si ita est: ⁊ duo alij occidendi sunt a bestia: restat vt alij sunt q̄ Enoch ⁊ Helyas. Qui vero in hoc articulo nō sibi conueniunt sancti patres: sed diuersi diuersa senserunt: puto q; absc̄ditum hoc esse voluerit vsq; ad tempus statutum: iis qui celauit verbuꝫ ab helyseo propheta: vt quicquid diceretur ab his ⁊ illis: opinio magis sit que falli possit: q̄ notitia vel intellectus: qui si verus est: falli non potest. Bene notandū Si enim (vt ait Sanctus Gregorius) etiam prophete fallūtur: qd mirum si fallitur opinio eoꝝ qui prophete non sunt? Gregorius. Sic enim ait idem doctor Petro diacono. Quid miraris si fallimur: qui pphete non sumus? An mente excidit q; Dauid qui prophetie spiritum habere consueuerat: contra innocētem Jonathe filium: sententiam dedit: cum verba pueri mētientis audiuit? Hec idcirco dico: q; si verum est: q; occidendi sint Enoch ⁊ Helyas: fallitur opinio eorum qui putauerunt eos nō morituros. Et si ipsi morituri nō sunt: sed alij qui sint in spiritu Enoch ⁊ Helyas: vel potius (vt supra scripsimus) Moyses ⁊ Helyas: alterius partis opinionem fallit: necesse est: q; vtrunq; verꝫ esse non potest: cuius de opinione certum nihil: ⁊ in intellectu dubia multa: donec illucescat dies: ⁊ Lucifer nascatur in cordibus nostris. Et hec quidem dicta sunt in discussione littere que occidit: cuius in multis est ambiguus ⁊ tenebrosus intellectus. Unde ⁊ scriptura dicit. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Et alio loco. Tenebre erant super faciem abyssi. At q; sequitur. Et spiritus domini ferebatur super aquas: surgendum est cum eo a profundo littere ⁊ eundum in altum: vbi lucent luminaria celi: occultis cōsilijs vel iudicijs: domino (qui nouit oia) derelictis. Sint ergo viri isti iuxta ſram: quos deus melius ipse nouit. Secundum vero typicum intellectum quid significent considerandum est. Scimus q; Moyses fuit vir lenita: ⁊ pastor populi Israel: Helyas vir solitarius non habens filios: aut vxorem. Ille ergo significat ordinem clericorum: iste ordinem monachoꝝ: quadraginta duo menses quibus predicant: induti saccis: significant totidem generationes: quibus: ⁊ verbis: ⁊ exemplis clamant dicētes. Penitentiam agite: appropinquauit enim regnum celorum. Sed ⁊ gentes sub eorum annorum numero: calcant sanctam ciuitatem: q; licet in parte non in toto: q̄diu tamen durat spatium istud temporis in tribus annis ⁊ dimidio designatuꝫ: semper data est potestas infidelibus calcādi fideles: licet nō eo modo: quo in diebus Antichristi. Sed ⁊ atrium quod est foris templum: ex multis annis (vt supra diximus) datum gentibus esse videmus. Quod autem minus completum est: timendum est ne ꝓpere compleatur: q; in omnibus his non est auersus furor domini: ſz adhuc manus eius extēta. Duo vero ordines isti: in typo duorum virorꝫ: due olive: ⁊ duo candelabra dicti sunt: q; ⁊ oleo charitatis ardent: ⁊ splendore sapientie lucent: quorum vnum specialius congruit monachis: alterum clericis conuenire probatur. Quod autem sequitur de duobus viris: in conspectu domini terre stantes: miꝫ cur non

2. pet. 3. 2. cor. 3.

psalmo. Genesi.

Mat. 5

Esa. 5.

dixerit scriptura. In conspectu domini celi: si Christus hic dominus intelligendus est? Videtur enim vocari posse deum terre: principem mundi: qui regnaturus est pro peccatis hominum: in cornu illo vndecimo: quem scribit Daniel: quod ⁊ putrabit: ⁊ possit mutare tempora ⁊ leges tradēda in manu eius per tempora ⁊ tempus ⁊ dimidium temporis. Oportet enim stare: siue duos siue litteraꝫ: siue reliquias duorum ordinum in ꝓspectu eius: quomodo steterunt Moyses ⁊ Aaron coram Pharaone: qui erat dominus terre Egypti: ⁊ Petrus ⁊ Paulus coram Nerone: qui erat imperator totius orbis ad phibēdum testimoniuꝫ veritatis: sicut ⁊ isti facturi sunt. Videtur tamen in Zacharia prophetā ⁊ de domino nostro Jesu Christo: dictum sit verbum hoc: qui etiam (vt putamus) pari causa mysterij: dictus est in hoc libro princeps regum terre: minimum q; vt homo verus: hominum dominus sanctus est: sicut ei in psalmo secundo loquitur deus pater: ⁊ dicit. Postula a me: ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam: ⁊ possessionem tuam terminos terre. Et Esayas. Emitte agnuꝫ domine: dominatorem terre: Quod si ita est: quare dictum est de viris istis in Zacharia ꝓpheta. Isti sunt duo filij oleari. i. splendoris: qui assistunt domino totius vniuersē terre: ⁊ in libro isto. Isti sunt due olive ⁊ duo candelabra in ꝓspectu domini terre stantes: nisi quia ex eo tempore quo viri isti venturi sunt: oportet regnare dominum nostrum Jesum Christum in vniuersa terra: quousq; ponat inimicos suos sub pedibus suis? Idcirco enim dictum est eos stare in conspectu domini terre: q; ad hoc venturi sunt ⁊ ituri ante faciem eius: vt annuntient aduenisse tempus: in quo oportet regnare filium dei in vniuersa terra. Oportet enim predicare illos: propter electos: ⁊ annunciare hominibus verba vite: vt luceat lux eoꝝ coram hominibus: ⁊ oleo doctrine spiritualis corda electoruꝫ hominum iniungendo impinguent: propter reprobos autem ligare aquam celorum: cum oportere persenserint: conuertere quoq; aquam in sanguinem ⁊ percutere terram omni plaga. Sed hoc quomodo? Numqd iuxta littere veritatem? Minime. Sed claudere celum est: ne pluat diebus prophetie ipsorum: abscondere verba spiritualia in cordibus electorum: ⁊ prohibere illos ne audeant loqui carnalibus hominibus verba spiritualia: que capere: aut sentire non possunt: dicente domino. Nolite dare sanctum canibus: ⁊ nolite spargere margaritas vestras inter porcos: ne forte conculcēt eas pedibus suis: ⁊ conuersi dissumpant vos. Non solum autem propter hoc: sed ⁊ pro eo q; digni non sunt: vt audiant qui aliquando contemplerunt verba dei: dicente domino Esaye prophete. Obcecaꝫ populi huius: ⁊ aures eius aggraua: ⁊ oculos eius claude: ne forte videat oculis suis: ⁊ auribus suis audiat: ⁊ corde suo intelligat: ⁊ conuertatur: ⁊ sanem eum. Unde ⁊ de synagoga Judeorum: immo ⁊ in spiritu de ecclesia: faciens dominus queri moniam: q; expectauerit vt faceret fructum: ⁊ fecerit lambruscas: hoc ei inter cetera minatus est: dicens. Diruam maceriam eius: ⁊ erit in conculcationem: ⁊ ponam eam desertam. Non putabitur: neq; fodietur: ⁊ ascendent vepres ⁊ spine in ea. Et nubibus mādabo: ne pluant sup eam imbrem. Quasi enim nubibus mandat dñs ne pluant imbrem super generatione mala ⁊ adultera: quia cum vident viri sancti q; nihil in predicatione proficiunt: relinquentes filios Belial: pferunt se ad otium ⁊ quietem: ne forte illos non lucrentur: ⁊ seipsos amittant. Sunt preterea nonnulli adulterantes verbum dei: qui non querunt scire vt operentur: sed vt videantur ab hominibus. A quibus non immerito occultanda sunt secreta celi (hoc est) mysteria regni dei: vt non veniat super illos pluia voluntaria quaꝫ segregauit deus hereditati sue: sed ostendēdum est eis ipsum mysterium quasi liber inuolutus: vt vi-

Esa. 16. Zacha. 4

Zacha. 4

ps. 2.

Dañ. 12

Esa. 5.

mat. 7.

Esa. 6.

2. cor. 4.

ps. 67.

Luc.8. dentes non videant: ⁊ audientes non audiant. Qui si etiam visi fuerint haurire aquas fluminum Egypti: vt glorientur de scientia mundi huius: aut notitia litterę que occidit: mox sentiunt sanctos dei venire contra se ad conuertendas aquas ipsas in sanguinem: ostendentes esse mox viserum: ⁊ venenio insectum: quod ipsi salutiferum esse putant. O quotiens mundani homines composuerunt libellos vt viderentur ab hominibus: sed tamen vbi adducti sunt ad manus iustorum: damnauerunt eos: ostendentes esse in eis potum mortis: vtpote in quibus caro ⁊ sanguis: non dei spiritus loquebatur. Percutiunt quoq; terram omni plaga: quia terrena ⁊ carnalia corda hominum: ostensis plagis mundi concutiendo percutiunt: quas ipsi quia velamen habent ante oculos: per se videre non possunt. Nam pro eo q; carnales homines plagas non sentiunt: nisi cuz ab istis aperiuntur: non frustra ipsi dicuntur percutere terram omni plaga: qui plagas annunciando: ⁊ ostendendo: terrena illorum corda quasi virga lingue percutiunt. Cruciantur ergo populi a conspectu eorum: siue quia prohibent stillas roris: ne pluat diebus prophetie eorum: siue quia multorum intelligentia que putatur esse vtilis: ostendunt esse carnalem: ita vt non sit potus salutis: sed mors ⁊ perditio omnibus vtentibus ea. Hac pro causa: ⁊ si omni tempore: odio habiti sunt: cum tamen abundabit iniquitas: multo amplius odientur a multis: ⁊ multi consurgent contra eos in disceptationibus scripturarum: sed non prevalebunt: quia ignis exiet de ore illorum qui destruet ⁊ consumet inimicos eorum. Sed quis ignis? Numquid materialis? Absit. Sed ignis spiritualis intelligentie: qui destruit ⁊ consumit intelligentiam carnalem. Licet enim celent penes se spiritualem intelligentiam: que de celo descendit a filijs huius mundi: si quando tamen insurgunt contra eos filij Belyal in disceptationibus scripturarum: necesse est vt loquantur eis in virtute spiritus: vt non insultent eis tanquam devictis: sed magis confundantur virtute spiritus superati. Et sciendum q; in pluuia designatur illa doctrina: que rigat corda audientium ad proferendum fructum: in igne illa verba pungentia: que carnis vitia inflammando consumunt. Alterum ergo prohibent sancti. Alterum nequaq; quia ⁊ illa que possent edificare: abscondent pro culpis hominum a gente aposta trice: ⁊ que eos convincat male agere manifeste loquentur. Cum autem compleuerint testimonium suum (hoc est) cum perfecerint opus ministerij sui inter falsos christianos: bestia que ascendet de abysso: faciet aduersus eos bellum. Ita enim in consequentibus dicitur.

¶ Et cum finierint testimoni/ T.3.
um suum: bestia quæ ascẽdet de
abysso faciet cõtra eos bellum:
bestie:que draconis:sed quia inferius scriptum est. Et reges septem sunt: manifeste septem capita bestie: ipsam septiformem multitudinem psequtorum designat:capita vero draconis:reges septem: qui pro eo qꝫ vicem gerunt draconis: non modo simpliciter capita:verumetiam:capita capitum dici queunt. Sicut enim aliqua episcopalis ecclesia caput dicit subditarum ecclesiarꝫ:ꝛ tñ episcopus caput est illius ecclesie:ita in infidelium multitudine: qui eunt in pditionem:ꝛ illi populi:capita facti sunt:in malitia qui audacter ꝓtra ecclesiam pugnauerunt: ꝛ multo amplius qui eisdem populis prefuerunt reges:ꝛ draconis capita dicti sunt: corpus vo draconis; reprobox omnium innumera multitudo. Hoc tantummodo interest: qꝫ cum bestia septem capita habeat:ꝛ draco similiter:nó tñ capita draconis ſm hunc intellectum: per singula capita bestie distinguẽda sunt: sed alio quodam modo: ꝛ altero tramite venientia:qõ in sexta parte libri: vbi prius sup hoc locus erit: prout dominus donauerit:disseremus. Igitur septem capita:septem sunt noia tyrannox.qui sibi pse quẽdo ecclesiam per tpa successerunt. Decem vero cornua:decez reges:qui sunt (vt inferius dicit angelus) regnaturi sunt. Cauda vero:tyrannus nouissimus:qui (sicut testatur Ezechiel prophetа) in fine seculi venturus est. Tertia pars:qd significet:in parte tertia dictum est. Notandum quoqꝫ est:qꝫ ꝛ hic dr. In capitibus suis septem diademata: ꝛ inferius de cornibus bestie. Et sup cornua eius:decem diademata. Sed si nil aliud in eox diadematibus: qꝫ regalem accipimus elationem:manifeste dat intelligi qꝫ capita draconis reges: non populi intelligendi sunt: capita vero bestie:populi:non reges. Et idcirco cum ait. Sup capita draconis:septem diademata:septem pfecto reges in capitibus intelligi volunt:sicut ꝛ decem cornua bestie diademata portare describit: vt reges esse ostenderet decem illos.aut quasi reges: qꝫ illi veraciter reges sunt:qui non sunt subuersores:sed rectores fidelium. Unde ꝛ inferius dicitur. Decem cornua que vidisti in bestia:decez reges sunt:qui regnum nõdum acceperunt:sed potestatem tanqꝫ reges:vna hora accipiẽt post bestiam. Illud autem cauendum est ante oia:ne cum audis mulierem amictam sole:ꝛ filium mulieris: draconem: ꝛ bestiam:ꝛ his similia: precipue quox partes diuidunt in species:momentaneum aligd:aut ꝓtinue totum esse putes: sed magis velut aliquid opus:seu bonum:seu malum:quod semel quidem incipit: sed post multa tempora ꝓsumatur. Nõ igitur existimes draconem ita fuisse a principio qualis esse describitur in hoc libro:sed qualem per tempora futurus erat. Neqꝫ enim prophetia esse intelligeretur si sola preterita ꝛ presentia:ꝛ non potius futura predicaret. Si autem queritur de his septem capitibus draconis:que sint:aut que esse putentur: in summa huius libri:sufficienter digessimus. Hoc autem omnium signum visum est in celo:qꝫ qui incuruati sunt deo:sum:vt solam terram littere intueantur: spiritualia mysteria videre non possunt: qui autem respiciunt in celum:sentiunt omnia hec esse signa:nimirum:quia ad aliquid significandum in libris canonicis scripta sunt. Sequitur.

¶ Et draco stetit ante mulierem quæ paritura erat: vt cum peperisset: filium eius deuoraret. T.3.

¶ Mouerat Dyabolus ea que scripta erant de Christo:adeo vt cum eum tentaret scisciatus ab eo:an ipse esset filius dei: scripture testimonijs vteretur. Sed si ea que de hoc scripta erant:plene caperet:nequaquam:an hoc esset:an non:callidis exquireret argumentis. Non ergo illi ex integro reuelatum erat mysterium dominice incarnationis:qui an ipse filius dei esset:dubitans:scripture testimonium introduxit: vt si eum non esse Christum ppenderet:tanquam sibi ꝓtrarium ad tormenta rapere festinaret: si vero esse dei filium manifeste cognosceret: ab eius persequutione desisteret:si tamen euꝫ desistere:eius malitia pateretur. Sed quocunqꝫ modo id gestum sit:illud manifeste scimus:qꝫ in trans in eox Jude Symonis Scharioth:eum ad cumulum damnationis sue: vsqꝫ ad tormenta passionis pduxit. Quare hoc? Vt eum sicut:ꝛ ceteros deuoraret. Stetit (inquit) ante mulierem. Quid est stetit ante mulierem? Stetit ꝓtra mulierem (hoc est) contra ecclesiam. Qui enim volunt facere contrarium transeuntibus: vel aliquid facere cupientibus: parant se ante ipsos ad resistendum eis. Sed quid facere cogitas:o infelix? Christum ꝛ si occidere potes (ipso permittente) qꝫ homo est:tenere tñ ꝛ eum non potes: qꝫ deus est. Leo namqꝫ propheram occidere missus est:de cadauere autem eius:non est deuorare pmissus. Tu Christum occidere non timuisti:sed teipsum:non dñm:nouo rursum iaculo peremisti. Tu parturientis ecclesie filium absorbere putasti:sed permissus nõ es:vt hoc faceres:qꝫ te prostrato ꝛ deuicto:raptus est ad deum:ꝛ ad thronum ipsius. Vocari autem ecclesiam apostolox: matrem Christi:ipsum interroga dei filium Christum. Cum enim ei quidam diceret. Ecce mater tua ꝛ fratres tui: foris stant: querentes te. Ipse ꝓtinus respondit: ꝛ dixit. Que est mater mea: ꝛ qui sunt fratres mei? Et extendens manus in discipulos suos: ait. Ecce mater mea ꝛ fratres mei. Sed de partu qd queritur? Imminẽte (vt iam dixi) articulo passionis sue:hoc inter cetera protestatus est: dicens. Mulier cum parit tristitiam habet:quia venit hora eius. Sic igit ꝛ ecclesia mater Christi est:ꝛ que eum peperit in carne de ecclesia est: ꝛ ideo in Maria que prima est persona ecclesie: etiam corporaliter ecclesie filius Christus est. Et quia omnes fideles: vnum corpus sumus in Christo: etiam nos omnes in Christo filij sumus eius: cuius Christus filius est: iuxta illud apostoli. Si autem vos Christi: ergo Abrae semen estis. Sed aliud est quod ptinet ad caput aliud:quod ad membra ſm quid:ꝛ aliud quod ad laborez:aliud quod spectat ad gloriam. Quod enim filij virginis ꝛ filij dei sumus: siquidem heredes sumus dei: coheredes autem Christi: domum dei est:ꝛ felicitas nostra. Quod vero parturire mulier dicitur: dei quidem donum est:posse in partu patienter agere: sed tamen in hocipso aliquid:vnde coronetur: promeretur ecclesia. Miro autem modo: ꝛ quasi per contrarium duo ista sibi conueniunt:virgo ꝛ partus:vt duo perfectionis genera demonstrarentur:pariter conuenire in vnum:habere:scz:perfectionem iustitie:ꝛ tamen pro iustitia:ac si pro iniustitia flagellari. Dicam ergo aliquid ſm carnem. Si virgo est: quare parturiens: cruciatur? Aut si parturit quomodo virgo? Sed plane vtrunqꝫ exigitur ab ecclesia: quatenus ꝛ virgo sit ꝛ parturiat: vt compleatur in illa magnum illud mysterium Marie:que ꝛ filium portauit in vtero:ꝛ virginitatis gloriam non amisit. Peperit ergo Maria vnigenitus suum:quez tandem respiciens pendentem in cruce: vna cum ecclesia apostolorum: non sine gemitu parturiuit: qui tamen natus est in alio regno:ꝛ factus primogenitus mortuorum. Sane ſm typicum intellectum: sicut ecclesia doctorum designatur in muliere: ita in filio mulieris: exercitus omnium iustorum: qui regnaturi sunt cum Christo: ꝛ sessuri cum ipso in iudicio (dicente eodem domino) in hoc libro. Qui vicerit: dabo illi sedere in throno meo:sicut ꝛ ego vici:ꝛ sedeo. Ascendit autem Christus in celum: ꝛ sedet a dextris dei: ita vt eleuatum in altum: terribilem sustineret iudicem: quem se putabat draco deuorare in partu. Hec de filio mulieris. Quid de muliere?

Hoc. Ezech. 38

Reguꝫ

12.4. ¶ Et mulier (inquit) fugiit in solitudinem: vbi erat ei locus præparatus, a Deo: vt ibi pasce ret illam diebus mille ducentis sexaginta.

¶ Numerus iste quid significet: liber quem propter ipsum: ꝛ ſm ipsum edidi mus: manifeste declarat. Quid autem sibi velit mulieris fuga in solitudinem: in repetitione dicetur. Ibi enim melius ostenditur: q̄z hic. Nam bis hoc ipsum scriptum est: licet dissimilibus verbis: in terposito illo magno prelio: in quo pro stratus est Draco: quod (sicut ostende mus inferius) sanctorum martyrum fuit. De ipsis enim non de angelis dicitur. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem a gni: ꝛ propter verbum testimonij sui: ꝛ non dilexerunt animas suas vsq̄z ad mor tem. Nec vacat a mysterio repetitio ista: que interposita pugna martyrum: de mu liere facta est: quinimmo magna est hu ius causa mysterij. Duo sunt enim flo rum genera: que pre ceteris scriptura com mendat: rose: que sanctos martyres: ꝛ lylia: que ob candorem castitatis; sacras virgines designant. Si enim queris: vn de salus processerit: reperitur virgini tas. Si in quo mater ecclesia fundata sit queris: inuenitur martyrium. Si quidem ꝛ virgo precessit martyres: ꝛ martyres comitatt sunt virgines. In hoc enim ci uitas illa nostra: omnibus suis filijs pa cem prestat: quia vna est in ea pax om nium: ꝛ communis letitia vniuersorum: quandoquidem martyribus virgines: ꝛ virginibus martyres subscribuntur: vt in illa visione summe pacis: ille sit pri mus qui est vltimus: ꝛ qui primus vlti mus: sicut vnigenitus dei: ꝛ spiritus san ctus vicissim sibijpsis in mysterijs inue niuntur subscripti. E quibus est illud: quod Christus dicit per prophetam. Ec ce nunc misit me dominus ꝛ spiritus ei us. Ipse postmodum per seipsum: de eo dem spiritu loquitur: dicens. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ꝛ annun ciabit vobis. Et certe si rei huius simili tudo queritur: videtur contemplantium vita virginum spectare proprie ad spiri tum sanctum: vnde ꝛ qui caste viuunt: spirituales dicuntur: triumphus vero martyrum proprie refertur ad Christum. Quo circa non est mirum: si virginitas primo prelata martyrio. Secundo post ponitur versa vice: vbi tam magnum ꝛ euidens manet signum: quod non est ab hominibus: sed de celo directum. Habent enim sancti martyres vnige nitum dei: paulominus ab angelis mi noratum: qui ita se voluntarie spiritui Sancto hu miliauit: vt de eo dicatur: conceptus est: ex Maria virgine: qui ta men post passionem suam: recepit ab eo dem honorem: prout prestiterat ipse: iu xta illud quod superius diximus. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ꝛ annun ciabit vobis. Oportebat ergo virginem sacram: primo quidem matrem fieri om nium sanctorum martyrum: deinde san ctos martyres: virginum preire cateruas: vt in nullo a dei filio martyres: in nullo a spiritu sancto virgines in hac parte my sterij discordarent. Tanta quippe est inter sanctos in illa ciuitate simplicitas: vt quo dammodo: alteri alteros: credant esse maiores: tanta charitatis accensio: vt alijs q̄z sibi vicissim attribuant: immo ꝛ cupiant: dignitatem. Pertinent quoq̄z sancti martyres proprietate quadam ad filium dei: virgines: ad virginem Ma trem: non sexus differentia: sed virtutis: nimirum quia fortitudo masculi: est pul chritudo proprie mulieris. Que cum ita sint: quid agit filius cum parturitur? Nunquid ipse non dolet: sed que par turit mater? Quinimmo: quia hoc cla rum est: nullus enim dubitat: marty res post Christum: supplicia pertulisse. Illud multo magis in questionem ve nit. Cur mulier cruciari dicitur: que nequaquam per martyrium: sed placato ꝛ tranquillo fine: carnis debitum soluit. Sed heu: quis sciret quantus doloz ani mum virginis cruciauit cuz natum suum in cruce suspensum: fellis amaritudine: ꝛ aceto potatum: ꝛ alijs atq̄z alijs contume lijs videret affectum: cui nec aquam in potum dare: nec (vt solet cuilibet mo rienti) permissa est: qualecunq̄z exhi bere obseq uium. Qui hec ꝛ bis simi lia: pia mente pensaret: maiozem illius q̄z Christi: putaret pro pondere crucia tum: quia nimirum Christus in carne il la (quod est grauius) cruciabatur in men te. Ille ꝛ si dolebat: volens tamen ad implebat: pro quo ꝛ venerat: hanc id ipsum eque sentire pietatis viscera non finebant. Cruciatur ergo qui nascitur: sed hoc semel: mater per setus singulos cruciatur ꝛ gemit. Recte ergo patien tibus filijs: ecclesie ascribitur cruciatus: quia illi pro seipsis sigillatim: ista vero per singulos (vt iam dixi) cruciatur ꝛ gemit: ꝛ plerunq̄z mater ipsa filios imita tur quos deflet. Est ꝛ alius partus: il le quem describit: ꝛ sibimet ascribit Apo stolus: cum his quos Christo genue rat: ꝛ pene apostatauerant: dicit. Fi lioli mei: quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Sed ibi per predicandi laborem parturiuntur fi lij in finu defudantis ecclesie: hic partu riuntur de mundo transeundo ad pa triam. Ibi parturiuntur per fidem: hic per sanguinem. Ibi vt Christi crucem accipiant: hic vt perlate Crucis conse quantur mercedem. Et quia sacrarum mentes Virginum in celis sunt: ꝛ illi us (que sursum est) ciuitatis: in terra licet posite vitam ducunt: in Sancto rum tormentis Martyrum cruciantur ꝛ ipse: que eo magis pensare possunt: quo secum sunt: ꝛ quo plus diligunt magis dolent. Et quia eas ipsas vere ma tres exhibet pius amor: eisdem in re gno dei soluta passione nascuntur: ni mirum: quia illuc isti per amorem transe unt: vbi ille iam sunt: ꝛ illuc isti post mor tem veniunt: vbi ille ꝛ ante mortem per contemplationem quieuerunt. Notan dum tamen illud est: ꝛ summa discus sione scrutandum: q̄ Christus in cru ce positus: alterum pro se filium dedit matri: Joannem: scilicet: euangelistam: in quo non illi designati sunt: qui ex hoc mundo per martyrium transeunt: sed de quibus supra fecimus mentionem: ad quos profecto illud refertur: quod de Joanne a Christo Symoni dictum est. Sic eum volo manere donec ve niam. Non solum autem istud: sed ꝛ il lud quod mater Jacobi ꝛ Joannis a do mino postulauit: vt: videlicet: duo filij ei us: alter a dextris eius: alter a sinistris se dere debuissent: non parum pertinet ad rem: nimirum: quia ꝛ ordo Martyrum significatus in Jacobo: sinistram pertu lit passionis: ꝛ ordo contemplantium: collocatus est ad dexteram Christi. Sed de Martyrum pugna cernere locus co git: non immemores illius sententie: (qua speciales libri partes) generalia tan gere sepe diximus: ꝛ sine generalibus nil esse in partibus speciale.

¶ Explicit distinctio prima.

¶ Incipit distinctio secunda.

12.5. ¶ Factum est prælium ma gnum in cælo: Michael: & Angeli eius præliabantur cum Dracone. Et Draco pugna bat: & Angeli eius: & non præualuerunt: neq̄z locus in uentus est amplius eorum in cælo.

RECte ad auxilium virginum: angelorum mittitur turba: quia cognata est ⁊ amica angelorum virginitas. Attende diligenter Christi virgo: attende sollicite miles Christi. Non enim queritur desides: tanti pondus agonis: non pigros approbat ⁊ tepentes: sed fortes in prelio: ⁊ feruentes in fide. Factum est prelium in ecclesia sanctorum: que celum: ⁊ celorum regnum: vt sepe sepius nominatur. Dicitur autem sancta ecclesia celum: quia in alto consistit: respectu synagoge: que sola terrestria concupiscit: ⁊ respectu illorum hominum: qui quamuis celestis hominis signum acceperint in baptismate: potius tamen terrenum hominem: q̄z celestem sequuntur. In celo tamen factum est prelium: quia occultus est hostis qui impugnat fideles: ⁊ occultum mysterium pro quo pugnatur. Ad hoc sane prelium fideles animabat apostolus: ⁊ vt se prudenter agerent: instruebat cum diceret. Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem: sed aduersus aereas potestates tenebrarum harum: contra spiritalia nequitie in celestibus. Sed nūqd inuisibile erat tantum? Nunquid non inuisibiles erant satellites ipsius hostis: qui visibiles Christi milites impugnabant? Attende diligēter ordinem prelioz ⁊ militum: qualiter Christi acies contra prauas acies dirigun tur: siue pro castitate corporis: siue pro integritate fidei que seruatur in corde. ℣Michael celestis exercitus: princeps est a domino constitutus. Dyabolus per seipsum vsurpauit sibi regnum super angelos malos. ℣I vero sicut inuisibiles sunt: ita inuisibiliter preliantur. Sed non de angelis dictum est: quod sequitur. Et ipsi vicerunt eum propter verbum testimonij sui: ⁊ nō dilexerunt animas suas vsq̄z ad mortem. Non hoc inquam de angelis dictum est: sed de martyribus: qui re vera non dilexerunt animas suas vsq̄z ad mortem: iuxta veritatis vocem: dicentis. Qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Quid igitur esse dicimus: q̄ in angelorum prelio de victoria martyres approbantur: nisi q̄ ⁊ bonis hominibus: boni angeli assistunt: ⁊ malis malos acuunt vt profundius ruant? Erat ergo in ecclesia Christi alius q̄z ℣Michael: princeps a domino constitutus. ℣Petrus: scz: ⁊ successor eius: quod presens adhuc siculi probat dies. De quo ⁊ illud quoq̄z scriptum esse ostenditur: quod in opere concordie exposuisse me recolo. In tempore illo consurget ℣Michael princeps magnus qui stat pro filijs populi tui. In synagoga nihilominus Sathane: ℣Herodes maior tenuit principatum: gerens in ea vicem draconis: qui tandem Herodi filio successionem relinquens: nouissime Romanorum princeps habere promeruit successores. Quem enim interemptor Jacobi Tetrarcha Herodes infeliciter obeundo: deposuit sceleratissimus Imperator Nero: mox resumpsit mucronem: ne ys qui cruentas ℣Herodis portas absolutus euaserat: ℣Neronis quoq̄z manus impunitus exiret. Erat ergo ℣Michael angelorum prelatus: prelians in ℣Petro principe christianorum. Erat ⁊ Dyabolus princeps Demoniorum: dimicans in ℣Herode Judeorum prelato. Videns in his prelijs quadripartitas preliantium turmas: terribiles remittentium congressiones annorum. Vere magnum prelium. Vere singulare certamen: in quo cum fidelibus infideles: in quo celestes spiritus cum ministris tartareis preliantur.

¶ Et (proiectus inquit) Draco ille magnus Serpens antiquus: qui vocatur Dyabolus & Sathanas qui seducit vniuersum orbem: proiectus est in terram: & angeli eius missi sunt cum ipso. T.61

¶ In beati Job libro scriptum est. Quadam die cū venissent filij dei vt assisterēt

Job.1. coraz dño: affuit inter eos etiam Sathan. Si autem conuentio filioz dei: sanctoz ecclesia fore credit: cum ⁊ ecclesia celum esse dicatur: Sathan inter filios dei affuisse describitur: tunc pfecto Sathan habuisse in celo locum ostenditur: cum adhuc ab humano genere non erat electus forte: q: ratio (vt ita dixerim) iuris sui q̄ dz exquirere: deposcebat. In solo namq̄z illo nihil q̄ quereret: inuenit: qui sine peccato natus est ⁊ permansit: ⁊ qui veraciter dicere potuit. Venit enim princeps mūdi huius ⁊ in me non hz quicq̄z. Et qm̄ in euz mittere manum non timuit: in quo suuz nihil erat: sicut Golyath quem occidit Dauid: pprio se mucrone pstrauit. Affuit (inqt) inter illos (hoc est) inter filios dei: etiam ⁊ Sathan. Sed aliqd? Nunqd ad laudandum pariter bonoz omnium creatorem? Non. Ad qd ergo? ad detrahēdum fidei: ad accusandum opa electoz. Ut accusaret (inquit) illos ante pspectum dei: miro illo accusationis genere: quo simplicitatez sancti Job obfuscare quesiuit. Hinc est q̄ vnigenitus dei: imminente passionis sue tpe: ait ℣Petro. Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ut ergo Sanctum Job expetiuit Dyabolus: sic expetiuit sanctos apostolos: ⁊ sanctos martyres: vt cribraret eos sicut triticum: ⁊ inueniret in eis: quid obiceret: vt oēs reprobos esse monstraret. Et sicut illum (pmittēte deo) percussit a planta pedis vsq̄z ad verticem: sic ⁊ in sanctos martyres oīa pene genera tormentoz expendit. Qz vero (prestante dño) probati igne tribulationis: puriores auro mundo: repti sunt in tormētis: iusto dei iudicio: ꝓtectus est draco ille seuus in terram: precipitatus est ab alto hostis ille antiquus: vt non amplius ei locus inueniretur in celo: q: nequaq̄z post hoc inter electos accusaturus illos in pspectu dñi adesse potuit: sicut prius: qui non modo pellez pro pelle: sed ⁊ seipsos libentissime impenderunt. Quid enim ad examen fidei amplius agere potuerunt: q̄z vt Christum lucrifacerent: astas posuerunt? Quis igit accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat: qs est qui condemnet? Sed qualis est iustitia ista? Nunqd qualis erat iustitia legis: quam qui opabatur: viuebat in ea? Absit. Sed qualis esse pōt iustitia que de celo descendit: fides. Sque per charitatem opatur. Sunt autez pleriq̄z intra sanctam ecclesiam: qui idcirco dñm colunt ⁊ venerantur: q: se in oībus rebus suis psperari pspiciunt: quia in oībus que iocunda sunt eis: vite huius psperitas arridet. Et quidem pro preceptis tpalibus beneficijs gratias agere creatori: eo magis necesse est: quo nihil est deterius ingratitudine: tum apud homines: q̄z ⁊ apud deum: sed tū ab illa gratiaz actione: que fit pro spiritualibus donis: ⁊ regno dei: longius dispar est: quātum distat ortus ab occidente: ⁊ huiusce modi cultus dei: ad modicum vtilis iudicatur. Qui enim pro eo tm̄ deum colit ⁊ timet: q: sibi impartitur tpalia bona: profecto non veraciter: sed quasi fallaciter colit deum: q: si illa deficiunt: pro quibus colebat deum: supueniente accidia: immutatur deuotio: ⁊ ois illa gratiaz actio: velut de preciso fonte vnde manare ꝓsueuerat: absperat: quam non pro spiritualibus donis: sed pro carnalibus exhibebat: q̄s optime intelligens hostis antiquus: in eo: accusationis sue exordium fundauit: dicens. Nunqd frustra Job timet deum? Nōne valla- Job.
sti eum ac domum eius vniuersamq̄z substantiam eius per circuitum? Opibus manuz eius benedixisti: ⁊ possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam: ⁊ tange cuncta que possidet: nisi in faciem benedixerit tibi. Et sunt nōnulli qui in amissione rez tpalium: maxime filioz: ꝓra oipotentis sententiam (q̄s deus auertat a cordibus fideliuz) blasphemie quoq̄z spiritu impelluntur: sed metuēntes ne ꝓra se ꝓuocent iram dei: ꝓceptum in corde virus: in vocem effundere pertimescunt. Certumq̄z est iudicium vltionis incurrere: q idcirco ꝓcepta mala nō effun-

dunt:quia metuunt: ⁊ supplicij tantum/ modo arcentur minis: ⁊ non etiam: ve/ lutcunq; amoris dulcedine temperantur. Solent enim qui huiusmodi sunt: extoz/ quere aliquando a semetipsis: vt qui gra/ tias in prosperitate exhibebant: pro pena quoq; timore in rerum amissione repen/ dant. Sicq; fit: vt cum iam in oculis si/ perni spectatoris: per mentis rancorem iaceant: adhuc tamen in conspectu homi num stare per patientiam videantur. Hoc ergo secundo accusationis genere: iustitiam sancti Job obfuscare Dyabolus Job. mittebatur: quando dicebat. Pellem pro pelle: ⁊ cuncta que habet dabit homo pro anima sua. Sed queri potest: quid sibi occultus aduersarius volebat in ver/ bo isto: vt coram internorum mentium scrutatore: accusaret archana: quasi deus scire non posset: nisi Dyabolus detulisset. Sed hoc nostre facillime patet intelligen tie: si alicuius superbi animi tumorem vigilanter pensamus. Cum enim contem ptores iustitie durius volumus increpa/ re: vitam eis ex aduerso proponimus obe dientium fratrum: quatenus qui verbis: aut monitis exsuperari nequeunt: ex illo rum comparationibus convicti: erube/ scant: vt aut corrigant: si corrigibiles sunt: aut si incorrigibiles: obmutescant. Sed non sic semper accidit: non sic: quia vnde bonorum vita proficit: inde reproborum prauitas supra modum excrescit. Nam pro eo q; comparatione bonorum: illo/ rum prauitas superatur: ad illorum mor iniurias: verba detractoria fingunt ⁊ simi/ stris peruertunt obloquijs: quicquid illi pro iustitia patiuntur. Quid ergo sibi vult q; sancti viri iustitiam cõmendat deus co ram patre mẽdacij: nisi vt supbiam ipsius exprobrando confundat: qui relicta simplici tatis gratia totius se esse voluit prauitatis auctorem? Sed ijs qui modis omnibus veritatem deserendo ceciderat: ⁊ per hoc incorrigibilis vt Dyabolus erat: ad eius accusationem prosilijt: quem tanta au/ ctoritas commendabat: vt dum alterius prodit infamiam excuset suam: ⁊ dum nul lum esse iustum probare contendit a sin/ gulari nota perfidie semetipsum absoluat. Dum enim suam sibi confusionem im/ properari non patitur: non solum crea/ ture bonum (quod ex deo est) quantum ad se detrahendo destruit: verumetiam in hocipso conuitiari ex obliquo: con/ uincitur creatori: qui talem fm eius sen tentiam fecerit creaturam: que nunquam: ⁊ si velit: in veritatis semita stare possit: quasi impossibile sit deo dare creature iu/ stitiam: cui dedit essentiam: facere vt iu/ sta sit: cui potuit impendere vt creatura sit. Ait ergo Dyabolus. Pellem pro pel Job. le: ⁊ omnia que possidet dabit homo pro anima sua. Quod tale est: ac si diceretur. Non ideo patienter sustinet Job: quia deum timet filiali timore: nec quia pure amat opificem a blasphemijs tacet: sed ne blasphemum: durius punias sese a ma ledicto compescit. Alioquin mitte ma/ num tuam: ⁊ tange. os eius: ⁊ carnem: ⁊ videbis nisi in faciem benedixerit tibi. Si non ita est (inquit) vt ego dico: pre/ sto est in quo possit probari. Incipe eum affligere ⁊ torquere: ⁊ tunc apparebit in/ nocentia ipsius. Traditur ergo iustus im/ pio: timoratus iniquo: non vt fidem eius experiretur dominus: cui nuda sunt om nia ⁊ aperta: sed vt ipsi viri merita pro/ ficiant in flagellis: ⁊ Dyaboli menda/ cium: rerum. euidentia probaretur. Nem pe: quia dignus non est' Dyabolus in spiratione diuina: vt se sponte quasi hu/ millis confiteatur esse mendacem: aut quasi ad nudum verbi dei: qui semel est in duratus: a mendacio recedere possit: ad gloriam ptinuit veri dei suscitare militem ẽtra hostem: quatenus superatus in cam/ po: ipsa experientia veritatis: patrata tan/ te pugne victoria: deuictus abscederet ⁊ cõ fusus. Quid enim? Nunquid gloriabatur deus in creatura sua: q; esset innocens a se ipsa? Absit. Sed q; poterat illam facere in

nocentem: si stetisset in veritate: ostendo exhilitatem ⁊ inopiam suam: quod q; ipse qui est pater mendacij facere ptempsit: fa/ ctus est: qui nullum timeret: ⁊ conatus est hocipsum ascribere corrupte nature: ⁊ non potius arbitrio suo: quo nequaquam bene vsus: sed voluntarie abusus est. Proprie/ tas enim veritatis hec est: cognoscere non esse aliquod bonum: nisi a solo deo: ⁊ apud eum qui est summa veritas: non esse ali/ quam inigratem. Si hoc cognoscis: ⁊ con fiteris: prope es vt accipias donum: quod habere a temetipso non potes. Sed neq; istud bonum habere potes nisi a deo Un/ de ergo iudicium? Quia habuit ⁊ pdidit istud: ⁊ angelus ⁊ homo: subiendo, vtiq;. Sed ille irrecuperabiliter: iste ad tempus. Quod cum ita sit: quid mirum o apostata spiritus: si charitatis spiritum non accepi sti: qui vt hunc possis accipere: in verita/ te non stetisti? Vere (vt saluator ait.) Ille homicida erat ab initio: quia qui odit: ho Joãnis micida est. Fuit (inquit) homicida: ⁊ in veritate non stetit: quia infectus liuore odij: noluit agnoscere reatum suum: ⁊ im/ putare sibijpsi: q; malus esse cepit: sed co/ gitando contraria veritati: factus est Dya bolus ⁊ Sathanas. Ex deo igitur est om ne bonum: ex deo dilectionis gratia: ⁊ iu/ stitie munus: sed ne hoc accipiant repro/ bi: arbitrij renuunt prauitate. Quod bo/ num: quia electi dei nequaquam a semet ipsis: sed a bonorum omnium largitore se se accepisse cognoscunt: frustra Dyabolus accusare nititur: quos iustificat deus: q; charitas dei: etiam gehennam exsuperat: si hanc ad tempus ingredi lucuisset. Om nia enim vincit: omnia sustinet. Unde enim ostenderet apostolus charitatez cau sam esse victorie: dicens. Quis accusabit aduersus electos dei? statim sequutus est dicens. Quis igitur nos separabit a cha/ ritate Christi? Tribulatio: an angustia: an persequutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius. Et vt hocipsum auctoritate malorum tenacius imprime/ ret cordi nostro: adiecit ⁊ ait. Sicut scri/ ptum est. Propter te mortificamur to/ ta die: extimuti sumus sicut oues occi/ sionis. Ecce quomodo sibi conueniunt testes veritatis. Quod dicit Apostolus. Quis accusabit aduersus electos dei: ⁊ propter te mortificamur tota die. Hoc se Joannes audiuisse manifestat: cum dicit.

T.. 6

¶ Et audiui vocem magnam in cælo, dicentem. Nunc facta est salus: & virtus: & regnum deo nostro: & potestas Christi eius: quia proiectus est accusa/ tor fratrum nostrorum qui accu sabat illos in conspectu dei no/ stri die ac nocte: & ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni: & ppter verbum testimonii sui: & non dilexerunt animas suas usq; ad mortem. Propterea læ/ tamini cæli: & qui habitatis in eis.

¶ Si huic tam magno prelio: quod sa/ crum est in ecclesia dei: in diebus Con/ Gen.fio stantini imperatoris impositus est termi/ nus a iusto deo: ad tempus profecto ipsuz referenda est vox ista exultationis sancto/ rum: q; ⁊ ipsi qui vicerunt: coronati sunt gloria: ⁊ honore: ⁊ hi qui remanserunt sancti: animati de ruina ipsius: fortius aduersus eum dimicare ceperunt. Pro/ ro: Sanctus Joannes: vocem magnam audiuit in celo: quia viri contemplato/ res: ⁊ qui poterant intelligere: quãti timo ris sit pugnare cum auctore malorum: in/ tellexerunt magnum iustorum gaudium factum esse in ecclesia dei: de victoria san ctorum ẽt Martyrum: ⁊ ruina Sathane confitentium Domino: ac dicentium.

Nunc facta est salus ⁊ virtus deo nostro: ⁊ potestas Christi eius: qꝝ proiectus est accusator fratrum nostrorꝫ. qui accusabat illos in conspectu dei die ac nocte. Quid est die ac nocte? Sine intermissione. Quid est die ac nocte? In prosperis ⁊ aduersis. Quasi autem a tpe Constantini facta dicitur esse salus ⁊ virtus dei nostri: ⁊ potestas Christi eius: cum: vꝫ: proiectus est accusator electorum dei: qꝝ extunc ordinata cepit esse ecclesia ad salutem ⁊ virtutem multorum: ⁊ vicarius Christi Jesu cepit habere liberam potestatem ad faciendem vindictam in nationibus: ⁊ increpationes in populis. Qua ex re letati sunt celi: ⁊ qui habitant in eis: qꝝ data pace agminibus sanctorum: veluti in quodam sabbato ab atrocissima illa tentatione Dyaboli: qua querebat sibi etiam in sanctis viris vendicare hostiliter ius antiquum: ⁊ ipsa agmina sanctorꝫ martyrum letata sunt de triumpho: ⁊ qui parati erant seq illos in morte: gratulati de pace. Letamini (ait) celi: ⁊ qui habitatis in eis. Letamini cohortes sanctorꝫ martyrum: ⁊ qui cupitis per martyrij palmaꝫ ad illorꝫ ꝓsortia puenire. Quasi enim celi facti sunt qui vicerunt hostem: ⁊ quasi habitatores celorꝫ: qui cogitantes illorꝫ triumphales victorias: fieri quasi vnus eorum in agone qꝫ ardentissime affectabant esse possibile ꝓfidebant. Igitur accusatio Dyaboli que prius deuicta est in patientia Job: de signabat eam que supata est in victoria martyrum: qñ non solum tpalia bona: verumetiam pro fide catholica sponte ⁊ alias posuerunt. Unde ⁊ proiectus est de celo hostis ille antiquus: ne amplius permitteretur astare inter filios dei: quasi ius ꝓprium quesiturus in eis. sicut prius facere ꝓsueuerat: qui etiam vt tentaret: si aliqd de suo iure haberet in eum ipsꝫ celi deuꝫ insilire presumpsit. Et proiectus est (inqt) in terram (hoc est) in eos qui terrena sapiunt: ⁊ terrena ꝓcupiscunt: de qbus non potest dici: quin multa habeat Dyabolus in eis: sicut ⁊ in populo infideli: designato in mari. Ad iustum enim dei ptinet iudicium: vt ereptis a faucibus eius his qui recti sunt corde in omnibus aliis pmittatur exigere iura sua. Unde ⁊ hic subditur.

Gen.149

T.8. Veh terræ & mari: quia descendit Dyabolus ad vos habẽs iram magnam: sciens qꝫ modicũ tempus habet.

Quia deuictus a martyribus: passus est ab eis inexptam ruinam ꝓfecto cognouit: qꝫ modicum esset tempus: ⁊ quasi momentaneum regni sui. Unde ⁊ immanius agere cepit in suos: debellatus a sanctis: querens in eis: qui sibi obtemperarẽt: quasi dupplicia talenta facinorꝫ: quatenus in eis recuperaret: qđ se dolebat perdidisse in sanctis: faciens eos duplo qꝫ erant prius filios gehẽne. Uerumtamen qꝫ humilitas quiescentis ecclesie: terre vicinior visa est: aduersus eam tertium prelium attentare presumpsit.

Explicit distinctio secunda. Incipit distinctio tertia.

T.9. Et postquam vidit draco, qꝫ proiectus esset in terram: psequutus est mulierem, quæ peperit masculum.

Postqꝫ vidit Dyabolus qꝫ locum accusandi sanctos martyres: ⁊ infamãdi fidem illorum: in prelio deuictus amisit: ad violandam simplicitatem fidei: quam tenebat ecclesia: noua adhuc genera prepauit armorꝫ. Et qui prius sanctorꝫ sanguinem sitiebat: vbi se per effusionem sanguinis ꝓstratum vidit: alio psequutionis genere: ꝓstrare se posse fideles tanqꝫ minus peritos ⁊ indoctos sciẽtia: ꝓfitus est. Sub Constantini namqꝫ tpe triumphante ecclesia: blasphema morꝫ arrianorꝫ heresis ex aduerso surrexit: ⁊ qui fide se deuictus hostis callidus

stis callidus voluit: ad soluendam solidi tatem fidei: belli vota quertit. Sed quid agis o impie? quid inuentor doli componis? Mouit dominus a faucibus tuis eripere humiles per doctrinam spiritualez: qui potuit fortes in fide: inuictos facere in tormentis. Nam sequitur.

T.10 Et datæ sũt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ vt volaret in desertum: in locum suum: vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie Serpentis.

Sive hic alis aqle: sive in psalmis: pennis columbe: contemplationis gratia designatur. In huius sane ecclesie psona draconis faciem fugientis: psalmista longe ante predixerat. Quis mihi dabit pennas sicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requiescaz? Ecce (inquit) elongaui fugiens: ⁊ mansi in solitudine: expectans eum qui saluum me facit a pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate. Due sunt autem ale iste que date sunt mulieri: qbus possit ⁊ ipsa eleuari in altum: ⁊ fugere a ꝓspectu draconis: qꝫ due sunt precipue super oẽs alias necessarie virtutes: scire cupientibus veritatem. Sapientia. s. que desursum est: ⁊ charitas dei. Illa. i. sapientia: ꝓprietate quadam mysterij ascribitur Christo: quem nominat apostolus dei virtutem: ⁊ dei sapiẽtiam. Alia. i. charitas spiritui sancto: de quo dicit apostolus. Deus charitas est. Absqꝫ his duabus virtutibus nulla pot esse ꝓtemplationis pfectio: nimirum: qꝫ vt splendor solis ⁊ calor ad bene operanduꝫ: faciunt liberꝫ terre cultorem: ita duo ista dona ꝓtemplatori necessaria sunt. Nec igitur ꝓtemplationis ale: date sunt ecclesie Christi: quatenus volaret altius: cõtemplando celestia: ⁊ fugiẽdo a curis mundi: vitaret dyabolicas suggestiones. Oꝫ vero in desertum siue in solitudinez fugit: quãuis in deserto manere: a mundanis sit operibus requiescere: iuxta illud psalmiste

Psalm.

dicentis. Uacate ⁊ videte: qm̃ suauis est dñs: in veritate tñ plures tunc tpis eligerunt heremiticam vitam: melius decernẽtes: cum bestijs manere in silua qꝫ cuz arrianis participare in foro. Utiqꝫ ⁊ Helyas regum tpibus: cum cerneret israeliticam plebem deditam errori per tps ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis: ab illorꝫ se aspectibus absentauit: accipiens a corui primo: deinde a muliere vidue cibum carnis: vt qꝫ ipsi virginee: atqꝫ heremitice vite prefiguratorꝫ erat: tam in annorꝫ numero qꝫ in fuga: taz in mora solitudinis qꝫ i cibo: ipsius: ⁊ mulieris huius idem esse mysterium (mediãte pcordia) sentiremus. Et bene mẽsibus quadraginta duobus manere: seu mulier: seu Helyas: in solitudine dictus est: qꝫ in eisdem mẽsibus designatum est oẽ tps doctoris: in quo ⁊ vniuersa mysteria: ꝓsumationem accipient. Fugere vero: est a secularium societate virorꝫ: tum spiritu: tum ⁊ corpore: oi festinatione primi. Sed quo fugit? In locum (inqt) suum. Hoc ipsum iam supius alijs verbis intimauerat dicẽs: Et mulier fugit in solitudinem: vbi hz locum paratum a deo: vt ibi pascat illam diebus mille ducentis sexaginta. Quis igitur locus iste creditur esse? Et si simpliciter labula illa: in qbus singulariter: vel etiam cõiter perpauci morabantur: in siluis: intelligenda sint: fuere tñ qꝫ plures qui ⁊ infra vbium claustra: mulieres precipue cõmorate sunt: que ⁊ ibi vitam castam ⁊ ꝓtemplatiuam seruauerunt: ⁊ fidei integritatez inuiolabiliter tenuerunt. Locus ergo iste in quo mulier requiescit: spiritualis est: ⁊ ꝓtemplatiua religio: que ⁊ mentes seruat sobrias a facie Colubri: ⁊ deuotas Christo alas: spiritualibus reficit alimentis. Nempe serpentis faciem videre: est prauam reproborum doctrinam cordetenus intueri. Facie enim sua vnusqsqꝫ dignoscitur. Serpens vero in absconditis latitat: quatenus ex improuiso feriat: qui per semitam incautus incedit. Sed ⁊ Dyabolus in cordibus reprobꝫ latens: tunc faciem detegit suaz:

Helyas

cum occultatum diu errorez in publicum protrahit ⁊ ostendit. Hanc itaq; serpentis faciem cautius electi videre metuunt: ne quãdo decepti in eius specie: ad imitationem trahãtur. Quasi vo in desertũ fugiũt: dum se in secreto cordis: in scripture sacre abditis vigilanter abscondunt. Est enim scriptura sacra quasi facies Christi: in qua se (celestia ꝓtemplando) ꝓuidenter abscõdunt: gcunq; faciem serpentis intueri formidant. Unde quoq; ⁊ in psalmis de talibus scriptum est. Abscõdes eos in abscondito faciei tue a ꝓturbatione hoium ꝓteges eos in abscõdito tabernaculi tui a contradictione linguaꝝ. Que enim detestabilio: linguaꝝ ꝓtradictio: doctrina hereticorum? Sed abscõduntur electi in abscondito faciei dñi: qz dum diuinam speciem intẽta cordis speculatione aduertunt: qd foris agatur: ac si nõ ageretur: ignorant. Quasi enim ꝓteguntur in tabernaculo dñi: a cõtradictione linguaꝝ: qz dum sacris lectionibus vigiläter intendunt: seuiẽtium hereticoꝝ ſrepitus: ac ſi spinaꝝ ardentium ſtridore ꝓtenunt. Et qz tãto ſeui draconis amplius inflãmatur: q̃sto sibi hincinde illatam ꝓtumeliam dolet: fugiẽtem in solitudinem mulierem arriana psequitur prauitate: vt que volẽs reuerti renuit: facta violentia raperetur ad culpam. Nam sequit.

Z.11 ¶ Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi a flumine.

¶ Non ois aqua fluminis est: ſz aqua fluminis violẽta. Sic cum plura sint hoium genera: non tñ oẽs hereticivim facere potuerunt: Arrianoꝝ vero pfidia: quanta catholicos violentia psequta sit: multiplex sanctoꝝ patrum ꝓtestatur auctoritas. Sz hanc precipue eccleſiastice libꝝ hystorie seriatim ꝓsequitur: que quanto tempestatis impetu sanctaꝫ vniuersalem ecclesiam cõpulerit ad errorez: non breui põt: aut simplici enarrari sermone. Sequitur.

Z.12 ¶ Sed adiuuit (ait) terra mulierem: & aperuit terra os suum: & absorbuit flumẽ quod misit draco ex ore suo.

¶ Si per celum qđ supra est: sanctoꝝ designatur ecclesia: non incõgrue per terram: quentio intelligitur hoium peccatoꝝ. Accidit autem plerumq; illud qđ in libro sapientie ꝓtinetur. Justus de angustia liberatus est: ⁊ tradetur impius pro eo. Manifestum est enim ⁊ luce clarius manifestuz: q ꝓpterea plurimi errorez melius cauentur a bonis (qz in eis ꝓlapsi reprobi) istos attonitos reddiderunt. Sed ⁊ plerũq; culpam aliorum statim: ⁊ ad horam cognoscimus: ⁊ agnoscentes vitamus: que nequaquam a nobis caueri posset: si nequaquam prius hãc ipsam: dijudicando in alijs cauparemus: qz ⁊ sepe in alterius lapsu: aliusimore ꝓcutitur: ⁊ qđ arguit in altero: ipse deuitare festinat.

¶ Explicit distinctio tertia. Incipit distinctio quarta.

Z.13 ¶ Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere bellum cum reliquis de semine eius: qui custodiunt mandata dei: & habent testimonium Iesu Christi.

Nota q̃ ait. Abijt facere bellum cum reliquis de semine eius. Semen mulieris illud est: qđ raptuz est ad deum ⁊ ad thronum eius: xps. s. cuz martyribus suis. Ipse enim (vt iam supra cõmemorauí) dicit in angelo laodicie. Qui vicerit dabo illi sedere mecuz in throno meo: sicut ⁊ ego vici: ⁊ sedi cum patre meo in throno eius. Quo ergo nũc dr q̃ abijt draco facere bellum cum reliquis de semine mulieris: nisi qz semen mulieris geminuz est (vt dixi) ⁊ altez quidem precessit ad gloriam (hoc est) excitatus martyrum: cuius caput est

Dido Bonaventura Pars meridiana.

Christus: altez remansit in terra: designatum in Joanne euangelista ordo. s. monachoꝝ quarti tpis: meridianam maxime. s. partem: vbi calor est maximus incolẽtiuz? Ipsi sunt illi viri sancti: quoꝝ summa colligit̃ in subscriptis (dicẽte Joãne) Vidi supra mõtem Syon agnum stãtem: ⁊ cuz eo cẽtum quadraginta quatuor millia: habẽtes nomen eius ⁊ nomen patris eius scriptum in frõtibus suis. Primum itaq; bellum: fuit eius quem genuit mulier. Secõm Michaelis ⁊ angeloꝝ eius. Tertium mulieris. Quartũ eoꝝ qui sunt de semine mulieris. Primum Xpi ⁊ apostoloꝝ. Secõm martyꝝ. Tertium ecclesie ꝓfessoꝝ. Quartum eoꝝ qbus datum est vacare orationibus ⁊ psalmis. Sẽtis ne prudẽs lector: q̃z te subtilitatis sit liber iste: in quo nihil põt assignari: sine gñalibus speciale? Sz de his supius satis dictũ. Sane draco rursus pgẽs ad faciẽduz prelium cũ his q sunt de semine mulieris. Quid fecerit audiamus. Seqt.

Cap.13 Z.1. Et venit et stetit sup arenã maris.

¶ Et vidi de mari bestiam ascẽdentem: habẽtem capita septem & cornua decem: & super cornua eius: decem diademata.

¶ Arena maris terra sterilis est: que modoqs maris infundit: modo solis ardore calescit. Significat illos hoies qui medij sunt inter vtrũq;: ⁊ nec oino infideles esse videnť: nec pietati christiane tota fidei puritate adherẽt. Sup istos ergo stetit dyabolus: ⁊ bestiaz de mari ascẽdentem vidit: q̃ per hoc q̃ falsi christiani qui recesserũt a sinu matris ecclesie: assentiẽtes dyabolo ⁊ pompis eius: exempla prauitatis sue: quibus matri ecclesie infecti sunt: infidelibus ostẽdunt ad psequẽdam christianoꝝ ecclesiam: infideles fortius accẽduntur. Vidit autez hoc Dyabolus: qz prauitatis sue astutia simulatus presensit. Ut enim pauca de multis accipiamus exẽpla. Dix vnq̃ possent Judei inuenire oportunitatem capiẽdi Xpm: nisi hũc in quo intrauit Sathanas neq; discipulus: tradidisset. Dix vnq̃ Nero impator inquietaret apostolos: nisi hũc aduersus illos: Symon ille phidus: compulisset. Dix vnq̃ Cõstatinus arrianus: accipet arma ꝓtra pios: nisi hũc impij epi (vt hoc presumeret) ꝓuocassent. Stat ergo Dyabolus sup arenam maris: ⁊ videt de mari bestiam ascẽdẽtem: q̃ dum ijsdem in reprobis christianis regnare cernit: dubium non est illi: quin sibi de ꝓprio regno suo: ad serẽdum sibi auxilium ꝓtra Xpm: multitudo ꝓsentiat infideliuz. Notãdum vero: q̃ significatum huius bestie: Daniel ꝓpheta in quatuor bestijs diuisum vidit. Et lz de eis in hoc ope mentionem fecerimus: qz tñ id causa exigit: necesse est vt de eis in hoc loco loquamur. Quatuor (inquit) venti celi pugnabãt in mari magno: ⁊ ecce quatuor bestie grãdes ascendebant de mari: diuerse inter se. Celi noie significari ecclesiam: vel scripturam diuinam sepe dictum est in hoc libro. Mare quoq; magnum: designare hoc seculũ nulli dubium esse põt. Quatuor venti celi: quatuor sunt intelligẽtie speciales: fm qđ ⁊ quatuor euãgelia. Nam prima di typica: scda hystorica: tertia moralis: quarta ꝓtemplatiua. Nam prima pastoribus specialr ꝓgruit: scda diaconibus: tertia doctoribus: q̃rta v̊ginibus ⁊ heremitis. Quare? Qz prima docet ecclesiastica opa: olim in rebus scriptis ⁊ patrũ opibus designata: ac per hoc phĩt pastores ecclesie: veram esse ⁊ fidelem ꝓfessionem fidei christiane. Scda: quos fideles recipit: quasi parnulos in Xpo: ꝓpositis exemplis vetez: lacte nutrit. Tertia pfectuz discipulus ⁊ ad altiora iam tendẽtem: regrit. Hec enim mores instruit: componit actus: ostẽdit deceptiones vitioꝝ: que se nõnunq̃ simulãt esse vtutes: ⁊ q̃r vtutes supenť a vitijs. Accipit aũt in his oibus rez olim gestaꝝ ꝓgruẽtes figuras: vt p ea que facta sũt in carne: intelligať qđ quottidie ꝓgnit in spũ: ⁊ tãto magis studeamus: calcatis vitijs vigiläter vtutibus isudare: q̃sto nõ eẽ vanũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligimus: qz pro sola horuz salute: spiritus oipotētis dei ordinare curauit. Quarta intelligentia que vocatur ꝓemplativa: assumens sibi pēnas quasi aquile in figura terrenaꝝ rerum: de celestibus agit. Hec q̄z maxime intelligentia docet nos terrena despicere: et amare celestia: premnere tpalia: et affectare eterna. Hi sunt illi quatuor spirituales intellectus: qui velut quatuor flumina paradisi: rigant corda hoium habentium fidem dei: qz tñ ꝓtraric potestates latrant in hoc mundo: ac si gdam venti celi in ages fluctuantibus pugnare nosc̄untur. Quatuor ergo venti celi pugnant in mari magno: qz quatuor speciales intellectus: quibus vt terrena hoies despiciant: impugnatur hic mundus. De qbus intellectibus simul: et de quatuor aialibus scriptum est in Ezechiele ꝓpheta. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur: nec reuertebātur cum ambularent. Sed q̄uo isti quatuor vēti celi pugnauerunt in mari magno? Sed q̄uo non pugnauerunt: qui totum orbem ꝓturbauerunt? Turbatur enim mare cum celi ꝓducunt ventos. Turbat et mundus cum sancti predicant verba dei: qz ꝓtraria sunt opibus et votis eoꝝ. Et bene quatuor sunt euangeliste qui euangelia scripserunt: qz quatuor: sunt (vt iam dixi) ordines predicantium qui illis quatuor intelligētijs inituntur: apostoloꝝ: martyꝝ: confessoꝝ: et virginum. Sed forte virgines et heremite non predicant verbum dei: qz (vt aiunt q dam) mortui sunt mundo. Predicant inquam et ipsi: et bene predicant: qz q̄uo vocibus clamant: moribus ostendunt. Ut autem cetera taceamus: predicant: et si non alijs: saltem sibi: et discipulis suis quoꝝ legiones sacre q̄ualentes in monasteriis: mūdi latitudinem repleuerunt. Nunc igitur quatuor ordines in quatuor aialibus designati sunt: ex quoꝝ ortu: velut e celorum archanis quatuor quasi spiritus ventoꝝ prodierunt: qui ad congregandas turmas piscium: in mari huius seculi pugnauerunt. Sed factum est eisdem certantibus: vt nō solum pisces plurimi caperentur: et extraherent ex equore: verumetiam bestie grandes ex eo ꝓcederent: que piscium multitudinem: de his quos sancti cepant: deuorarent. Prima ergo bestia: est synagoga Judeoꝝ: scda: paganoꝝ: tertia: arrianoꝝ: quarta: agarenoꝝ. Spirantibus sane apostolis: quoꝝ ordo assimilatur leoni: precessit ptra illos: leena de populo iudeoꝝ. Spirantibus euangelistis: qui altero nōie dyaconi dicti sunt: quinimmo illis veris dyaconibus: sanctis. s. martyribus: qui fuerunt obedientes vsq; ad mortem: processit ptra illos: vrsus de populo paganoꝝ. Spirantibus doctoribus: qui et ꝓfessores dicti sunt: ꝓcessit ptra illos pardus: de secta arrianoꝝ. Spirantibus heremitis ꝓcessit ptra illos bestia quarta dissimilis ceteris: de gēte effera: sarracenoꝝ. Qd̄ ergo ait Daniel. Bestia prima similis erat leene: Joānes designauit in vna illa bestia quā vidit q̄ ait. Et os eius: sicut os leonis. Et qd̄ ait Daniel. Bestia scda similis vrso: Joannes demonstrauit in eo qd̄ ait. Et pedes eius: sicut pedes vrsi. Et qd̄ infert Daniel. Bestia tertia similis pardo: Joānes intimauit in eo qd̄ ait. Et bestia quā vidi: similis erat pardo. Et qd̄ dicit Daniel. Ecce bestia q̄rta terribilis atq; mirabilis et fortis nimis. Et paulopost adiecit. Et habebat cornua decem et cetera. Joannes in decem cornibus: et in capite qd̄ vidit: quasi occisuz. Et paulopost. Excitatum a mortuis: comperiter assignat. Postremo vna ipsa bestia quaz vidit Joānes: septem simul capita habere describitur: qz quatuor ipse bestie quas scribit Daniel: septem simul capita habere nō scunt: in hoc. s. qd̄ tertia bestia quatuor capita habere narrat. Sed melius ista intelligimus: si ea que summatim tetigimus: exponendo quoq; iterare non piget. Mare siue abyssus: presentem mundum: et cum terre respectu describitur: populum significare infidelem. De quo nimiꝝ mundo: seu populo infideli: diuerse hominuz secte egresse sunt in tpibus suis: que bestiali feri-

Benefis

Ezechi.

Dañ.

Prima synagoga.

ritate persequuntur ecclesiam. Hanc prima que similis e leene fuit synagoga iudeoꝝ: cuius due ale qbus ferebat in altum: haud dubium: qz tumore superbie designat duas sectas ipsius populi qbus pro partibus inniteb̄at: Saduceoꝝ vna: altera Phariseorum. Hec autez ale citius anulse sunt a leena: qz tradita eadez bestia exercitui Romanoꝝ: mox ipse due secte: et sique erāt alie: perierunt. Unde et bene subdit. Et stetit in terra sicut hō: qz que prius (quasi nō esset et ipsa de massa peccatrice progenita) dete stabat gētiles: tradita tādem potestati Romanoꝝ: eiusdez se esse nature: et miserie cuius erāt et ceteri hoies: castigata tam attrociter: et si nōdum ad fidem dei reuocata cognouit. Qd̄ autem segtur. Et cor eius datum est ei: nō est ꝓsumatum: vsq; in presentem diem: qz nō est ei datuz vsq; adhuc cognoscere eum qui passus est ꝓ sua et totius mundi salute: nisi forte dictuz sit ꝓnice. Cor eius: quasi cor duz: qz semp fuerūt dure cervicis: et indomabiles corde: et si nō eo modo quo ex illo tpe vsq; ad presentez diem. Scda vero bestia similis vrso: immanissimam paganoꝝ multitudinem: prēdebat. Nec immerito dictum est ei. Surge: comede carnes plurimas: cuz infinita sanctoꝝ multitudo pempta sit a paganis: ſm q̄ psalmista longe ante predixerat: dicens. Deus venerūt gētes in hereditatez tuam: polluerūt templum sanctum tuum: posuerūt Hierusalem in pomoꝝ custodiaz. Posuerūt morticina seruoꝝ tuoꝝ escas volatilibus celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre. Effuderūt sanguinē ipsoꝝ tanq̄z aquaz in circuitu Hierusalem: et nō erat qui sepeliret. Et paulopost. Effunde iram tuam in gētes que te nō nouerunt: et in regna que nomen tuum nō inuocauerunt: Qz comederunt Jacob et locum eius desolauerunt. Sic ergo dictum est huic bestie. Surge comede carnes plurimas: quō ꝓ psalmistam di. Qz comederūt Jacob et locum eius desolauerunt. Tres ordines dētium quos habebat in ore: tyrānos et sacerdotes templorum: et cultores ydoloꝝ designare puto: qui audacius in sanctoꝝ necem pre ceteris infidelibus seuiebant. Tertia bestia similis pardo: Arrianoꝝ multitudinem designabat. Que. s. bestia idcirco q̄uor capita habuisse describit: qz quatuor tunc tpis gentes in vnam heresim conuenerunt: Greci. s. a qbus et inchoata est: Gothi: Uuandali: et Longobardi. Quatuor inq̄z capita: tertia bestia habuisse describit: qz quatuor supra scripte gētes ad psequēdam ecclesiam: sub tertij eius tpis conuenerunt: nō qdem cororibus: sed maledictione ꝓiuncte. Et recte eadem bestia similis pardo esse dī: que albo nigroq; colore sparsa est: qz qdam Arrianoꝝ pagani fuerūt: et ex paganis: effecti sunt arriani: quidam christiani: sed pfidi: simul autez oēs (ad catholicos psequēdos) vnanimes. Quatuor vero alas sicut auis habebat: qz aliter in ipsa heresi: arrianos: aliter macedonianos: aliter eunomianos: de Christo et spiritu sancto: hystoria ecclesiastica sensisse phibetur: sed aliter euitricia nos: qui et ipsi sub eodem tpe arrianoꝝ: blasphemauerunt de Christo: et sup dolorem vulneꝝ ecclesie addiderunt: ita vt pp hoc Martinus papa (iubēte impio Cōstantino) in exilio moreret. Quatuor itaq; modis errauerūt in filium et spirituz sanctuz Sed tñ sub nōie Arrij plerūq; intellgunt ceteri: qz ipse primus inter q̄tuor os suū in celum ponere ausus est: vt naturam ineffabilem: ꝓ suo arbitrio mētiret: vt ruz ipse et sequaces eius: a via veritatis: que xp̄s est: errare semel incipent: ꝓ diuersa heresuz precipitia: multiplicatis erroribus ducerentur. Sic ergo tertia bestia in quatuor capitibus: et in alis totidem diuisa: catholicam laniauit ecclesiam: quousq; succederet bestia quarta: que ceteras tres bestias: bestiali seuitia superaret. Et bestia (ingt) quarta: terribilis atq; mirabilis: et fortis nimis: dētes ferreos habebat magnos: comedens atq; cōminuens: et reliq̄ pedibus suis conculcās. Dissimilis autem erat ceteris bestijs: q̄s videraz antea: et habebat cornua decez:

Secunda Bestia. Dañ.

Psal.

Psal.

Tertia Bestia

Dañ. Quarta Bestia.

Dani. Et infra. Accessi ad vnuz de assistẽtibus z veritatez ꝙrebam ab eo de oibus his. Qui dixit mihi. Hec bestie magne. Quatuor regna ꝓsurgẽt de terra. Suscipiẽt aũt regnũ sancti dei altissimi: z obtinebũt regnũ vsqz in seculum z in seculum seculoꝝ. Si hystorias ecclesiasticas diligẽter notamus: cum iaz moderata esset psequutio Arrianoꝝ: z etiam in quibusdam deleta: inchoante Cosdroe rege Persarum: qui in psequutione ociẽtali precessit: Mahometh z successores eius: psequutio ipsius secte: sequuta est taz immanis: vt re vera: nõ hoiũ: sed bestie cuiusdam terribilis esse putarek: presertim cum ipsius error: nõ aliqua rõne humana videak esse munitus: sz solo detestãdi furore mẽdacij: z tyrãnica armoꝝ potestate defensus. Quam vo inualuerit in breui z qz cito pfecerit in malitia sua: haud dubium q; pp peccata. Testak desolatio ecclesiaꝝ: Syrie: z Phenicis: Palestine pariter z Egypti: necnõ z Affrice: ex Mauritanie: z insulaꝝ maris: in quibus abolito Christi nomine: ipsius Mahometh detestanda traditio: qsi magni ꝓphete dñi: z preconis altissimi predicak. Deu si tãta mala faciet Antichristus: qz ista iste fecit in mẽdacio suo. Ut enim Moyses legis lator: longo ante tpe precessit Christum: ita z ille lator mẽdacij parauit itinera Antichristi. Ut ne cui immanitas huius bestie videatur esse similis aliaꝝ bestiaꝝ. Judei qdem pugnauerũt cõtra fidem Christi: sed tñ eis renitẽtibus z inuitis: edificate sunt ecclesie Hierosolymis: z nõ post multos dies absorti sunt a Romanis: ita vt extũc: quo ad eos: finem accipet: z psequutio ecclesiaꝝ z regnum. Pagani pugnauerunt ꝓtra Christum: sed quottidie vincebank a militibus eius: ita vt in diebus Siluestri Pape: pene redderẽt arma: z eidem Christi vicario: sceptra impij assignarẽt. Gothi: z Uuãdali: z Lõgobardi: z alij Arriani heretici: partim deleti sunt ab exercitu Romanoꝝ: partiz ad catholicam fidem ꝓuerti. Hec vo quarta bestia indomabilis fuit: vt lz apparuerit ad tpos humiliata z quasi mortua: qz itez magnificata fit: z ad deuorandum parata: plus timere est qz exprimere. Hec igit est illa bestia quam sanctus Daniel noiat terribilez nimis. Joanes vero: tam ipsam: qz tres alias comprehẽdit sub vna habẽte septem capita: z in vno eoꝝ cornua decem. Sed de hoc in sequẽtibus. Nũc de prelio videmus. Diximus supius quartum tpos pinere ad virgines z heremitas (hoc est) ad illos viros sanctos: quos dicit Sanctus Joanes esse de semine mulieris: z q; deuictus tribus plijs draco rufus: abierit amarus in indignatione sua: facere preliuz cuz eisdez viris sanctis: qui sunt de semine mulieris: qui custodiunt (inqt) mãdata dei: z habent testimonium Jesu. Deinde occasione vnius bestie: quam vidit draco ascendẽtem de mari: adducte sunt in medium quatuor ille bestie: quas viderat antea Daniel ꝓpheta: z assignata sunt quatuor prelia bestiaꝝ: immo z draconis: qui pugnat z pugnauit in ipsis: quoꝝ quartum est hoc prelium: qd designatum est in prescriptis verbis Joannis dicentis. Iratus draco in mulierem: abijt facere prelium cum reliqs qui sunt de semine mulieris: qui custodiũt mãdata dei: z habẽt testimoniũ Jesu. Od tale est ac si diceret. Sciẽs draco rufus z inuidus: q; nõ solũ illi sancti coronãdi sunt: honore z gloria: qui seipsos causa dei: torotribus exposuerunt: aut saltem capti ab infidelibus pstiterunt in fide: verũetiam illi qui vitam solitariam ducerẽt: castitatis victoria: sublimandi: non rectis oculis aiaduertere potuit: q; nouum genus martyꝝ: heremus: mittebat ad regnum: sed aliqñ Judeos ꝓtra apl'os. Paganos ꝓtra martyres: Arrianos cõtra catholicos direxit in bellum: nouissime ꝓtra heremitas Agarenoꝝ secta imaniorez ceteris delegauit: que idcirco bestia qrta dcã est a Daniele: q; qrto (vt iã diximus) ecclesie tpe: preeũtibus tribus alijs: ꝓtra quartuz ordinem bellatura surrexit. Post hec (inquit) aspiciebam in visione noctis: z ecce bestia quarta terri-

Dañ.

Silue/ster.

bilis atq; mirabilis z fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos: comedens atq; cõminuens: z reliqua pedibus suis pculcans. Et cum ei dicerek ab angelo. Hec bestie magne: quatuor regna ꝓsurgent de terra: qbusdã interpositis: adiecit z ait. Post hec volui diligenter discere de bestia qrta que erat dissilis valde ab oibus: z terribilis nimis. Dentes ferreos habebat magnos comedẽs atq; cõminuẽs: z reliq pedibus pculcãs. Ex verbis istis manifeste colligit nullas fuisse ferocitates aliaꝝ que se precesserant bestiaꝝ comparatione istius: que qrto loco successit. Ideoq; sanctus Joanes: z si totam psequutionem ecclesie: que a primo psequutore Herode inchoasse cognoscit in vna magna bestia habẽte septem capita z membra corporis dissimilia comprehẽdit: in qrta tñ libri parte: z in qrto capitulo qrte partis: de ea loq exorsus est: tum q; per hãc Diabolus meridianam incolẽtes heremuz viros solitarios impugnauit: tum q; per hãc bestiam talia facturus est: z expte iam fecit: qlia nõ est pmissus in tpibus alijs: nec etiaz cum sanctos martyres laniare ictibus sineret. Qd vero ait. Sup cornua eius: decem diademata: in sexta huius libri parte: angelus exposuit dicẽs: decem cornua bestie: intelligẽdos esse decem reges futuros (hoc est) in illa extremitate tpis erumnosi: cum regnum bestie finiet. Dis de quatuor bestijs quas vidit Daniel breuiter prelibatis: ad expositionis ordinẽ redeundum est. Sequitur.

T.2. ¶ Et super capita eius nomina blasphemiæ.

¶ Dẽ nomen qd contrarium est noi christiano: nomen blasphemie dici põt. Quicqd enim fit: aut dr ad iniuriam creatoris: blasphemia est: q; p ipsum blasphemak nomen sanctum dñi: dum non esse credik ijs qui est. Unde z latro ille blasphemasse phibek: q; dixit Christo pendẽti in cruce. Si filius dei es: salua temetipsum z nos. Uel certe: q; vt nomen sibi saciãt filij Diabo/li: trahunt sectas hoium p ditoꝝ post se: id circo nomine blasphemie super capita sua bestia habere describitur. Dicũtur autem noia ipsa: noia blasphemie: q; cum sibi superbi nomen faciũt: nomẽ regis humilis blasphematur: nimiꝝ: q; pro nihilo habetur humilis: vbi regnat superbus. Sequitur.

T.3. ¶ Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in morte: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra, post bestiam: & adorauerunt draconem qui dedit potestatẽ bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes. Quis similis bestiæ: & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna: & blasphemiam: & data est ei potestas, facere menses quadraginta duos: & aperuit os suum in blasphemiam ad deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius: & eos qui in cælo habitant. Et datum est illi bellum facere cũ sanctis, & vincet eos: & data est ei potestas ĩ oẽm tribũ, et populũ, et linguã, & gentem.

¶ Si verba ista Joannis conferunt cum verbis Danielis: aperte datur intelligi: q; totum hoc maluz quod factura est bestia: gens: scz: bestialis: z ab humanis visceribus aliena. Post curationem plage eius: ad tempus illud referendum est: in quo regnaturus est Rex ille vndecimus: qui putabit: q; possit mutare tempora z leges: z tradentur in manu eius: in tempus z tempora z dimidiuz temporis. Sed melius hec ostendi queunt si verba ista Danielis subscribimus. Post ea sq̃dem: que

Dañ.

ipse Daniel scripserat de decem cornibus: vidisse se phibet vnum cornu modicuz exire de medio eoz: euulsa vero esse tria cornua a pspectu illius. De quo vz cornu post predictaz subiungit. Ecce oculi: quasi oculi hois erat in cornu isto: z os loquēs ingentia. Et post aliq̄. Accipiebam: z ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos: z prevalebat eis. Et rursum de eo: angelus qui interpretatus est visionem. Decem cornua que vidisti in bestia: ipsius regni: decem reges erūt. Et alius psurget post eos: z ipse potētior erit pioribus: z tres reges humiliabit: z sermones pra excelsum loquef: z sanctos altissimi pteret: z putabit q possit mutare tpa: z leges: z tradent in manu eius in tps z tpa z dimidium tpis. Et hoz qdem in precedēti parte (hoc est) sub sexto angelo tuba canente: pp sanctos qui occidēdi sunt ab hac bestia: memorati sumus: tz rō z nūc pro his que scripta sunt in hoc loco: repetenda fuere: quatenus ex ore duoruz testium vna veritas eluceſcat. Neq; enim aliud est qđ dicit Joānes. Datuz est ei os loquēs magna z blasphemiā: q̄z qđ dicit Daniel de cornu illo (hoc est) de rege illo qui regnaturus est sup bestia. Et datum est ei os loquens ingentia. Nec aliud qđ dicit Joānes. Datum est ei facere mēses quadraginta duos: q̄z qđ dicit Daniel. Putabit q possit mutare tpa z leges z tradent in manu eius in tps z tpa z dimidium tpis. Deniq; z qđ dicit Joānes. Et datum est illi bellum facere cū sanctis: z vincet eos. Hoc ipsum exprimit Daniel cum dicit. Et ecce cornu illud faciebat bellu aduersus sanctos: z prevalebat eis. Excepto q Joānes hoc attribuit multitudini illi que vocat bestia: Daniel regi illi iniquo: qui regnaturus est in ea: nimirum: q: vna erit ipsius: z exercitus eius voluntas: vt nomē christianoz auferat de terra. Verum hoc in fine ipsius regni: qđ designat in bestia. Letex: qđ dicit Joānes. Vidi vnum de capitibus bestie: quasi occisum in mortem: z plaga mortis eius curata est: nō est dictum quin z alia capita nō viderit occisa: sed q: hoc solum vidit quasi occisum in mortem: z post pcussionem a plaga mortis eius esse curatum. Viuit enim bestia ipsa: quādiu viuit: vel vnum de capitibus eius. Et q: oia capita visa sunt mortua: visuz est de bestia: q: penitus esset mortua. Verumtamen non est ita: q: aliud demōstrat in fine. Mortua sunt enim re vera cetera: vnum vero nō fuit mortuum: sz quasi mortuum. Nam qs vnq̄z audiuit a tpe illo quo in manu Romanoz contriti sunt Judei pro legis sue tuitione: eos pra christianos arma leuasse? Quis aliq̄ pagan: regnum: z pro cultura ydoloruz post Juliani obitum aduersus christianos pugnasse? Quis Gothos: z Vuandalos: z Lōgobardos puersos, tandem ad catholicam fidem: ad rigorem antique phidie remeare pſenſit? Sarracenoz vero ex tot annis semel inchoata phidis: pſuerat in malo: z vbiq; christianum nomen impugnare pro viribus: non desistit. O quot millia christianoz: in eoz manibus data sunt: z q̄z multos: z q̄z varijs tormentis cruciant in odium crucifixi. Caput istud mori non potuit vsq; ad presens: viuit vsq; adhuc: vt operetur adhuc mortem multoz: vt phciat quod viuit opera Regis sui. Sed cur se illud Joānes quasi mortuum vidiſſe perhibuit? Forte futuz est: vt apud illud christiani prevaleant: predicando magis q̄z preliando: vsq; pene ad defectum z interitionem pducant: z iteruz resumptis viribus ad pristinam redeat veritatem. Sz completuz nōdum est: breui spatio temporis: vtrunq; poterit consumari. Sed non deerit forsitan qui completum existimet materialibus armis: nequaq̄z existimans premenda: que ante annos aliquot in ecclesia acciderūt. Anno etenim (vt fertur) 1015. incarnationis dñice signum in aere: satis apparuit admirādum: stellas. s. in numeras circumquaq; discurrere: z velut in modum auium aereas semitas peragari. Quo precedente signo: ad exhortatio-

Betur ebis plura.

Anno 1015. Papa Urbanus.

nem Urbani pape: christiani vndiq; commoti statuere ire vltra mare ad liberāduz sepulchz: qđ z factuz est. Tanta vero post hoc data est audacia christianis: vt tam pene paganoz multitudinem credēs annullatam: z veluti ad nihilum (Christo prevalēte) redactam. Vt enim multa in vnum restringam: christianis qui vltramarinas partes aggressi sunt: Sarraceni qui erant in Egypto prestiterunt tributa: Constantinopolitanis hi qui possidebant Assyam, Affrica z que ppe sunt ciuitates capte a rege Sicilie: christianos ceperāt habere colonos. Reges Hyspaniaz: sepe de hostibus triumphabant. Quis igitur tot victorijs de gente illa indomabili: glorificatos cerneret christianos: z nō secure caput bestie extimaret defunctuz? At si gs sano capite circunspicere sufficeret: videmus in hac die quātulecunq; pacis: gentes in circuitu nostro intumescere quasi mare: z caput quod erat quasi mortuum: restitutum pristine spiritui: vndiq; ad cedendas victimas: vndiq; ad occidēdum z devorandum: paratum factuz qđ per eum dñs faciēdum prescivit. Si vero (vt supra diximus) completum nōdum est: possibile est alio ordine sine mora: compleri. Spiritualis autem sensus huic opinioni magis assentire videt: vz: q adhuc nō sit completum: sed alio z solēniori ordine sine mora complendum. Qđ autem sequtur. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Lz in die suo complēdum sit: iam tñ non desunt plurimi qui admirent: z quasi titubare incipiant: dicentes. Qđ esse creditur: hoc iudicium: q: tāta multitudo hoium aduersāt fidei: z q: ita prevalere pmittit pra populum christianum? Putas tot millia hoium vānandi sunt quasi vnus hō? Putas sine causa pmittit deus illos in tantam excrescere infinitatem? Nec dicētes miseri: exciderunt a fide: nescientes illud quod scriptum est. Quam magnifica sunt opera tua dñe: nimis pfunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: z stultus nō intelliget hec. Cum exorti fuerunt peccatores sicut fenum: z apparuerunt oēs qui operant iniquitatem: vt intereāt in seculuz seculi: tu autem altissimus in eternum dominē. Hoc re vera nescunt stulti: qui admirant post bestiam z deserūt fidem Christi: inclinātes se bestiali potestati: z transeuntes ad immunditiam eius: z ipsius se pfidie faciētes heredes. Hex hoc hactenus z ſm partem. Futuz est autem z hoc in primo: vt compleat hoc ipsum ſm totum: vt: vz: z admiret vniuersa terra post bestiaz: z adorēt: qui terrenis inhiāt desideriis: draconez qui dedit potestatem bestie: z adorēt bestiam dicētes. Quis similis bestie: z q̄s poterit pugnare cum illa? Neq; enim ob aliam causam arbitror: Joānem loquētem de decem cornibus: pretermisisse cornu illud vndecimum: de quo tam terribilia loquutus est Daniel: nisi vt patēter daret intelligi: q: non tam hō erit: qui faciet tanta, illa mala: q̄z ipse per seipsum auctor malorum: Draco. s. rufus: qui est Dyabolus z Sathanas: qui principaliter habitabit in illo rege: quasi in ppio templo: z ydolo regni sui: quinimmo: vtens illo: quasi propria phabitatione habitationis sue: vt loquēs per os eius ingentia: non sit qui possit stare ante faciem suam. Et recte Daniel: principuum hoiem: Joānes autem Dyabolum introducit: ne aut aliquis putet ipsum regem a seipso terribilia illa factuz: z nō potius per virtutem Dyaboli: qui erit in eo: aut aliquis extimet ipsum Dyabolum in sua natura visibiliter manifestādum z adorandum a filijs huius mundi: z nō potius in illo iniquo rege: qui erit fictor veri: z simulator iustitie. Vt autez ad expositionis ordinez sermonis vndarecurrat. Admirata est (vt ait Joānes) vniuersa terra post bestiam: q: multitudo eoz qui terrena sapiunt: z terrena pcupiscunt: acquiescet precepti z voluntati infidelium: relinquens veram fidem que est in Christo Jesu: z suscipiens pro lege dei traditiones hoium impioz. Et adorauerunt (ait) draconem:

Be vndecimo cornu.

Dañ.

Psal.

qui vedit potestatem bestie:q; reuerebuntur regem illum qui erit vnus ⁊ maximus de septem capitibus draconis:⁊ vnus .i. sextus de septem regibus qui scripti sunt:in sexta parte libri. Ille .s. qui dicitur. Decimus bestie: vndecimum in Daniele prophetā. Et adorauerunt (inquit) bestiā dicentes. Quis similis bestie:⁊ quis poterit pugnare cum ea? Inequales quiq; ⁊ qui inhabitant terram: in die illo terribili frangētur ⁊ dissoluentur a compage fidei:timore p̄cussi:nec videbitur illis posse sustinere flagella:qui positi in pace ecclesie:nequeunt vel leuissimam ꝓtumeliam pati. Dicent ergo. Quis similis bestie:⁊ quis poterit pugnare cum illa? Prius desperabunt de victoria:q̄z ꝓueniant ad bellum:⁊ territi ad vocem bestie:p̄dent fidez:quam ficte ⁊ iniuiter pacis tp̄e tenuerunt. Heu heu:quot esse arbitror natos in mūdo:q tāte huius calamitatis angustiam nō euadēt:⁊ nunc abscondita sunt ab oculis eorum. Infelices matres que genuerunt:tales:⁊ vbera que lactauerunt: miseri parentes qui p̄talibus thesaurizāt nescientes quid cogitet dominus sup̄ diuites terre. Audite:audite obsecro omnes qui diligitis natos vestros:audite omnes qui paruulos delicate nutritis. Docete filios vestros habitare in siluis: viuere in deserto de radicibus herbaz:delitias assuetas relinquere:⁊ carnis epulas euitare:vt discant in montibus cōmorare cum feris donec pertranseat indignatio. Deniq; audite quid sequitur. Et datum est ei (hoc est) bestiali cateruc:os loquens magna ⁊ blasphemiam:⁊ data est ei potestas facere mēses quadraginta duos: ⁊ aperuit os suum in blasphemiam ad deum:⁊ blasphemare nomen eius:⁊ tabernaculum eius ⁊ eos qui in celo habitant: ⁊ datum est illi facere bellum cum sanctis:⁊ vincet eos. Quod Danieli dictum est de capite:hoc Joānes dicit de corpore:vt q̄d alter p̄termisit: alter diceret: ⁊ vna ex vtroq; veritas redigatur in summam. Ille ait. In tempus ⁊ tp̄a ⁊ dimidium temporis (hoc est) in tribus annis ⁊ dimidio. Iste verbo dissimili:sed re eadem: datum est ei (inquit) facere menses quadraginta duos (hoc est) annos tres ⁊ dimidium. Qualiter autem anni isti:ad totius bestie vniuersitatem ꝓtineant: in opere ꝓcordie dictum est. Re vera tñ anni tres ⁊ dimidius:esse creduntur: quibus maxima hec tempestas deseuiet. Quam vō intollerabilis sit tribulatio ipsa: coipso demōstratur: quo dicitur. Et aperuit os suum in blasphemiam ad deum: blasphemare nomen eius. .s. Christi:a quo dicimus christiani:⁊ tabernaculum eius (hoc est) ecclesiam: ⁊ eos qui in celo habitāt:iustos .s. ⁊ sanctos: ⁊ qui seruāt vnitatem ⁊ fidem sancte vniuersalis ecclesie. Et datuz est illi facere bellum cum sanctis:⁊ vincet illos:q; in astutia verboz confutabit ⁊ deridebit sanaz ⁊ catholicam doctrinam sanctoz:protestantibus oibus:ac dicentibus:falsam esse doctrinam seruoz Christi:veram vero ⁊ catholicam bestialis potētie. Et ne qs in aliquo terre angulo putet hec oia esse complenda:quid̄ ꝓtinus adiunxerit audiamus. Et data est ei potestas in omnem tribum: ⁊ populum:⁊ linguam:⁊ gentem. Sequitur.

Ecclesia

Apoc. 11.

¶ Et adorauerunt eam omnes qui habitant terram: quorum nō sunt scripta nomina in libro vitæ agni: qui occisus est ab origine mundi. T.4.

¶ Qō dicit: ab origine mundi: non ad occisionem agni referēdum est: sed ad descriptionem nominum: qō sane intelligitur: si vsquead occisus est: ꝓtenditur metrum: quatenus qui occisus est: referat ad agnū: ⁊ conuersa oratione: intelligatur: quorum non sunt scripta nomina ab origine mundi: in libro vite agni qui occisus est. Sz terribile est valde quod sequitur.

¶ Si quis habet aures, audiat. T.5.

Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit: & qui in gladio occiderit, oportet eum cum gladio occidi.

¶ Videtur istud quiq; ita positum esse: vt dicatur. Unusq;sq; ꝓcut gesserit:⁊ recipiet: sed non sequentia id velle videtur. Neq; enim sancti dei homicide esse credendi sunt: de quibus subsequenter adiungitur.

T.6.

¶ Hic est patientia & fides sanctorum.

¶ Restat ergo illud: qui: per: quem: accipere debeamus: vt ⁊ q̄ illud quoq; intelligamus si possumus: qd̄ premissum est. Si qs hz aures audiat: aures dico cordis: non corporis: dies illos non esse misericordie: sed ire. Ubi si queritur. Cur ita deus sanctos suos trucidari p̄mittet. Nihil est: qd̄ responderi queat: nisi q; sic oportet. Vult etenim omnipotēs deus sic a paleis tritici discernere per triturā:⁊ ꝓbare hominum nō verba: sed fidem. Sed in tanta hac necessitate: libet intercisa dicēdi materia ad eum qui nos redemit sanguine suo: voce miserabili exclamare. ¶ Diserere: miserere dñe Jesu: ora pro Petro tuo: vt non deficiat fides eius: quinimmo parce ⁊ adiuua: q; deus es: vt possit stare fortis in prelio: ⁊ ex aduerso occurrere inimico. Cōforta ⁊ corrobora partem tuam: ⁊ adauge illi fidem ⁊ da victoriam: ne quādo dicant gētes: vbi est deus eoz: ne quādo p̄sequatur stipulam siccam: nec contra solium qō venti rapti: ostendas potētiam tuam: q; deficerunt sicut fumus dies nostri: ⁊ ossa nostra sicut cremium aruerūt. Defecit fides tua: infirmata ē charitas: nō est iustus q̄sq;: nō est regrens deū. Nō est princeps ⁊ dux ⁊ cohortator ad pugnaz: non est ꝓsolator ⁊ iuator ad prelium: non est qui precedat: ⁊ exerceat ad bellum. Signa nostra nō vidimus: iam non est ꝓpheta. Ergo ne dñe sic opz: vt qui gladio mouit: moriat? ¶ Demento q; puluis sumus: tu ipse scis figmētum nostrum: si dignatus fueris: misericordie recordare. Non tradas bestijs animas confitentes tibi: ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem: q; venerunt filij vsq; ad partum: ⁊ non est virtus parturienti. Inundauerunt aque vsq; ad aiam: vorago inseri dilatauit os suū: rupti sunt fontes abyssi magne: ⁊ aperte sunt cataracte celi: perijtq; a nobis fuga: ⁊ nō est qui regrat animas nostras. O inaudita calamitas. Non satis est q̄ abyssus suos p̄terijt limites: nisi etiam vnde lucem: inde etiam expectemus voraginem: ⁊ inde intollerabile malum: vnde oportuerat consolationem accipe. Nam quid per abyssum: nisi populus gentium: ⁊ quid per celum: nisi populus Christianus? Diluuium ergo veniens ex abysso: ipsa est persequutio gentium: diluuium de celo: falsorum vertigines prophetarum. Eodem modo ⁊ terra cum in respectu maris ponitur: populum significat christianum: de quo procedunt illi: de quibus dicit Joannes. Sicut audistis filioli: quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt: vnde scimus quia nouissima hora est. Et adiecit. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis: permansissent vtiq; nobiscum. Non hec de gentibus dici possunt: neq; de populo infideli: sed de falsis prophetis qui exeunt ex ecclesia: que aliquando per celum: aliquando per terram designatur. Respectu etenim maris in celo designatur ecclesia (vt in loco illo supra memorato.) Rupti sunt omnes fontes abyssi magne: ⁊ cataracte celi aperte sunt. Rumpuntur sane fontes abyssi magne: ⁊ ascendunt aque cum insolite inundationes gentium egrediuntur de populo infideli ad faciendam vindictam in plebe apostatrice: ⁊ vltionem in filijs sceleratis. Aperiunt cataracte celi: ⁊ aque que runt desuper admiscent eis que ascendunt de abysso: cum soluta compage ecclesie: egrediunt ex ea falsi ꝓphete: qui cōmixti

Psal.

Genes.

Genes.

Job.
Psal.
Psal.
Psal.

ꝛ coadunati gentibus:simul cum eis perse
quuntur ecclesiam. Sane respectu maris:
Genesis electoꝝ ecclesia designat in terra:vt illud:
Congregētur aque que sub celo sunt in lo
cum vnum:ꝛ appareat arrida. Sicut ergo
aliqñ in celo fidelis populus:in abysso in
fidelis designatus est:ita nonnunq̄ in ter
ra:populus fidelis:sicut infidelis in mari:
nimiꝝ:q; mare semp fluctuat:ꝛ transeun
ti per se:mortem potius pmittit q̄ vitam:
terra vero cum sit stabilis:profert herbam
virētem:ꝛ lignum pomiferꝝ iuxta genus
Genesis suum. Verūtamen vt in Genesi:referunt
aperte cataracte celi:ꝛ ex eis aque pestifere
descendisse sup terram:in typo pseudo p/
phetaꝝ:qui corruunt de sinu ecclesie:ita ꝛ
hic post bestiam illam terribilez:que egres
sa est de mari:alia quoq; eo nequior dicta
est exire de terra bestialis.ſ.caterua pseudo
pphetaꝝ egressura est de ecclesia: vt qūo
illuc a duabus partibus ꝓuenerunt aque
ad puniendos peccatores terre:ita hic ad
faciēdum illud idem exire a duabus parti
bus de mari.ſ.ꝛ de terra due immanissime
bestie ꝛ nimis terribiles referantur. Nam
sequitur.

Ꝛ.7. ¶Et vidi aliam bestiam ascen/
dēterm de terra:& habebat duo
cornua similia agni.

¶Aliam dicit pp eam quam supra dixe/
rat ascendisse de mari. Sicut autem in
Danie. Daniele:Myrcus capraꝝ:regnum:non p/
sonam significat:ita ꝛ in hoc loco in bestia
que ascendit de terra:nequaq̄ aliqua pso
na:sed secta:seu regnum aliquod designat.
Quod autem in hac bestia ascendente de
terra:secta pseudo prophetaꝝ:accipienda
sit:auctor ipse libri manifeste demonstrat:
qui hāc ipsam:pseudo pphetam in sequen
tibus vocat. Cum ergo hoc manifestum
sit:miꝝ valde videt:qui erunt illi duo ne/
quam:qui in duobus cornibus similibus
agni accipiendi sint:cum manifestum sit
ex q̄pluribus scripturaꝝ locis: in cornī/
bus alicuius bestie psonas hoīum designa
ri. At multum interest:inter agni cornua:
ꝛ aliaꝝ bestiaꝝ q̄bus cornua sunt:q; nimi
rum quarundam bestiaꝝ:vel animalium
cornua acuta sunt ꝛ rigida ꝛ ad ꝓcutiēdum
parata:ouis vō cornua curua sunt:ꝛ nihil
in se terroris: nihil suspitionis habentia.
Agnus autem noster qui abstulit peccata
mundi:septem habere dr cornua:q; nimi
rum septem viri:per diuersa tēpora missi
sunt:de q̄bus in prima libri parte secimus
mētionem:quoꝝ duo precipue mittendi
erant eius itinera preparare: Joānes.ſ.ꝛ
Helyas. Sed ꝛ duo cuꝝ Christo visi sunt
simul in mōte (hoc est) Moyses ꝛ Hely/
as:ꝛ nunc duo expectanť venire:Enoch:
vꝫ:ꝛ Helyas. Quo circa aliaduertat subti/
liter:qui decipi:aut seduci formidat:ꝛ vn
diq; circūspectus:dexteraꝝ sinistraq; discu/
riat. Valde q̄dez emulator est:vt possit ali
qua opa que sint irrisibilia fingere auctor
doli:siue vt p ea decipiat incautos:siue vt
appareat filiis creatoris. Nam q; dñs inue
nit sibi David vt regnaret in Hierusalez
ciuitatem quam elegit. Ipse inuenit:Na/
buchodonosor qui regnaret in Babylo/
ne:ꝛ esset pr̄quutor Hierusalez oibus die
bus vite sue. Q; dñs per Christum suum
redemit genus humanum. Iste per Anti
Danie. xp̄m quem implebit mēdacio:sigdem vt
deus oipotens ꝑitatis:ita ipse (vt ait dñs)
mendacij p̄r est:supra q̄z credi pōt vniuer
sa vastabit. Attēdat ergo sibi vnusq̄sq; fide
lis:ꝛ sit semp sollicitus ꝛ circōspectus:ne
forte qui nouit preparatos fideles ad susce
Enoch. ption:m Enoch ꝛ Helye: quos vēturos
predixere doctores:falsum Enoch:ꝛ falsuꝫ
Helyam:ipse inueniat ꝛ premittat: ꝛ ipsi
sunt duo cornua filia agni:magistri bestia/
lis caterue:de q̄bus dñs discipulos premo
nere dignatus est:dicēs. Attendite a falsis
pphetis qui veniūt ad vos in vestimētis
ouium:intrinsecus aūt sunt lupi rapaces.
Verūtamen hoc dico:nō vt certus sim:ꝫ vt si/
mus in oibus circūspecti:ꝛ i nullo naufra
giū patiamur. Videt aūt qd dicim⁹ ꝟsile:
ꝛ tō sicut ratū facere auēt:ate nō possumus:

ita nec destruere auctoritate valemus. Dē
autem qd̄ verisimile est:ꝛ certam auctorita
tem non hz:restat vt suspectum maneat ꝛ
sub cautela:donec rei exitu comprobetur.
Est ꝛ aliud in hac parte:nō minus q̄z hoc
ipsum diligēter cauendum: ne forte testes
ipsi veraces qui venturi sunt:veniāt put
deus melius nouit:ꝛ arbitrētur eos hoies
esse mendaces:eisq; qui mēdaces sunt:pre
beatur assensus. Nō ergo q̄sq; leue sibi ꝯsti
met in tante necessitatis articulo discerne
re inter verꝫ ꝛ falsum:vꝫ:inter Moysen ꝛ
Exodi. Aaron:ꝛ Jānes ꝛ Mambres:ob nimiam
similitudinem operꝫ nephandoꝝ (dicente
dño) Surgent pseudo xp̄i:ꝛ pseudo pro
phete:ꝛ dabunt signa ꝛ p̄digia ad seducen
dos (si fieri possit) etiam electos. Est aūt
ꝛ aliud qd̄ magis mouet. Certuꝫ est plura
iam venisse in lumine sub testō nouo:que
olim in tenebris palliata iacebant. Simili
ter ꝛ in futuro:multa erūt apta que hacte
nus ꝛ vsq; in finem: aut expte sunt cogni
ta:aut oino nescita. Quis igit occulta dei
ꝑsilia se ad plenum cognoscere gloriet̄ur?
Quis vnq̄z iudeoꝝ populum de aduentu
Helye frustrādum crederet:cum non ille
Helyas qui putabatur:sed alius venerit?
Si vero huic simile iam non erit:quis pu
tas:nouit:quo ordine sint nunciꝫ ipsi ven
turi? Esto q; eras ad ianuam tuam veniat
Enoch:ꝛ seipsum Enoch oino esse testet.
Unde credemus? Si signa ostenderit: fa/
cient ꝛ heretici inaudita. Si religionez:ꝛ
illi. Si verba subtilia:nihilominus ꝛ ipsi.
Unde ꝛ hic subditur.

¶Et loquebatur sicut draco.

¶Nempe sicut draco loquet:q; draconis
astutia supra modum repleta verba quasi
Exodi. spiritualia:ꝛ verisimilia:supra q̄z putatur
effundet. Cōuertit sigdem Moyses (qui
doctores veros significat) virgam in dra/
conem (hoc est) litteraꝝ que est quasi mo
tua:in viuētem spiritum:sed ꝛ pseudo pro
phete similiter facient. Loquent enim ꝛ ipsi
mystica:ꝛ que nihil minus apud impios
videantur habere:adeo vt etiam de'erudi
Dañ. tis ruant. Verumtū virga Moysi deuora
uit virgas maleficoꝝ: q;:vꝫ:vera Christi
sapientia:quam in noie eius loquentur ele
cti:ostendet esse falsam sapientiam istoꝝ:si
cut dicit apostolus. Quēadmodum Jam
nes ꝛ Mambres restiterunt Moysi:ita ꝛ
hi resistēt veritati hoies corrupti mēte:re
probi circa fidem:sed vltra non ꝓficient.
Insipiētia enim eoꝝ manifesta erit oibus:
sicut ꝛ illoꝝ fuit. Erit ergo istud ꝛ multa
alia signa:q̄bus dignosci poterunt. Sz bea
tus qui sibi modo cuꝝ adhuc in nobis mo
dicuꝫ lumen est:studet opibus lucis:ꝛ ani
mi puritate placare deum:vt non cum te
nebre comprehēdant:metuens q̄z nimis il
lam formidolosam sentētiam. Occeca cor Esaye.
populi huius:ꝛ aures eius aggraua:ꝛ ocu
los eius claude: ne forte videat oculis su/
is:ꝛ auribus suis audiat: ꝛ corde suo intel
ligat:ꝛ ꝙuertatur ꝛ sanem eum. Si enim
pp peccata populi pmittet fieri ista iustus
ꝛ pius deus:certumq; est multos esse deci
piendos: cur non timeat hō ne forte deci
piat ab illis quos deus in ira sua multos
decipere patietur? Quos enim nō decipe
Exodi. rent Jamnes ꝛ Mambres:simulia Moy
si ꝛ Aaron signa ꝛ p̄digia suis incātationi
bus facientes? Sicut enim Jānes ꝛ Mam
bres coraꝫ Pharaone:ꝛ sicut Symon ma
gus in ꝑspectu Neronis ꝛ exercitus eius:
ita pseudo pphete coraꝫ multitudine illa:
(de qua supra loquuti sumus) facient signa
in ꝑspectu illius regis vndecimi in Danie
le:ꝛ exercitus eius: quod manifeste aperi
tur:cum subditur.

Ꝛ.8. ¶Et potestatem prioris bestiæ
omnem, faciebat in conspectu
eius.

¶In ꝑspectu vtiq; bestie ꝛ regis eius fa
ciet ista: sed aliqd est qd̄ notari oporteat.
Que enim nō ait absolute: potestatem fa
ciebat:sed dicēs potestatem:addidit: prio
ris bestie:manifeste ostendit:q; bestia pri
ma:signa facturaest. Sed qd per ambages

querimus:qđ aperte auctoritas docet? In sexto angelo effundẽtium septez phyalas: dicit Sanctus Joãnes. Vidi de ore draconis:z de ore bestie:z de ore pseudo pphete exire spiritus tres immundos:in modum ranaz:sunt enim spiritus dęmoniox faciẽtes signa:z pcedent ad reges totius terre. Ecce manifeste hic dr:qz draco:z bestia:z pseudo prophęta facturi sunt signa. Qđ si ita est:qd est qz potestatez bestie:pseudo ppheta: immo pseudo pphetaz caterua in pspectu bestie:facere dr:nisi qz qđ officium eox erit predicare z signa facere:z fortassis altera maleficy arte: ita vt ipsa quoqz bestia:vel admirẽt in his que ifti facient:vel qđ magis creditur:qz de sinu ecclesie egrediuntur: z linguam christianox nouerunt:z mores:gentilis illa ferocitas ad decipiendos fideles magis eos aptos z vtiles iudicabit. Utrunqz etenim contingere poterit. Quantam vero vim accepturi sint ad facienda miracula: aperte manifestatur: cum subditur.

Z.9. ¶Et fecit terram & inhabitantes in ea adorare bestiam primã: cuius curata est plaga mortis:& fecit signa magna: ita ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum.

¶Uerba ista z que sequunt:ex parte obscura sunt:qz futura:ex parte apta. Dimittamus interiz qđ obscuz est:teneamus qđ pz:donec ret euentus id qđ est obscuz:aperiat. Ad qd enim curiosa sectari:cum tam immineat bellum:z cito sit qđ queritꝫ:tpa sua presentia dirimẽdum? Sequẽtes ergo qđ pspicabile est:cetex suo tpi relinqmus. Nero impator paganus erat. Symõ aũt ẑMagus christianus fuerat:z qsi vnus nõ dico de paganis:sz de magnis demonibus fuetus erat:habebat fidem odio quam reliquerat:Petrz precipue qui dederat sentẽtiam ptra se. Inuidebat christianis factus apostata:sed qz per se obesse christianis nõ poterat:ptra christianox principes:inig regis aium pcitauit. Assumpsit ergo aduersus apostolos coram impatore pflictum:de serẽs eidem per oia:nõ qz impatorem diligeret ex affectu:sz vt suam posset malitiam impatoris potestate munire. Sedm hoc:z pseudo pphete facturi sunt. Frequens est istud z manifestum:habens tam de veteri qđ de nouo:exemplum. Alchimus impius tpe ẽẽ Machabeoruz:vt vsurparet illicite sacerdotium:ad gẽtilem se ptulit potestatez. Iu dei aduersus apostolos:sepe iudices romanos adibãt:Arriani aduersus ecclesiaz: mundanos principes pcitabant. Patharenι hereticox fex:mũdi potestatibus se tuetur. Cum ergo multiplicata malitia:noua Babylon in manu bestie:z regni eius pcuriẽda tradẽt:z gẽtilis potẽtia:peccatis exigẽtibus:roborabit:eo:vz:tpe quo Rex ille vndecimus z vltimus in regno sarraceno rum regnaturus est:videtes pseudo pphete (quos sibi in augumẽtum doloz Drabolus aggregare nõ desinit) exercende pfidie sue oportunitatem:adibunt gẽtes:z sũscipiẽtes ab eis pactuz pacis:ex deo esse potẽtiam illoz z regnuz ac si fidelium predicabunt: falsam vero esse religionem eoz: qui adorant hoiem crucifixum. Nõ solum autem:sed z legem bestialem a patre mẽdacij eis traditam preferrẽt:qsi trinitas nihil sit. Et vt oẽm populum christianum quocẽt ad eam:ignis se posse facere:a falsa religione pmittẽt. Quis autez scit qualis erit lex illa:quam dabit princeps ipsius bestie: de quo scriptum est in Daniele. Putabit qz possit mutare tpa z leges:z tradetur in manu eius in tempos z tempora z dimidium temporis. Quecunqz tamen erit exercratio illa: hanc pseudo prophete tenendam esse docebunt: z vt eam tenere homines debeant: signis z prodigijs affirmabũt. Uetex si de his duabus bestijs agitur simul: videt qz sicut prima bestia que egressa est de mari:oino pcordat cum sexta visione Danielis:in qua agit de ẽtuor bestijs egressis de mari magno: ita hec seda que ascẽdit de terra:cum septima visione ipsius:in qua agit de Myrco capraz:excepto qz ibi in prima bestia ostẽditur regnaturus rex vndecimus: qui putabit qz possit mutare tpa z leges. In seda alius qdaz de quo scriptum est. Qđ supra qz credi potest: vniuersa vastabit. Hic nec in prima: nec in seda alicuius specialis regis mentio facta est:nisi qz in hac quarta parte mẽtio solẽnis facta est de draconе habente cornua septem:que significat septem reges:z in sexta parte dictuz est de duobus regibus vltimis:vnus est z vnus nondum venit: z cum venerit opz illum breue tpo manere: vt intelligatur apte:ipsos esse duos reges qui scripti sunt in duobus visionibus Danielis pphete. Sed qre duos reges:cum Draco ipse sit vnus? nisi qz in typo vnius Christi venientis ad redemptionem generis humani:z vẽturi ad iudicium:due psone vngi pfueruẽt in ecclesia dei:vna.s.in regem:altera in põtificem:nimiruz:qz põtifex ipse verius rex est:qñ aiaruz: z vterqz Christus dñs:qz deus z hõ est:dici potest? Sicsic verisimile videt:qz sicut bestia illa que ascẽdit de mari:habitura est quendam magnum regem de secta sua:qui sit similis Neronis: z quasi imperator totius orbis. Ita bestia que ascendet de terra:habitura sit quẽdam magnuz prelatum:qui sit similis Symonis ẑMagi: z quasi vniuersalis pontifex in toto orbe terraz: z ipse sit ille Antichristus:de quo dicit Paulus qz extollitur z aduersatur supra oẽ qđ dr deus: aut qđ excolit:ita vt in templo dei sedeat: ostendens se tanquam sit deus. Quo circa non immerito:vbi dictuz est de eo in Daniele. Surget rex impudens facie:z intelliget propositiones:z roborabitur fortitudo eius (adiunctum est) sed non in viribus suis:qz:vz:vt Symon ẑMagus:non in viribus suis persequutus est apostolos: sed in viribus Neronis; ita z iste in viribus illius Regis vndecimi:supra qz credi possit:vniuersa devastet. Et fortassis nõ ipse: per seipsum ibit a principio ad Regem illum: sed mittet ad eum duos preciptos prophetas suos:qui factant signa coram illo:z dicãt se habere principem a quo z missi sunt. Nõnulli tamen doctorum:illum regem vndecimum nominãt Antichristuz: sicut z illum qui vocatur:Gog: qđ mihi tamen ideo vex videtur: qz vnus est draco:sed multa capita: z malitiam quam nõ complet in vno Antichristo: complebit in alio:z qui deterior eorum erit:ipse dicẽ duos est maximus Antichristus. Et de hoc quidem sic. Quod autem dictum est de bestia ista que habebat duo cornua similia agni:fecit signa magna:ita vt ignem faceret de celo descendere in terram: in conspectu hominuz:ita existimo dictum: vt quia ignis res viuida est:z lucens:z celum:sanctorum vitam designat:sic esse putentur verisimilia:vt in errorem inducantur:si fieri possit etiam electi. Quod si electi quoqz titubabunt in ipsis. Et si iuxta quod scriptum est in Daniele. De eruditis ruent. Quid de infirma multitudine plebis arbitrãdum est:qui nesciunt discernere inter verum z falsum? Unde z mox subditur.

Z.10. ¶Et seducet habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ: dicens habitantibus in terra: vt faciant imaginem bestiæ, quæ habuit plagam gladii: & vixit.

¶Imago bestie que habuit plagam gladij z vixit: aliqua specialis traditio extirmanda est:quam component pseudo prophete in memoriam ipsius bestie:dicentes hoc esse illud regnum quod mansurz est in eternum:vtpote qđ veniens vsqz ad casum:ad tãtuz culmen glorie venire meruit

Pseudo.
Machi
Pathareni. Babylon. Undecimus: ex Sarracenorum
Symon magus.
Antipapo
Multi antichristi.
Basi.

post ruinam. De qua:vz:imagine terribile est valde quodsubditur.

T.11 ¶Et datum est illi:vt daret spiritum imagini bestiæ: & vt loquatur imago bestiæ.

¶Imago bestie spiritum accipiet:cum eidem opationi dyabolice:ad saciẽda p eam signa:malignus spiritus presens erit. Loquek aũt cum signa ipsa fieri incipiẽt:z sacta'ueniẽt ad notitiaz multoz. ¶Magnaz vero potestatem:iusto:sed districto dei permittente iudicio:habitura secta ipsa demõstratur:cum subditur.

T.12 ¶Et faciet: vt quicunq; non adorauerit imaginem bestiæ:occidatur.

¶Hoc est illud qõ de cornu vndecimo dicitur in Daniele. Et sanctos altissimi cõteret. Isti erunt accusatores:z illi interfectores. Isti ponent insidias: z illi capient predam. Sequitur. Dañ.

T.13 ¶Et facient omnes pusillos & magnos:diuites & pauperes: liberos & seruos:habere caracterem in dextera manu:aut in frontibus suis: & ne quis possit emere: aut vendere: nisi qui habet caracterem bestiæ: aut nomen: aut numerum nominis eius.

¶Si bestia significat ipsam multitudinem psequtoz:imago nephandissimam traditionem ipsius. Quid per caracterez: nisi aliqõ scriptuz vel edictum preceptoz ipsius:sicut z p nomẽ:gloria ipsius bestie: per numez autem nois criminum multitudo? Solẽt autem in psequutione:pusilli:ex infirmitate deficere:sed magni viriliter agere z strenue pstere in agone. Solẽt diuites mundi: voluptatibus parcere:sed paupes ad martyrium sese sponte offerre. Solẽt serui in seipsis ꝓditionez despicere: sed liberi ꝓsulere nobilitati sue: saltem ne claz genus obfuscare infamia videantur. ¶Huius vero tribulationis tanta erit afflictio:z qõ grauius est signoz decceptio: vt pene populoz vniuersitas in errorem ducak:inde tormentis cõminãtibus penam: inde miraculis suadẽtibus sectam. In his itaq; verbis nihil aliud designari existimo q̃z vt dãnãdoz eorũdem multitudinez infinitam esse sciamus:ex oi ꝓditione:z etate:z q̃titate tam maxima:vt nequaq̃z valeat extimari. Qui vero hãc imaginez adorare noluerit:occidek:ꝑm q̃ supius dictuz est. Qui gladio occiderit: occidi eum gladio opz. ¶Venditores vo predicatores sunt. Emptores qui audiunt z suscipiunt verbum. Illi enim ꝓferunt vitam:isti impendunt opa bona. Illi exhibẽt verbum salutis:isti rependunt se z quecũq; habẽt. Qõ tñ in diebus illis nõ erit licitum:q: nõ audebit aliqs predicare:aut audire predicantem:nisi puniẽdus z moriturus: illis tñ in hac parte potestate ꝓcessa:de qbus nulla sit suspitio:quin vere sint serui Bestie z discipuli Antichristi. Et qõ erit signum? Habere caracterem in dextera manu: aut in frontibus suis:aut nomen bestie:aut numerum nominis eius. De quo numero mox subditur.

¶Hic sapientia est:qui habet intellectum: computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est:& numerus eius est:sexcenti sexaginta sex. T.14

¶Humanus intellectus cupidus ad capienda que nescit: vnde accidat mox nescio:a gnita que cupierat:sine mora ꝓtemnit. Si enim totum simul scriptura sancta detegeret:apud improbos z supbos homines:pro sua pfessione vilesceret. Qui ergo cupit effici dignus puenire ad notitiã eoz que noscit:studeat habere charz qõ nouit:vt videẽs ille qui eum inuitauit deuotionem ipsius:dicat ei. Amice:ascẽde superius. Certe

rius. Certe qui hz intellectum:computare debẽt numez nominis bestie. Queris hoc a me? Forte darem tibi qõ petis:si presto esset nomen ipsum:cuius vim nois scire queris. Si autem nomen eius reuelatum non est: qs intellectus esse potest in re cuius littera ignoraf? Tale est enim ac si quereret intellectus in visione futura:qõ oino est absurdum:z non potius expectãda narratio visionis:vt eam interpretetur qui hz intellectum:non ante tẽpus:sed in tpe suo. Expectanda est ergo vsq; ad tempus reuelatio huius nois:z tunc ei qui hz intellectum licebit numerum computare. Opz enim prius scire:qũo illi nomini cõgruat iste numerus ꝑm litteram: vt nõ sit velut inanis spiritualis qui segtur:intellectus. Alioquin si preire cogimur:z qualitercũq; vim numeri apire:scimus q̃ senarius numerus tpalia comprehendit: z ea sola in qbus gaudent filij huius mundi:quoz psuasio in terris est:dicentium esse satuos eos qui presentia despiciunt pro futuris:z pro inuisibilibus visibilia spnunt. Et numerus (inquit) eius:qõ expressum est in noie ipsius:est sexcenti sexaginta sex. Quare hoc? Qz numerus iste significat vniuersitatem temporz secularium (hoc est) ab Adam vsq; ad finem huius bestie:que erit in tpibus Antichristi. Etenim sexcẽti:significant sex etates mundi: in quibus regnauit hec bestia in membris suis a principio seculi. Sexaginta:significãt:sex tpa huius sexte etatis:in qbus speciali quadam potestate accepta a draconе: attrocius psequtus est ecclesiam dei. Sex significãt tpa illius cornu vndecimi (hoc est) menses quadraginta duos:sexies:vz: septem menses: sub quo supra modum:z supra q̃z dici possit: exardescet furor eius: (haud dubium) succensus a dracone illo antiquo:qui optime se nouit modicum tẽpus habere. Iqĝ z in sexcentis:comprehendit totum qõ ptinet ad sex etates mũdi:z in sexaginta:specificat illa pars que ptinet ad sextam etatem:z in sex:sextum tẽ Adam.

pus huius sexte etatis:in quo cornu illud vndecimum regnatuz est (hoc est) tps z tpa:z dimidium tpis. Qõ cum ita sit:qđ est q̃ non daf potestas vendendi: vel emẽdi: nisi ei qui portat caracterem bestie in dextera manu:vel in frõte sua:aut nomen: aut numez nois eius:nisi qz illi iudicabũtur digni z fideles:qui sola tpalia cõmendantes:deridẽt z subsannant illos qui promittent eterna? Qui enim desperãt semet ipsos: vt non videant lucem celi:quos posunt diligere nisi hoies desperatos? In dextera enim manu:vel in frõte:caracterem bestie:vel nomen:vel numez nois:hi qui ex parte eius sunt:portare videnf:q: non sufficit si hoc cum tristitia faciãt:aut ex necessitate:nisi in hocipso q̃ faciunt:hylares se exhibeant z manifestos: dicentes clara voce in synagogis suis. Si regnum istud non esset ex deo:non posset facere quicq̃. Unde z qui resistunt ei:dei ordinationi resistunt. In dextera namq; manu:vel in frõte caracterem bestie:nomen:aut numeruz nois eius portare est:aut letam faciem ostẽdere in ope bestiali ꝑm q̃ ptinebit in litteris ipsius:aut hocipsum publice predicare in q̃uentibus eoz:aut certe magnificare potestatem bestie: aut non erubescere a quolibet crimine z oblectatione peccati. Hec enim sola sunt que draco exigit a militibus suis. Uez hec dicta sunt ꝑm spiritum: z ꝑm q̃ in re futura ꝓiectura aliqua ineſſe põt. Nondum enim reuelatus est ille: qui putabit q̃ possit mutare tẽpora z leges: tradẽnda in manu eius: in tempus z tpa: z dimidium tpis. Qñ autem hoc inciet ꝓsumari: tunc rez exhibitio: apertum faciet intellectum. Qõ autem dicit: numerus enim hois est: in qbusdam codicibus inuenit nois. Et qñ supra iam dixerat: nisi qui hz caracterem: aut numez nois eius: dubitare nos cogit: ne vitio scriptoris: alteratum sit: z siue nois in hoie: siue hominis in noie mutatum sit: qõ pp similitudinem partium potuisse accidere nõ est dubium. Sup quo tñ consulendi sunt Greci: qua- Dañ. 8 Greci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

renuit ex eox codicibus:certitudo firmet. Interim:si hois hz veritas:satis ptinet ad rem:q; quicquid mundanum est:hois est magis q̃z dei:z ad ipsum magis ptinet senarius numerus:qui ꝑpius est laboris:q; die sexto creatus est hõ:z mox sequitur est labor eius:quem rñ mundani hoies p quiete suscipiunt. Nihil enim est eis magis laboriosiꝰ:q̃z otium:nihil otiosius est:q̃z labor. Talis est enim sensus carnis:talis eox qui carnalibus gaudent. Unde z per ꝓphetam dr. Egyptus hõ:z non deus:q; eius caro z nõ spiritus. Egyptus quippe hõ est:z non deus:q; gloria mundi huius transitoria est:non eterna:fortitudo ipsius quasi ros mane ptransiens:Quocirca numerus iste:qui mundi cursum per mysterium ptinet:hois est:q; re vera qui tpalia sibi eligunt:hoies sunt:nõ dij:iuxta illud psalmiste. Exurge dñe: non ꝓualeat hõ: iudicent gentes in ꝓspectu tuo:z sciant gẽtes qm̃ hoies sunt. Psalmus iste (vt ego arbitror) specialius respicit tẽpus istud:in quo hõ peccati regnaturus est:quem dñs Jesus (z si ad tẽps ꝓualere pmittet) pulsatus tandem precibus ecclesie:exurget in ira ꝓtra eum:z indicatis qui sunt ex parte eius:reliquias Judeox z gẽtium subjiciet sceptro suo. Dicunt ergo hoies qui sequũtur hoiem: portantes caracterem eius in frontibus suis:gloriãtes in transitorijs:q; nesciunt honorem eternum: preferentes munera mundi:q; nesciunt donatiua celorum. Studiãt ergo miseri:qui bestie muneribus demulcent:qui ad hoc vsq; pducũtur vt sequant ipsam:z portẽt caracterem eius scriptum in frontibus suis. Audiunt gbus z qualibus ꝓtrarij iudicentur. Illis vtiq; qui ducti spiritu:cuncta tpalia spernunt:qui vt deo ꝑfecte placeant:etiam ab his que sunt licita: abstinere didicerunt. Nam sequitur.

psalmo.

La.14. 2.1.

¶ Vidi supra montem Syon agnum stantem, & cum eo cẽtum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius, scriptum in frontibus suis.

¶ Ein manifeste habes:qbus sint ꝓtrarij qui habẽt nomen bestie scriptum in frõtibus suis:hoc vtiq;:qui nomen agni:z patris eius:habẽt in frõtibus suis. Illi qppe manẽt ad tẽps cum bestia sup flumina Babylonis:nõ plorantes:sed epulãtes. Illi supra mõtẽ Syon manẽt cum agno cãtantes cãticum nouum:ammodo z vsq; in sempiternum. Quare aũt cãticum nouum:nisi q; sicut illi in vetustate primi hois:ambulare z viuere statuerũt:ita isti in nouitate eius qui de celo descẽdit:vt per oia mãdatis bestie ꝓtrarij sint:at q̃n oppositi ex aduerso:quatenus sicut illi ceteros peccatores antecedũt ad penam:ita isti multos iustos precellãt z precedãt ad gloriam? Sũt enim nõnulli inter sanctam ecclesiam:qui z si sua pro deo nõ relinquunt:aliena tñ cõtra dei preceptuꝫ furtim aut vi tollere nolunt. Et hoc plerũq; bonum. Etiam in gẽtibus reptum est. Inter ministros autem Christi:z domesticos bestie:res in ꝓtrariũ acta est:dum quasi qui sibi diuiderẽt interiora aquilonis z austri:isti sua oia deserũt:illi aliena furant:isti matrimonium fugiũt:illi adulteria sine discretione cõmittunt. Et vt semel comprehẽdam in vnoisti cũcta eligunt que ptinent ad spem vitam:illi econtrario:quicqd est iniquum:cespite sectant. Isti ergo nomen Christi scriptum habẽt in frontibus suis:q; hoc moribus z vita predicare ptẽdunt:illi nomen bestie:q; opi deseruiunt bestiali. Elegerunt inq̃z isti interiora austri:illi ꝓfundissima aquilonis:q; quo isti regi suo:ita z illi draconi rubo toto corde adherẽt:vt sicut illi ꝓmi in muris Babylonis:quo isti in muris Jherusalem:z stridẽat illi dẽtibus sup eos qui descẽdunt in lacum:q; isti cãtant cãticum nouum qõ nullus aliꝰ cantare pmittit. Illud autem pretermittẽdum non est:q; oia ista que dicta sunt de duabus bestijs:

psalmo.

ex eo maxime loco:vbi dictum est. Et plaga gladij eius curata est:nõ sunt referenda ad quartum tẽpus:de quo tñ agit: sed ad tẽpus Antichristi. Nec mirꝫ tñ si in quarta parte libri:a Christo vsq; ad Antichristum:seu in muliere amicta sole:que mãsit in solitudine:in tẽps z tpa z dimidium tpis:cuius semen sunt sancti virgines isti: seu in dracone rufo z bestia:habẽtibus capita septem z septem:totum tps ecclesie comprehendit:q; z in reliquis libri partibus:manet pene vniformiter cõsideratio ista. Hec idcirco dicenda occasione verboꝝ que interposita sunt de bestia:z de pseudo ꝓpheta videat̃ oblitioni traditum: agi in hac quarta parte:z in hac quarte partis quarta distinctione de Virginibus z Heremitis: que (maxime) causa fuit:vt in hac quarta parte libri:de bestia terribili ageret:numirum:q; bestia quarta:que gẽtem significat Agarenoꝝ:quarto ecclesie tpe aduersus heremitas virgines q̃z furit exit. Non q; generalis causa hec fuerit: sed q; sicut sancti apostoli Judeoꝝ: sancti martyres Paganorum:sancti doctores Arrianoꝝ pugnas specialiter portauerunt:ita sancti heremite z virgines maiora Sarracenorum sustinuere grauamina:tum q; vrbes: in qbus alebant̃:destruxerũt:tum q; deserta quoq; ipsa:plustrantes:sicut Arabes eos tam crudeliter tractauerunt. Causa ergo:vel occasio:vt in hac quarta parte ageret de bestia: ista sunt. Primo voluit draco deuorare filium virginis: scdo habuit ꝓlium cum Michaele z angelis eius. tertio persequutus est mulierem: quarto abijt facere bellum cum reliqs qui sunt de genere mulieris (hoc est) de virginibus ducẽtibus heremiticam vel monasticam vitam. Hijs dictis cepit introducere ordinem ꝓlij. Dixit enim vidisse se bestiam de mari ascendentem. Quare? q; sicut ecclesia generaliter a Maria matre domini inchoãs: non tñ si in plenitudine gentium cõsumatur:z ideo mulier manere in solitudine dicta est:diebus mille ducentis sexaginta: z tamen specialis eius gloria:quarto tempore claruit:ita hec bestia a ꝓmo qdem pcquutore Herode:vt et ab Herodiade alterius Herodis adultera originem sumens:vsq; ad eiusdem temporis metam dirigitur:in qua:vz:meta prescripte mulieris tempus euntis in solitudinem consumat: ysdem enim numerus bestie:qui z sancte mulieri concessus est (hoc est) mensium quadraginta duoꝝ:z tamen in quarto tempore: specialius:z gloria mulieris:z bestie ferocitas aucta est:vt tanto magis caligo principis tenebrarum operiret terram: quanto in sinu sancte ecclesie lumen iustitie augeretur. Quod vero additur. Vidi vnum de capitibus eius quasi occisum ad mortem: z cetera que sequuntur: ad sextum tempus ecclesie referendum est. Inde est q; in sextis quibusdam capitulis aliquarum partium huius libri:z generaliter in sexta parte repetitum est: quod de bestie huius agone intermissum esse poterat in hac parte:vt tanto hoc tenacius cozui hereat: quanto in similibus locis sermo replicatur. Igitur in quarto tempore sustinuit pondus certaminis: heremiticus z virgineus ordo:etiam in sexu masculino: z ob hoc in q̃rta distinctione huius q̃rte partis sermo ꝓprius de virginibus est. De quibus z dicitur. Et vidi z ecce supra mõtem Syon agnum stãtem:z cum eo cẽtũ quadraginta quatuor millia habentes nomen eius: z nomen patris eius scriptum in frontibus suis:z Montem Syon signi-

Regula nota bilis libri.

Regula generalis.

Mons syon est ecclesia.

ficare ecclesiam:nulli dubium esse potest; Super hunc montem stat filius dei:tanquam rex z dominus regni:tanquam immaculatus agnus cum immaculata militia. Scriptum est de facie quarti animalis in Ezechiele ꝓpheta:q; esset desuper ipsoruꝫ quatuor. Similitudo (inquit) vultus animalium:facies hominis z facies leonis a dextris ipsoꝝ q̃tuor:facies autem bouis a sinistris eoꝝ quatuor:z facies aquile desup ipsoꝝ q̃tuor. Utriq; ascẽsio dñi supiora tz:de figuris vitã speculatiuã:que altior ẽ actiua:

Ezechi.

vtpote: que mundana despiciẽs: solis celestibus inardescit. Valde ergo sublimis est vita virginea: que supra pectus dñi requiescit: ei usq; suauitatis dulcedinem amore potiori degustat. ¶Magnus ¶Petrus apostolorum princeps: z totius prelatus ecclesie: sed o q̃z felix Joãnes est: cui Christus in cruce positus: matrem virginem virgini commendauit. Ille maior in gloria: iste felicior in amore. Alter enim amplius honoratus in populo: alter specialius amatus a Christo: q; alteri vniuersam plebem: alteri propriam genitricem commisit. Sed rursum: qd familiarius q̃z custodire sponsam Christi? qd honoratius q̃z matrez Christi velut in ppriam accipere genitricem? ¶Restat vt equales sint meritis: q̃bus equalis est mẽsura donoz: q; z honor qui ꝓcessus est ¶Petro: indicat apte: q̃tum eu3 dilexerit Christus: z amor qui impẽsus est Joãni: quãto honore dignus sit: manifeste declarat. ¶Hec sunt magna opera dñi exq̃sita in oẽs volũtates eius. Diuersus color: sed nõ in equale pretium: diuersa dona: sed nõ diuersa felicitas. Sacramentum hoc magnum est. ¶Ego autem dico in ordinibus occisoz: z virginuz. Designat sane martyres: beatus ¶Petrus: cui dictuz est a dño. Sequere me. Designat virgines Sanctus Joannes: de quo dr in eodez loco. Sic eum volo manere donec veniam: qd ad te. Ciuitatem sane illam celestem: cuius lapides viui sunt: cuius muri inhabitant ꝓditorem suum: inter varia ornamẽta lapidum: z vernãtia vidaria floz: pulchritudo maxime rosaz: z candor lilyoz exornat. Sunt enim rose precedẽtes multitudines occisoz: lilya serotine virginum cãdideq; caterue. In sẽda ergo parte: in qua ppie de martyribus agitur. Collecta est signatoz martyz summa: z inuẽta est centum quadraginta quatuor millium signatoz ex oi tribu filioz israel: preter turbam illam magnam: ex populis z tribubus: z gẽtibus: z linguis: quam dinumerare nemo poterat. ¶Hic vero supra montem Syon visi sunt virgines sub eodem numero: centum quadraginta quatuor millia: velut in primitias aliorz iusto/rũ: quẽadmodum de eis in sequẽtibus dr. ¶Hi empti sunt ex omnibus primitie deo z agno: z in ore ipsoz non est inuẽtum mendacium. Quidam simplicium putant: hoc esse scriptum de illis pueris innocẽtibus: quos occidi iussit ¶Herodes: sed q̃z sit a veritate alienum: magnitudo ipsa numeri testimonium phibet: que vix in vno magno regno: posset collectis paruulis de facili ꝓsumari. Illi enim in numero martyz computãdi sunt: z eoz qui pro Christo sanguinez fuderunt: hos autem Sãctus Joãnes nequaq̃z de martyrio: sed de ꝓfessione laudum z virginitate cõmendat. Sed num casu accidit: aut fortuito: vt tot ꝓbati virgines: quot z martyres sub taz preclaro numero z tam solẽni ab aliorz sanctoz multitudine segregari debuissent: ¶Diuinime. Sz q; numerus iste (vt iam diximus in scda parte) ptinet ad structuram muroz ciuitatis dei: que dicta est habere in circuitu cubitos cẽtum quadraginta quatuor: ac si ex duobus millibus lapidum politoz dispositis per ordinem intus z foris: singuli cubiti perficiendi sint: exceptis illis qui absq; numero z mẽsura in structura ponũtur. Sed si tot millia virginum quot martyz qui preessent reliquę multitudini: sub certo z finito numero eligẽdi erant: queritur: cur illic dinumeratis centum quadraginta quatuor millibus: ex oi tribu filioz israel: adiunctum est. ¶Post hec vidi turbam magnaz quam dinumerare nemo poterat: ex oibus gentibus: z tribubus: z populis: z linguis: stãtes ante thronum z in conspectu agni amicti stolis albis: z palme in manibus eoz. De quibus z post aliquã subiunctum est. ¶Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione: z lauerũt stolas suas: z dealbauerunt eas in sanguine agni? ¶Hic autem dinumeratis centum quadraginta quatuor millibus virginuz: nõ est similiter adiunctum. ¶Post hec vidi turbam magnam virginum: aut ꝓmentium (vt sicut

Joãnis.

Psalmꝰ.

Joãnis.

Innocẽtes.

innumerabilis est quo ad homines turba martyz: ita z turba virginum innumerabilis esse credit: vt qũo in finito numero equalitas summa est: ita z in infinito: summa equalitas teneat? Sed citius hec solui tur q̃: si duoz ordinum sacramenta virtutesq; pẽsamus. Ut enim in ianua libri huius iam dixisse me recolo: z nunc paulo superius memoratus sum: electi sunt a dño duo præmemorati apostoli: ab ipso principio dñice predicationis: ¶Petrus. s. z Joãnes: in typo istoz ordinum: de quibus ad præsens sermo est: martyz. s. sanctoz z virginum. Significat enim ¶Petrus ordinem martyz: Joãnes virginum: q; alter martyr fuit: alter virgo. Et qdem in martyribus Christus: qui pro eis passus est: prelatur: z vincit in virginibus qui mũdi sunt mẽte z corpore: spiritus sanctus qui tales sibi querit in tẽplum: specialius requiescit. Si autez ordo martyz ꝓprietate mysterij ptinet ad Christum: ordo virginuz ad spiritum sanctuz: apta est rõ: cur in hoc scdo statu colligit summa oium martyz: quam nemo dinumerare pt. Virginũ aũt nõ eq̃ multitudo: sz pars: q; vz: ordo martyz sequẽs Christum cum scdo statu seculi ꝓsummationem accipiet. Ordo autez virginum qui in typo spiritus sancti ꝓcedẽtis a patre: inchoatus est simul cum ordine martyrum: ab exordio qdem scdi status inchoatus est: sz nequaq̃z in fine ipsius status scdi pariter finiet: z in typo eiusd z spiritus ꝓcedẽtis a filio ꝓseuerabit integer vsq; in finem: dicente in typo eius dño: de Joãne. Sic eum volo manere donec veniaz: z id circo nõ sunt necesse: vt sub hoc scdo statu infinita multitudo virginum colligeret in summa: q; qd minus ꝓsumatum est de eo in hoc scdo statu: ꝓsumabit in tertio. Nec vacat tñ hoc dixisse a mysterio ciuitatis. Erat enim (vt ait Joãnes) structura muri eius ex lapide Jaspide. Jaspis enim viridis est coloris: z significat integritatem fidei quam habuerunt sancti martyres: in qua z vicerũt. Unde z eidem ciuitati per

pphetam dr. Dabo Jaspidem ppugnacula tua. Dãcti etenim per fidem vicerũt regna. Sed qũo Jaspis ppugnacula datus est? Scimus q; propugnacula in exteriori parte locata sunt: vt eisdez resistẽtibus inimicis z sustinẽtibus ꝓtusiones lapidũ qui mittunt aduersus eos: quicqd manet in structus: ꝓseruet illesum. Ea pp illa cẽtum quadraginta q̃tuor millia que scripta sunt in parte scda ad tuenda interiora ciuitatis velut qdam lapides q̃dri in exteriori parte structure collocati sunt: hic autem totidez millia in interiori: inter vtraq; vero: illa multitudo quam dinumerare nemo poterat ad completionem structure: quatenus excepta facie interiori: vniuersa spissitudo muri: esse videatur ex Jaspide: ne illi qui in facie exteriori ordinati sunt: soli ictus pugnãtium sustinere nõ possent. Sz si his lapidibus qui extra sunt: pp legittimã certaminis actionem: taz innumera multitudo aliorum coniungitur ad perficiendam structuram: nunquid illi soli erunt: qui in interiori facie muri ꝓsistunt: vt non habeant z ipsi socios extimationis infinite: qui proficiant in structura? Absit. ¶Habent vtiq; z ipsi: qui ꝓficiant in structura ciuitatis: ne vacua a domoz fabrica esse putetur: z non potius vt intelligaf ptinere ad innumeram multitudinem virginum: id qd subsequẽter adiunctum est. Ipsa vero similis auro mundo: simile vitro mundo. Ut enim viriditas Jaspidis significat pfectionem fidei: per quam sancti martyres vicerũt regna: ita munditia auri similis vitro mundo: pfectionem castitatis z ptemplationis designat: unumq; q; in viro religioso: alterq; fine altero minus vtile iudicatur. (¶Hoc est) si aut mundus non est: vt amek a deo: aut si negligit videre deuz: qui nisi videaf: z agnoscatur: pfecto: sicut expedit: amari nõ potest. Sed qũo videbit ille quem nemo vidit vnquam? ¶Haud dubium: q; oculis cordis. Scriptum quippe est. Beati mundo corde: qñ ipsi deum videbunt. Sed quare corde dicit: z non cor/

pore? Qz sicut mundicia cordis: sine corporis mundicia haberi nō potest: ita sine cordis mūdicia: corporis castitas nihil est. Ergo castitas cordis omnino necessaria est: z qz ipsa sine corporis castitate haberi nō potest: etiam hec ꝓpter illam non minus q̃z ipsa: imo z diligentius modis omnibus seruari oz. Sciendum vero q̃ z illa cētum quadraginta quatuor millia signatoꝝ martyꝝ: z ista totidem millia virginum: de q̃bus nunc sermo est: nomen Christi z patris eius habēt in frontibus suis: qz nō erubuerunt nomen dñi: z euangelium Christi: sed libera facultate: z revelata facie predicauerunt: z portauerunt nomen dei gaudentes in improperijs z ꝓtumelijs ꝓ nomine Christi: z quod aliquando acceperunt in sacramento (hoc cum fuit licitum) z moribus: z vocibus impleuerunt. Sequitur.

L.2. ¶Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui, sicut Cytharedorum cytharizantium in Cytharis suis.

¶Atque: z si multe sunt: vnam tñ faciunt vocem. Atque enim pluuiales: cum sonitu descēdunt de celo: similiter z tonitrua. Celum: excellēt iam vite ꝓemplatiue: in qua sancti isti habitabāt: in hoc loco designat: siue etiam ipsos sanctos: qui pre ceteris: neglectis terrenis: solis celestibus inhiabāt. Cum enim spiritualium virorū: spiritualia verba fuerint z optimo sanctitatis eorū in aures hoium insonuerunt: nōne tibi videtur completum fore etiam tunc. In oēm
Ps.18. terram exiuit sonus eoꝝ? Et ob hoc audita est vox: tanq̃z vox tonitrui magni. Quz vero ex eadem voce: multa corda hoium cōpuncta sunt: quoꝝ plurimi relicto mundo: cenobioꝝ collegijs adheserunt: nonne velut quedam aquaꝝ vox: agruꝝ complebat ecclesie: melius exemplis predicando: q̃z verbis? Exhortatoria namq; vox: sollicitat aliquotiens opantem: z cum vim faciendo excitat: aliquem ex eo fructum bone opationis extorquet: cum vero sanctorum vita: z eoꝝ maxime qui presto sunt: in exemplum adducitur: quasi ad audiendam cytharam: coaptatur: z vt q̃dam suauis tymnulus compungit alium audientis. Qz vero nō parua erat noua illa sanctoꝝ militia: neq; aquaꝝ parua erat vox que de illorum veneranda opinione surgebat: sed quasi vox aquarum multaꝝ z tonitrui magni: z sicut cytharedoꝝ cytharizātium in cytharis suis. Audita est vox altoꝝ sanctorum magna satis z multiplex sicut z ista: sed non sicut cytharedoꝝ cytharizantium in cytharis suis: sed plerūq; ploratus z vlulatus: q; cōuersi a vanitate seculi: agunt penitentium de peccatis suis: necesse habent fletu expiare delicta: z satisfacere: voce lugubri ꝓ reatibus suis. Hi autem q; virgines sunt: z corpore z corde: z ab hoc etiam collocati supra montem dñi: quid possunt cantare: nisi de cāticis Syon? Sine ergo ab eis exeat vox ista: siue de eis nō pōt esse nisi gaudij: nisi suauitatis z amoris: q; quod sentiunt in semetipsis: hoc z verbis z exemplis indesinēter effundunt. Quasi etiam cythariste sunt angeli qui iugiter laudant deum suum: z laus illa pre multa dulcedine: est perpetuus cibus eorum: z munera ipsa gratiaruꝝ designata in cytharis: hereditas eoꝝ. Quasi (inquit) cytharedoꝝ cytharizantium in cytharis suis. Cytharedus: non coactus: sed volēs z exultans: cytharizare ꝓsueuit; pascitur enim sono: z non consumitur cibus eius: q; continue idem sonus quasi fons indeficiens de arte manat tñ vt disposita arte: non desinat cytharedus: cordis manu z plectro pulsare. Sed que sunt iste corde: que ita a viro iusto z castitatis ꝓpositum habente sine intermissione pulsant? Cum multa dona spiritus sancti dinumerasset

apostolus: z vellet ostendere excellentiorem viam: post multa que loquutus est adiecit z ait. Manent autem: fides: spes: charitas: tria hec: maior autem his est charitas. Ecce iste sunt tres corde: quibus promitur sonus letitie. Quis enim sine fide veraciter gaudet? Quis sine spe fructuose letatur? Quis sine charitate sapienter exultat? Sed ista tria haberi non possunt: nisi in nouo homine qui ait. Si quis non abrenunciat omnia que possidet: non potest meus esse discipulus. Vacuitas ergo cytharе: voluntariam significat paupertatem. Non enim bene resonat corde: si vas ipsum musicum: concauum non est. Et non potest quis perfecte habere illas virtutes: aut effectum earum: nisi vacua sit mens a cupiditate pecunie. Scriptum quippe est. Vbi est thesaurus tuus: ibi est z cor tuum. Unde z quasi cāticum nouum cantare sancti virgines dicti sunt: quia licet hocipsum canticum: ante adventum domini cantauerint aliqui viri sancti: sicut Helyas: z Helyseus: in Christo tamen solenniter confirmatum est: z ex eo tempore multiplicari ceperunt qui hoc nouum canticum personarent. Et bene subiunctum est.

L.3. ¶Ante sedem & ante quatuor animalia & seniores.

¶Quia non sicut filij huius seculi coram regibus terrenis: z principibus cantant: sed in conspectu omnium sanctorum: qui siue in sede dei: siue in quatuor animalibus designati sunt: z in conspectu eorum qui loca viginti quatuor seniorum retinent in terra: vel q; sic futurum est in consumatione seculi: qñ vniuersa agmina sanctoꝝ colligentur in vnum: z in eterna illius patrie beatitudine: incipient agere diem festum. Nec absurdum videatur: qđ ait: ante quatuor animalia: ꝓ eo q; ipsi virgines ad quartum animal pertinere noscuntur: quia spiritualiter illud animal quartum est: quod designatur in muliere. (hoc est) in ecclesia sanctarum virginum: cuius semen sunt isti viri sancti: qui speciali p.uilegio cantant canticum illud nouum: quod aly cantare non possunt: z q; in quarto animali possunt accipi: quicūq; veri contemplatores sunt: etiam qui post lapsum carnis: conuertuntur ad dominum: hi autem speciale aliquid acceperunt quod alie sanctorum multitudini attributum est. Nam sequitur.

L.4. ¶Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.

¶Quare? Quia hocipsi soli in munere perceperunt. Habent autem z alij sancti
ps.83. cantica sua: sicut scriptum est. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Sed tamen hoc speciale canticum: his solis: in proprium datum est. Alioquin: z in multebri sexu: q̃z multe virgines cozonate sunt: z tamen non eis datuꝝ est huiusce modi canticum: quia non omnes virgines sicut isti sancti: sequuntur agnum quocunq; ierit. Non enim ꝓ sola virginitate acceperunt hoc donum: sed ꝓ eo q; in ore eorum non est inuentum mendacium: De vtroq; etenim munere commendat eos Joannes: cum dicit.

L.5. ¶Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ deo & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum dei.

¶Qui fecit vniuersa de nihilo:z qui producit de pulchra arbore pulchros flores: ipse fecit hoc. Quare miraris? Unusquisq; proprium donum habz ex deo:alios quidem sic: alius vero sic. Ipse ergo qui emit nos sanguine suo: z redemit de potestate principis tenebraz:ipse emit viros iustos de terra:ne terrenum aliquid cogitarent:z vt essent in primitijs aliozz instoz:quoz est numerus infinitus. Et benedictum est in fine. Et in ore eoz non est inuentum mendacium:vt munimentum virginitatis:humilitas esse intelligatur: qz qui sibi attribuit hoc donum:mendax est:z tanto alienus est a numero iustoz per superbiam:quanto iustus esse putat per virginitatem:qz illud sine isto:iustoz psortium non meret. Nam quo vaciter dici posset. Sine macula sunt ante thronum dei:z hi sequunt agnu quocunq; ierit:si sola carnis virginitas cõmenda ret in eis? Quidam autem conant transferre verba ista:ad oes sanctos:z quasi per spiritualem intellectum vniuersitati attribuere:quasi nõ sint diuerse mansiones in regno celoz:z non sit aliqua differentia inter priugatos z ptinentes:inter ptinentes z virgines:quimmo inter virgines z virgines:inter eum qui simpliciter virgo est: z eum qui cum virginitate:magna conse quutus est ornamenta virtutuz. Ne autem tali intellectu statuto:solueretur emulatio virginitatis:non ait simpliciter Sanctus Joanes. Et cantabant quasi canticum nouum:sed cum adiunctione. Ante sedem z quatuor animalia z seniores: vt vz:alij esse intelligant:qui cantant huiuscemodi canticum speciale:alij ante quos cantat:z maxime vt isti gaudeant:qz id eis datum est: qd alijs non est datum:z illi qz tam digni sunt: vt in pspectu coz assistant:hi qui tale canticum cantare pcessi sunt. Sicut ergo verus est numerus seniozz:ita verus est numerus centum quadraginta quattuor millium martyrz:z totidem virginuz: vt sint quasi principes z prelati illius multitudinis:que dinumerari non potest. Et de his pro tpe satis dictuz. Opz enim nos in aliquibus locis minus dicere de immensitate dicendorum: ne illorum nimia latitudo:pariat angustias in alijs que dicenda occurrunt.

¶Explicit distinctio quarta. Incipit distinctio quinta.

¶Et vidi alterum angelum volantem per medium cælum,habentem euãgelium eternum, vt euangelizaret sedentibus super terram,& super omnem gẽtem, & tribum,& linguam, & populum,dicens voce magna. Timete deum ,& date illi honorem: quia venit hora iudicii eius, & adorate eum qui fecit cælum,& terram,& mare, & fontes aquarum. Ap. 14.

Huius loci explanatio talis est. Uobis dr̃ gentibus:z tribubus: z linguis:z populis. Audite: z intelligite. Timete deum:z date illi honorez:saltem pro timore pene: qz venit hora iudicij eius:z adorate eum qui fecit celum: z terram: z mare:z fontes aquaz. Angelum istum:illum esse arbitror:qui scdã libri partem in spẽ agle volãtis:visus est in celo:annũciãs immensitatem maloz:que supuentura erant vniuerso orbi. Sic enim scriptum est in eodem loco. Uidi z audiui vocem vnius aquile volãtis per medium celum:dicentis voce magna. Ueh:veh:veh:habitantibus in terra:de ceteris vocibus trium angeloz qui erãt tuba canituri. Quid enim est aliud clamare. Ueh:veh:veh:nisi horam iudicij annunciare? Nec miruz si per medium celum volare dr̃:qui horam iudicij annunciare missus est: qz necesse est vt alta ptemplando:z celestes scripture semitas volitando:pcurrant:qui volunt vicinam horam iudicij ineuitabiliter agnoscere. Sicut enim ille qui per nudum intellectum littere: de solis terrenis nouit agere:terrenus est z animalis:qui autem per contemplatiuum intellectum:in ipsum deum qui est verum lumen:mentis oculum figit: etiam supra celum aduolasse videt:ita qui per typicum intellectuz:iudicia que facturus est deus in orbe terraz:z tẽpus eorundem iudicioz appropinquasse cognoscit: quasi per medium celum volant: nimirz: qz alia infra terra vero supra relinquunt. Quid est autem qd ait. Timete deuz:z date illi honorem:nisi qz ille honorat euz:qui timet illum:ille exhonorat qui timere contemnit? Qd vero addit. Qz venit hora iudicij eius:tale est:ac si diceret. Et si hactenus pretempsistis timorez dei:cum pax esse putabat in mundo:z adhuc lõge distabat ruina eius:saltem vel modo penitentiam agite:cum hora iudicij ppe est. Horam iudicij in hoc loco:nõ extremum diem iudicij:sed sicut ex sequẽti colligit:tps Babylonice desolationis: appellat. Quid vero est qd dicit. Et adorate eum qui fecit celuz z terraz:z mare:z fontes aquaz:nisi vt patenter ostẽdat:qñ rei sint qui nolunt exhibere reuerẽtiam principibus huius mũdi: nõ valentibus facere capillum album aut nigrum:z eum qui fecit oia reuereri pretermunt? Utz autem iste predicator:quarto tpe missus fuerit in mundum:an in quinto:nõ potest his diebus facile explicari: pco.scp nuncij potentis dei: aliqñ longe ante tempus:aliqñ prope dirigunt:z tũ:z cum longe ante tempus:z cum prope mittunt:vniformiter iudicium dei prope esse dicunt:nimirz:qz qd longum est apud homines:breue apud deuz z momẽtaneum est: Si ergo in quarto tpe pfinmata est legatio ista: ego hunc angelum volantem per medium celum: qui ita intonuit diem iudicij:Sanctum Papam Gregorium fore puto:cui nihil inter oia que scribit: a deo familiare fuisse pfitet:qñ timorem potentis dei:z diem extremi iudicij hominibus suadere:maxime qz in diebus eius exordiri iam inceperat:Mahometh telaz suam: per quam data est occasio:vt bestia illa qr̃ta (cuius superius fecimus mentionem) egrederetur de loco suo:z faceret in multis locis iudiciuz qd p eam oipotẽs deus faciẽdũ preseiuit. Si vo adhuc futuz est: pro eo qd dictus est idem angelus habere euangelium eternum vt euangelizaret illud sedentibus super terram: z super omnem gentem: tribum: z populum:z linguam:conferenda sunt verba: que de eo scripta sunt:z de duobus alijs qui sequuti sunt eum:vt alia per alia inquisita: aut omnino pareant intellectui nostro:aut qd reliquum fuerit igne comburatur.

Tẽpus longum

Papa Gregorius.

¶Explicit distinctio quinta. Incipit distinctio sexta.

¶Et alius Angelus secutus est eum, dicens. Cecidit, cecidit Babylon illa magna:quæ a vino iræ fornicatiõis suæ potauit omnes gentes. Ap. 14.

Si verba ista collata cum superioribus studiose pensamus:id nobis potius dr̃atur intelligi:qd in vicino tempore sint angeli isti reuelandi:z circa finem scdi status:in quo z meretrix Babylon iudicanda est pro scelere suo:z qui ad preceptum bestie supascripte: recedent a deo viuo z vero:mittentur pariter in stagnum ignis: z cruciabuntur in secula seculorum. Arbitror autem primum istorum trium oportere precedere sub apertione quinti sigilli. Duos autem subsequi simul sub apertione sexti Et primum quidem esse (vt iam dixi) vel aquilam illam que volauit per medium celum:vel illum qui habebat in manu sua librum apertum: duos vero illos prophetas qui prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta. Uerumtamen z

aliter esse potest: quia qui magnus est super omnes Reges: habere plura obsequia: ⁊ diuersos ministros mittere potest. Quod autem ait secundus angelus. Cecidit: cecidit Babylon illa magna: que a vino ire fornicationis sue potauit omnes gentes: aut ad ruinam temporis: quod omnino vicinum est: referendum est: aut certe (quod magis: arbitror) post ruinam per exprobrationem dicetur. Vinum autem eius: vinum ire est: ⁊ venenum Aspidum insanabile. Ipsa est fornicatio ipsius: per quam sibi thesaurizat iudicium in die ire: fornicatio non solum corporis: sed ⁊ cordis. Hoc vino ire potauit omnes gentes: omnes: scz: familias suas: quia quicunq; participant voluptati eius: necesse est vt accipiant de vino passionis ipsius. Et hoc quidem de voce secundi angeli. Quid de voce terty qui sequutus est illos?

E.7. ¶ Et Angelus (ait) tertius sequutus est illos, dicens voce magna. Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit caracterem in fronte sua: & hic bibet de vino iræ Dei: quod mixtum est mero in calice iræ ipsius: & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sancto/rum: & ante conspectum agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: nec habebunt requiem die, ac nocte, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius: & si quis acceperit caracterem nominis eius.

¶ Magna voce dicit quod dicendum erit: Angelus tertius: quia ibi maior pressura erit: ⁊ tunc vsq; inexperta calamitas. Et quid erit? Surgent pseudo Christi: ⁊ pseudo prophete ad seducendum (si fieri posset) etiam electos: ⁊ sicut superius dictum est de Bestia que ascendit de terra: faciet vt quicunq; non adorauerit imaginem Bestie: occidatur. Quando erit istud? (Haud dubium) q̃ post ruinam Babylonis. Deo enim q̃ tradenda est ipsa meretrix in manu Bestie: ⁊ decem Regibus suis: ignorans ipsa Bestia ⁊ pseudo prophete consilium Domini: dicturi sunt: q̃ idcirco tradatur potestati eorum Romanum Imperium: quod aliquando prefuit vniuersis Regnis: quia falsa sit religio nominis Christiani. Et idcirco triumphantes de Babylone: querent etiam nomen Christi delere de terra. Perseuerante autem illa miseria: nonnulli videntes prosperare inimicos: deficient in fide: ⁊ inclinabunt capita sua ad faciendam Bestie voluntatem: ⁊ regis: qui regnaturus est super ea soluta religione Christiana: ⁊ negato nomine Christi. Propter electos autem qui erunt inter eos: ⁊ ne ipsi reprobi habeant excusationem mittetur ipse nuncius: qui non modo predicat hoc in abscondito: quasi timens: sed clamat voce magna: que longius ⁊ ab omnibus possit audiri. Et quid clamat? Dictum est. Si quis adorauerit Bestiam ⁊ imaginem eius: ⁊ acceperit caracterem in fronte sua: aut in manu sua: ⁊ hic bibet de vino ire dei: quod mixtum est mero in calice ire ipsius. Notandum vero q̃ precedens angelus dixerat Babylonem potasse omnes gentes ira fornicationis sue: hic autem dicit bibituros de vino ire dei: q̃ mixtum est mero in calice ire ipsius: eos qui adorarent bestiam ⁊ imaginem eius.

Imperium Romanum

Notandum inquam: cur dictum sit ibi de ira fornicationis Babylonis potatas esse omnes gentes: hic autem de vino ire dei potandos esse illos qui adorant bestiam ⁊ imaginem eius. Scimus autem q̃ vnaquaq; gens obediebat antiquitus principi suo ⁊ sue bonas: sive malas: custodiebant traditiones predecessorum suorum. Quando autem Imperatores Romani ceperunt super ceteros Reges eleuari in sublime: non potuerunt esse contenti finibus suis: sed ceperunt agere mira: quomodo expulsis regibus singularum gentium: multiplicarent sibi vxores fornicarias in diuersis partibus mundi: qui autem nitterentur esse sub rege proprio: potarentur vino ire fornicationis ipsius: nimirum: quia iram incurrebat ⁊ odium: quecunq; gens cum eis fornicari cum suis principibus: aut legibus noluisset. Unde ⁊ Judei dixerunt Pylato. Omnis qui se facit regem: contradicit Cesari. Sed si irascitur potestas terrena eis qui nolunt sponte fornicari cum eis: quid mirum si irascitur deus? Disperdit enim omnes qui fornicantur ab eo: non considerantes quantum differat inter eos qui occidunt corpus: ⁊ eum qui potest animam ⁊ corpus perdere in gehennam. Quod autem ait. Et hic bibet de vino ire dei: quod mixtum est mero: simile est eius quod scriptum est in psalmo. Hunc humiliat ⁊ hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fex eius non est exinanita bibent omnes peccatores terre. Tria commemorata sunt in calice vno: vinum: scz: merum ⁊ fex. Fex significat peccatum: misturatio vini ⁊ meri: iudicium. Inclinat autem dominus de vas in vas: modo iudicans istum: modo illum: ⁊ tamen fex peccati: non est exinanita igne humano: sed etiam post iudicium ⁊ iudicium perseuerat vsq; in finem: ⁊ idcirco non cessat iudicare: hunc humilians: ⁊ hunc exaltans. Sed quare calix quem propinat peccantibus: vini meri plenus mixto? Quia plerunq; eos qui nolunt corrigi: pena temporali iudicat: ⁊ condemnat eterna: vt quodammodo de ira vini: raptantur ad furorem meri: qui leniri non possit: iuxta illud apostoli. Horribile est incidere in manus dei viuentis. Unde ⁊ recte Sanctus Joannes: dicens. Et hic bibet de vino ire dei: addidit: quod mixtum est mero: ne quis pena temporali in vitis illata: tempore finis: putet expurgari posse quantacunq; delicta: ⁊ non potius ad districtum ipsum iudicium: quod significatum est in vino: pertinere penam obdurationis: ita vt nec percussi aliqui dolere queant: sed indurati in flagellis deteriores fiant: quatenus: vnde electi veniam: inde ipsi iudicium consequantur eternum. Quod: videlicet: iudicium intelligi voluit quando consequenter adiunxit. Et cruciabitur igne ⁊ sulphure in conspectu Angelorum sanctorum: ⁊ in conspectu agni. Licet autem in veritate in conspectu angelorum sanctorum sustineant reprobi condigna tormenta: non immerito tamen nomine angelorum: illi electi homines intelligi queunt: que vt sibi caueant fideles a cultu Bestie ⁊ imaginis eius: missi a domino: clamare non cessant: vt coram illis crucientur in futuro: quos hic subsannantes: quasi fatuos a suis conspectibus abiecerunt. Unde ⁊ bene subditur: in conspectu agni: quia ⁊ ipse: cum pro salute mundi missus esset a patre: abiectus est ab impys: extra vrbem: ⁊ inter homicidas morte turpissima condemnatus. Sequitur.

Psalmus.

Psalmus.

Tex.8

¶ Et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet.

¶ Lignum fumicans: si perfecte succendit: versum in carbonẽ: mox soluit fumo.

Similiter peccatores si positi in angustia temporali:patienter sustinent:ac si aurum in fornace purgati:desinunt esse qđ erant: & incipiunt esse qđ non erant. Qui vero nolunt hic purgari a vitijs: per verbum crucis:ardebunt in eternum: & illoz iniquitas non cessabit. Semp enim malum cogitat qui coz ỹz iniquum: & positus in flagellis:non odorem aromatum:sed ferẽtis sulphuris fumuz mittit. Boni namqz cum affliguntur:benedicunt dñm: & illa benedictio:fumus aromaticus est. Mali vero cum affliguntur:murmurant & blasphemant:& blasphemia eoz:quasi fumus sulphuris:aut carnis putride fetor ascendit. Ascendet ergo fumus tormentoz illorum in secula seculoz: qz non eis prodesunt tormenta ad correctionem:sed semp ardebunt in inferno:& in sua prava voluntate sine fine manebunt. Unde & mox subditur. Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam & imaginez eius: & si quis acceperit caracterem nois eius. Die ac nocte:positus est:pro cõtinuo:ac si diceretur:semp:non qz in illo seculo vicissitudo sit tempoz:sed qz hoc modo in hac vita positi:solemus mala exprimere: que ptinua sunt:vt pote ỏ acutis febribus:que non tribuunt spatium ad quietem:& neqz die neqz nocte interpollatione mitigãtur. Ad expalmẽdam etenim perditionem eorum sepe prophetie spiritus consueta mala in exemplum adducit: vt per minima que nouimus discamus dijudicare maiora. Sequitur.

T.9. THic patientia sanctorum est qui custodiunt mandata dei et fidem Iesu.

TTale est:ac si diceret. Non mirent homines ad districtionem iudicij: nec iniustum videatur:qz tam immanem bestiam deus oipotens regnare pmittet:vt experiãtur qui sui sunt:qz & si occasio maioris pene per hoc dabitur reprobis: inde tñ palmaz victorie merebunt electi. Tristis fuit ad tẽpus apostolis dies sextus:in quo passus est Christus:sed tñ & ipse per eandem passionez:ab omni passione quieuit:& vna cum passionis psorte:nõ sine palma victorie paradisum intrauit. Consortem autem idcirco dixerim passionis latronem:qz & si causa nõ fuit eadem:sed alia ante cõfessionem:post pfessionem tñ pena delictis debita:versa est ptinus in virtutem. Necesse est ergo:necesse est:transire per torrentem Cedron sexte ferie:qui cupit ad sabbatum puenire:qđ ẽ̃ fit auctoritate ratum:& veritate solidum:subsequens distinctio vera citer aperteqz demonstrat.

TExplicit distinctio sexta. Incipit distinctio septima.

T.10. TEt audiui vocem de cælo dicentem. Beati mortui qui in domino moriuntur. Ammodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis:opera enim illorum sequuntur illos.

TIn his verbis qđ dicam:non aptius ẽ̃z ipsa inuenio. Satis est hebes qui verba hec nõ intelligit. De hac beatitudine & tam magna suauitate quietis:inter cetera que disputauerat in epistola ad Hebreos:per apostolum dñi. Ingrediemur in requiez qui credidimus:quemadmodum dixit deus. Sicut iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meam. Et quibusdam interpositis in expositione verbi huius: adiecit & ait. Si Iosue requiem prestitisset:nunquaz de alia loqueretur post hanc diez. Itaqz relinquetur (ait) sabbatismus populo dei. Et subdidit. Qui enim ingressus est in requiem eius:etiam ipse requieuit ab operibus suis:sicut a suis deus. Ubi & protinus adiunctum est. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Qđ ergo sentit apls in loco illo de sabbato:hoc in isto de eo sentit Ioãnes:qnimo spũs sanctus: Hebre. psalmis.

qui & loquebatur per eos. Et bene ait. Audiui vocem in celo dicentem. Beati mortui qui in dño moriunt:qz in sacra scriptura audita est vox ista: in qua & significata est (hoc est) in illa requie tpali:quam Iosue famulus dñi:prestitit filijs israel. Uerba igitur ista:in quibus dr. Beati mortui qui in dño moriuntur &c. veluti de sexta feria in sabbatum transire nos citant:nimiz qz labor sexti tpis affligendo pristat:hos requies septimi demulcendo letificat. Et bene postq̃z agit de patiẽtia sanctoz:mox adiunctuz est de requie sabbati:qz nimiz: vt sexta die passus est dñs:sabbato autem requieuit a laboribus suis:ita in sexto tpe: (vt sepe iam dictum est) complebit passio corporis Christi:& erit post hoc sabbatum glorioſum:seu in illis qui iam regnabunt cum Christo: seu in his qui Antichristo ruente:remanebunt sup terram:mansuri in hac vita pro velle dei:quousqz compleatur illud tempus:qđ vocatum est:nouissimus dies. In quo:vz:nouissimo die:psummatis vniuersis mysterijs & laboribus sanctorum: quid iam nisi messis & vindemia restat? Nam sequitur.

T.11. TEt vidi & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream: & in manu sua falcem acutam. Et alter angelus exiuit de templo, clamans voce magna, ad sedentem supra nubem. Mitte falcem & mete:quia venit hora, vt metatur: quoniam aruit messis terræ. Et alius angelus exiuit de templo:quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habet potestatem super ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ:quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam, & vindemiauit uineam terræ: & misit in lacum iræ dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatẽ: & exiuit sanguis de lacu usqz ad frenos equorũ per stadia mille sexcenta.

TSepius me dixisse recolo:& adhuc in suis locis repetere idipsum compellor. Nolo videri qđ non sum:fingẽs aliqđ ex presumptione mea. Nolo extimet aliquis exigẽdum a me qui sum hõ agricola a iuuentute mea:qđ ab ipsis quoqz pphetis exigiante sua tpa non licebat:qz & ipsi ex parte videbant:& ex parte prophetabant:& nos adhuc ex parte videmus:& hocipsuz per speculum in enigmate:& fig dem ipsaz partem visionis pro tpe grandescere oportuerit. Aliud est enim videre multa:aliud oia. Aliter videt ciuitas:cum adhuc per dietam longius distat:aliter cum venit ad ianuam:aliter cum pgitur intus. Nos igit qui ad ianuam sumus:multa qdem loqui possumus:que aliqñ ex toto vel ex parte latebãt:sed non sicut hi qui erunt intus:& oculo ad oculum videbunt: cum ea que scripta sunt in hoc capitulo incipient psummari. Certe qđ de messione & vindemia in hac distinctione septima scriptum est:tam pspicuum est:vt de his quid significẽt dubitari non possit. De angelis vero qui habẽt falces:& de his qui clamat ad eos:nondum est vsquequaqz expositio certa:qz statum illius ecclesie que futura est in nouissimo tẽpore (hoc est) post ruinam bestie:cuius sta Homo agricola

pra fecimus mentionem) plene: sicut futurus est assignare negmus. Arbitramur ūm in eo qui vilus est sedere supra nubem candidam: z esse simulus filio hois: significari quendam ordīne iustoꝝ: cui datum sit pfecte imitari vitā fily hois: z (sicut alibi scripsim' sancti Joānis euāgelistē) dīe nihilominus linguam eruditam ad euangelizandum euāgelium regni: z colligendum in aream dni vltimam messionem. Jn angelo vero qui egressus est de templo: z clamauit voce magna ad sedentem supra nubem: ipsum filium hois. de quo dicit psalmista. Deus in templo sancto suo: vel certe vnū aliquem magnoꝝ nunciorum suoꝝ. Egredietur enīz: qz iam tunc manifestius erit in piciētys hoīum: clamauit autem voce magna: qz vt hoc faciat ordo ille: ei per manifestum donum spīritus: z nō iam per enigmata: intimabit. Qui: vz: ordo: recte coronam aurēam habere describit: qz in veritate certabit pīra oia vitia: z supabit ea: z id circo coronatus pro precedēti victoria: dignus existimabit qui euangelizet electis' z congreget triticum in regnum celoꝝ. Qui bene etiam supra nubem candidam sedere describit: qz nubes qdem corporea res est: nec tñ grauis z ponderosa: sicut terra: sed leuis: z pertransito illius nō erit ponderosa z obscura: sed lucida z spiritualis: nō enim erit subditus actioni: sicut ipsi esse cogimur: z si inutilis: sed pie gratie vbertate magis ptemplationi intētus. Sicut enim illi hoies dicunt sedere sup faciem terre: qui terrenis inhiant: z terrenis incumbūt: ita felices hoies illius status: qz de rebus mūdanis nihil cupiēt velut in aere positi: super nubem cādidam requiescent. Illi miꝝ: qz qđ distat inter terram nigraz: z nubem cādidam: z hoc distare videt inter corpoream exercitationem: z ptemplationem celestium: cppe cum ibi corporalia: hic spiritualia acquirantur. Hec de eo qui sedebat super nubem: z de angelo qui exiuit de templo. Nunc videndum est de eo qui exiuit de templo qđ est in celo habēs z ipse falcez acutam: z de eo qui exiuit de altari: z clamauit ad eum vt vindemiaret vineam terre. Nota qz de primo templo nō est dictuz qz sit in celo: de scđo autem subūctum est. De templo qđ est in celo: vt aliud intelligaꝫ per illud templum: aliud per illud: nimiꝝ: qz vita illa que designat in nube: humilior est ea que designat in celo: vtiqz: qz z aer medius est: inter terram z celum. Quēadmodum autem si ageremus in parte vna de Joāne Baptista: z hoie Christo Jesu: z discipulis eius: in alia de Helya z spiritu sancto: simulqz de aliqbus spiritualibus viris. Cōstet enim qz Joānes baptizauit in aqua: z hō ipse Christus Jesus in aq̄ venit z sanguine: z Helyas raptus est in curru igneo: z spiritus sanctus sup apostolos: in ignis ostensione descendit: ita in eis qui habēt falces: alīq ordines designantur: in eis autez qui clamāt ad eos: aut ipse filius z spiritus sanctus intelligēdi sunt: quoꝝ clamor est inspiratio manifesta: vel certe aliq viri spirituales per quos specialius loquant': ipse filius z spiritus sanctus: sicut quondam in duobus angelis: qui erant pīctes Loth de Sodomis: peccatores homines punierunt. Et qz in nouo testō qđ ptinet in duobus statibus: nō est agēdum de vita actiua z ptemplatiua: sm similitudinem Agar: z Sarre: sed potius sm similitudinem Lye z Rachelis: aut Joannis Baptiste z Helye: q̄ruis ille qui ascendet sup nubem candidam: cōtemplatiue vite insistat: respectu eoꝝ qui terrenis implicātur negocys: altioris tñ vite videtur esse ille qui egredit de templo qđ est in celo: qz alia est libertas magistery: z doctrine spiritualis designate in nube: alia libertas amoris contemplationis diuine. Quocirca: vt in eo qui erat similis fily hominis: aliqs ordo futurus pfectorum viroꝝ seruantium vitam Christi z apostoloꝝ intelligendus est: ita in angelo qui egressus est de templo qđ est in celo: aliquis ordo heremitaꝝ emulantium vitam angelorum. Nimirum qz z in vita ista humilion: non nulla q-e

Ordo psalmō.

Ordo spiritualia.

Ordo Monachorum

Ordo Heremitarum

Ordo Heremitarum

Duo ordines.

Hiero/nymus

Ordo Monachorum

Ordo Heremitarum

Ordo apostolicus.

Heremitarū Augustini.

sunt hominum necessaria sunt. Jn illa: nō tam que sunt hominum: qꝫ que spirituum supernoꝝ. Et rursum ys qui filij hominis similis esse perhibetur: ptinue manifestius appareat: hic autem de celo in quo manebit occultus: velut repente egressus est: qz hi qui miſrant deo in humiliori perfectione: ad vtilitatem intuētium in conspectu electorum hominum dati sunt: quatenus ab eis accipiant salutis monita: z pie conuersationis z perfectionis exemplum: qui autem vt perfecti vniuersi remotiora petunt: si quando suggerente spiritu egredīntur ad homines veluti de archanis celorum aduenisse putantur: adeo vt multorum corda hominum timore concutiant admirātium: seu vite perfectionem: seu penitentie nouitatem. Qui etiam (qz vt omnino spirituales vere iudices sunt) solent suggerente spiritu: peccata delinquentium durius increpare: z nonnullos non incassum: lingue etiam iaculo fine mora ferire. Et hoc quidem hactenus z aliquando. Jn tempore autem illo quod vocatur dies iudicij: egredietur de altari: (hoc est) de ecclesia spiritualium virorum: sub qua clamant nonnulli iustorum dicentes. Vindica domine sanguinem nostrum qui effusus est super terram: angelus qui habet potestatem super ignem: ille. s. spiritus dei viui: qui spirat vbi vult: z accendet corda illorum virorum: qui sibi specialius adherebunt: ad faciēdam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Surget enim ordo qui videtur nouus z non est. Jnduti nigris vestibus: z accincti desuper zona. Hi crescent: z fama eorum diuulgabitur. Et predicabunt fidem quam z defendent vsqz ad mundi consumptionem in spiritu Helye. Qui erit ordo Heremitarum emulantium vitam angelorum. Quorum vita erit quasi ignis ardens in amore z zelo dei: ad comburendum tribulos z spinas. (Hoc est) ad consumendum z extinguēdum pernitiosam vitam prauorum: ne mali amplius abutantur patientia dei. Puto enim qz in tempore illo: vitam monachorum: erit quasi timber ad irrigandam superficiem terre in omni perfectione z iustitia fraterne charitatis. Vita autem Heremitarum erit quasi ignis ardens in amore z zelo dei ad comburendos tribulos z spinas: vt nec bonis desit gratia ad salutem: nec impij abutantur amplius patientia dei. Erit ergo ille ordo tanquam mitior: z suauior ad colligendas segetes electorum dei velut in spiritu Hoysi. Iste vero ferocior z ardentior ad colligendam vindemiam reprobōrum: ac si in spiritu Helye. Nimirum: qz z predicatio illius imponet finem operi electorum: z comminatio istius perfidie reproborum: ita vt nec illi egeant exerciari amplius in seruitute laboris: nec istis liceat amplius viuere in operibus malis: sed necesse sit peruenire vtrosqz z astare ante tribunal Christi: z recipere vnumquemqz prout gessit: siue bonum: siue malum. Et fortassis duo isti angeli in quibus diximus designari filium z spiritum sanctum: duo ipsi erunt qui occidentur a bestia: siue Helyas z socius eius (quod magis creditur) siue alij: maxime: quia de vltimo horum angelorum dictum est qz habeat potestatem super ignem: quod maxime ad Helyam pertinere videtur. Dico autem hoc: non asserendo: sed opinando: z si non desit fortitan qui audeat affirmare. Ego autem propterea non affirmo: qz quando ista fieri incipient: iam duo prophete interfecti erunt a bestia. Et si ipsi duo erunt (vt creditur) Enoch z Helyas: non poterunt ista facere: nisi a mortuis resuscitati: nisi forte sm illud Hieronymi: non eos aliquis occidendos dicat a bestia: sed aliquos alios. Ipsos autem post ruinam Antichristi: ad hec omnia consumanda: sine mora venturos. Quia tamen z isto modo z alio cuncta pro velle dei possibilia sunt: demus interim z in hoc loco: opinioni locum: donec illucescat dies z oriatur lucifer in cordibus nos-

Ordo Heremitarum Augustini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stris. Quocūq; autem modo fiāt ista: bene duo viri mittēdi sunt simul: si tū re vera: viri sunt: vnus in spiritu mansuetudinis qui iubeat colligi messionem: alius in spiritu zeli qui precipiat p̄cludi vindemiam: q; & vsq; ad illum tpis articulum: erūt alii qui predestinati ad vitam: alij p̄sciti ad mortem. Si enim soli electi hoies remansuri essent in mundo: nequaquaz de vindemijs terre: sed de solis messionibus ageretur. Sed q; soli nō erunt boni: erit cuz messione vindemia. Si autez queris: q̄d significet messio: audi dñm in euangelio: dicentem. ¶ Messis autem: p̄sumatio seculi. Nec diuersum hoc esse putes: a verbo ipsius veritatis: dicentis. Nō ne vos dicitis q; adhuc quatuor menses sunt: & messis venit? sed videte regiones: quia albe sunt iam ad messez: q; sicut tunc completis quadraginta generationibus ab Abraam: supuenit messio populi circuncisi: ita & nunc post q̄draginta generationes: erit messio eorum qui vocati sunt & vocabunt adhuc in fide: quoz sera messio in p̄sumatione seculi. De hac serotina messiōe & vindemia: q; vtraq; pertineat ad diem iudicij: Sanctus quoq; Iohel ꝓpheta manifestat: cum dicit. Consurgāt & ascendant gentes in vallem Iosaphat: q; ibi sedebo vt iudicem oēs gentes in circuitu. ¶ Mittite falces: q̄n maturuit messis: venite & descendite: q; plenum est torcular: exuberauit torcularia: q; multiplicata est malitia. Ecce quemadmodum queniunt sibi duo testes veritatis: & q̄z cōsona voce iudicium extremum annunciāt. Uterq; enim messionem in bonam partem: vindemiam accepit in malam: quod vtiq; ex respectu ꝓtingere: manifestuz est: alioquin in botro: nō malum: sed bonum intelligēdum esset: q; vinum sepenumero doctrinam significat spiritualem. Et notādum q; predicatio vltima in falcibus: non in gladijs designata est: q; falx quicqd accipit: & simul: & multa pariter comprehendit in vnuz. In alijs namq; tpibus: securis iuxta arborem posita: iudiciuz multis actibus cōminabat: & differebat: in illo autem nō sic: sed seueritas iudicij cōminationem sequetur: & pene simul erit vtrūq;. Hoc est enim illud. In voce septimi angeli cum ceperit tuba canere: p̄sumabitur mysterium dei. ¶ Messio ergo ista tam reprobi generis q̄z electi: sub sexto angelo p̄sumanda est: postq̄z penitentie nō est tempus: sed vnusquisq; ꝓut gessit: recipiet statim: seu: vz: mercedem erroris impius: seu fructuz patientie pius: adierit enim dies dñi qui remunerabit vtrunq;. Si autem queritur: que sit merces malorum. Attende: sed expauesce: quod sequitur.

Ioel.

Apoc. 10.

¶ Et misit falcem suam angelus in terram, & vindemiauit uineam terræ: & misit in lacum iræ dei magnum: & calcatus est lacus, extra ciuitatem: & exiuit sanguis de lacu, usq; ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.

T. 12

¶ Lacus ire dei: locus est tormētoz: siue locus extremi iudicij: q̄d vocat: vallis Iosaphat: vbi omnes opz stare ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; ꝓut gessit siue bonum: siue malum. Et recte: extra ciuitatem: q; exibunt angeli: & separabūt malos de medio iustoz: & mittēt eos in caminuz ignis: ibiq; erit fletus & stridoz dentium. Sic ergo calcabit lacus extra ciuitatem: extra societatem fidelium. Exiuit autem sanguis de lacu vsq; ad frenos equoz: q; q̄z reproboz prauitas intollerabilis fuerit: vniuersa electorum agmina: manifeste cognoscent. Hoc est enim illud. Molite ante tempus iudicare donec veniat dñs: qui & illuminabit abscondita tenebraz: & manifestabit consilia cordium. Quid est enim exire sanguinem vsq; ad frenos equorum: nisi intollerabilem apparere malitiam impioz? Justus est namq; & misericors deus. Si non sustineret reprobos: simul cum reprobis: &

Matth.

Prio⁹ ꝓpaditio.

probis: & electos dānaret. Qēs enim peccauerūt. Sustinet ergo: & diu sustinet malitiaz reprobozz. Sed quousq;? Silui (inqt) semp silui. Usquequo silebo? Ut parturiēs loquar. Quasi ergo vsq; ad frenos equorum sanguinem ascendere: est illuc vsq; properare malitiam: quousq; misericor: die terminus expectandus non sit. In paruo deniq; flumine etiam: & asinus transit: in eo vero quod equorum tangit frenos: discrimen est non modicum trāseunti. Hoc intollerabile malum simulq; equitatem iudicij: & longanimitatem patientie sue: patriarche Abraae indicare dominus dignatus est: dicens. Clamor Sodomorum & Gomorreorum multiplicatus est: & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descēdam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me: opere compleuerint: an nō est ita: vt sciam. Quod ergo hic significat ascensus clamoris: hoc in Apocalypsi: exitus sanguinis vsq; ad frenos equorum. Deniq; & quod ait dominus. Descendam & videbo: vt sciam: tale est: ac si diceret: Descendam ad iudicandum orbem: & dete: gendam malitiam impiorum: quorum clamor venit ad me: vt videntes & scientes faciam: q̄z pie illos vsq; modo: & longanimiter sustinuerim. Duo sunt autem: que excedunt modum: ita vt non debeant tolerari. Immensitas. & diuturnitas culpe. Horum alterum designatum est in altitudine sanguinis ascendentis: vsq; ad frenos equorum: alterum in longitudine torrentis: qui processit vsq; ad stadia mille sexcenta. Et hec quidem iniquitas tam grauis: & tam immensa: in die illo iudicante domino: & calcante in torcular: apparebit manifesta: sed tamen nihil aliud ostenditur: q̄z quod in sex etatibus mundi patientia diuina sustinuit. Tam diu enim sustinet torrentem hunc malitie iustus iudex: quam diu equi ipsius ferre equanimiter potuerunt. Quando autem videntur (non dico asselli) verumetiam & equi pereclitari in sanguine: nimirum: quia regnante Antichristo: & faciente signa & prodigia: de eruditis ruēt: & in errorez ducent (si fieri posset) eriā electi: qs vltra dicet: iustam esse patiēt iam dei: & nō potius clamā duz esse ad dñm. Exurge dñe: non p̄ualebit hō: iudicent gentes in p̄spectu tuo? Erit aūt hoc in fine sex etatum mundi: que nō incōuenienti mysterio: in mille sexcentis stadijs designant. Quinq; eteniz etates designant in mille stadijs: pp plenitudinem tpum: in qua Xp̄s venit in mundum. In sexcētis: sexta etas pp perfectionem senarij. Que: vz: senaria perfectio: in electis hōibus p̄sumat. Et q; in tot seculoz spatijs: non desinunt agere impij q̄d ceperunt: & illoz malitia perseuerat inuicta: certum est q; in eternuz vellēt prauе agere: si liceret: & vsq; ad infinitum tp̄s p̄sistere inuincibiles in sceleribus suis. Et ob hoc: ad iustum dei: pertinet: districtumq; iudicium: vt eo tpe quo electoz inopie: etiam reproboz superbie imponat finis: quatenus & isti post penam temporalem transeant in vitam eternam: & illi post inane gaudium in supplicium eternum.

Bañ.

Matt.

Psalmo.

3

¶ Explicit quarta pars libri. Incipit quinta.

¶ Et vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile: angelos septem: habentes septem plagas nouissimas: quoniam in illis consumata est ira dei.

Le. 15. Lex. 11



¶ Mne q̄d constat ex partibus: multiplex est: & sic in eo plerunq; alterz pendet ex altero: vt altero destructo: manere in eodem statu alteruz non possit. Ita & nonnulle virtutes

3

sese adinuicem complectunt: vt si vna earum desit alicui: altera in eo: integre manere nõ possit. Nã enim virtus sit per se patrĩa: virtus humilitas: virtus fides: virtus spes: virtus charitas: & si que similes: non põt hũ aligs veraz & pfectam habere fidem: si nõ habeat: patientiam: humilitatem: charitatem: & spem: aut veram charitatem: si nõ habeat patientiam: fidem: humilitatem: & spem. Sciẽs ergo ille qui nouit oia: q̃z vanuz sit absq; istis virtutibus. quecunq; bona opa possidere: q̃z dignum interiorem hoiem tam preclaris virtutibus premunirit: sic in gnq; opibus suis specialibus que opatus est in mundo & in aduẽtu spiritus sancti quem ad hoc misit de celo: plumationez exhibuit: vt per hoc qõ ipse fecit: ostẽderet: qd in nobis esset moraliter: & in ecclesia typice: allegorice: faciendum. Queris: que sint ista? Tam pre multis alijs solẽnia sunt: vt esse nequeat vir catholicus: cui hec plene nota: & p̃cciosa nõ sint. Primuz opus: natiuitas est: scdm passio: tertium resurrectio: q̃rtum ascẽsio: gntum aduẽtus spiritus sancti. Deniq; & in q̃rtum potuit: seruata est in numero similitudo: q̃tenus & numerus mysterio: & mysterium numero: ꝓueniret. Tertia deniq; die resurrexit a mortuis: vt tertium esse opus: resurrectio notaret. Die quadragesimo ascẽdit in celum: vt q̃rtum esse opus intelligeret ascẽsio. Die gnquagesimo: pascha: qui grece di: penthecostes: missus est apostolis spiritus sanctus: vt ptineret ad gntum opus: hec ipsa solẽnitas mõstraret. Scdm ergo qp q̃tuor sunt alia & vna sedes: ita pars ista que gnta est: respectu quatuor p̃cedẽtiuz generalis est. Sed & sicut prima pars: ascribit primo alali (hoc est) leoni: qz ō Christo & pastoribus agit in ea: scda vitulo: qz de martyribus: tertia hoi: qz de doctoribus: quarta agle volãti: qz de virginibus & heremitis: ita gnta pars: de qua modo agere cepimus: sedi oipotentis dei ascribenda est: nimiz: qz illos precipue tãgere videt: de qbus di. Ecce q̃z bonum

Psal.

& q̃z iocundum habitare fratres in vnuz. Erãt in ecclesia primitiua: pastores & euangeliste: erãt doctores & virgines habẽtes singuli specialia dona: quasi specialia membra corporis Christi: nec tñ ad ipsos solos puenit illud qõ effusum est vnguẽtum de capite Christi: sz ad oẽs illos de qbus di. Actuũ Multitudinis autem credẽtium: erat cor vnum & aia vna. Illi siq̃dem ordines speciales sunt: iste generalis. Illi in q̃tuor tpibus singuli per singula cum suis p̃trarijs habuere pflictum. Iste in gnto tẽpore: qõ suum est: generaliter agit. Et qdem: qz sepiez sunt angeli: qui de templo p̃cedunt: effundi zelum dei sup impios per singula septem tpum manifestum est: sed tñ qz in gnta parte libri agit de ordine isto: liquet qp in quinto tpe id de quo agit in hac parte: generalius ꝓsumak. Ita enim (vt sepe diximus) ꝓsiderãda sunt specialia: vt tñ ad intuitum generaliuz: impetus spiritus dirigak. Aliud est enim qõ in singulis tpibus accidit ꝑm speciem: aliud qõ in certis agitur ꝑm genus: sicut aliud est per singulas ebdomadas quadragesime facere diebus pficis memoriam dñice resurrectionis: aliud (& si non ad aliud) totam ebdomadaz pasche semel tñ in anno solẽniter obseruare. Ut ergo qz locus exigit de eo qõ generale est: sermo segtur. Quare (nõ absurde: querit in hac quinta parte libri potius q̃z in aliqua p̃cedẽtium) phyale iracundie dei effundunt sup terram: & quare eedem phyale: nouissime dicte sint: aut q̃re dictum sit: qp in illis ꝓsumata sit ira dei? Opz enim nos (sicut extimo) ad inuestigãda hec oia: nõ paucis sermonibus laborare: & vt alia ex alijs intelligi queant: diuersa testimonia scripturaz diligenter inserere. Nã autem cõis sit quo ad votum: intẽtio & voluntas sanctoz: oẽsq; vnanimiter zelentur vbi zelãdum est: & misereãtur vbi misericordia exhibẽda: non frustra tñ: alijs plus zeli: alijs plus clementie datur: qz non oia tpa zelo: nec oia clementie apta sunt. Ceteruz qz ijs qui plus diligit:

plus zelat: qualiter ordini q̃uẽtualium: speciali quadam p̃rogatiua amoris: zelus donatus sit: inquãtum deus dederit: apire conabimur. Quatuor supra scripti ordines: qui per quatuor specialia tpa cuz suis aduersarijs habuere ꝓflictum: apostoloz s. martyrum: ꝓfessoz: & virginum: qualiter natiuitate dñica: passione: resurrectione: atq; ascensione p̃cesserunt: in quatuor p̃scriptis partibus sufficienter ostẽdimus. Sane gntus ordo: de quo nunc agimus: ꝓgregatus in honorem sancti spiritus: illum se esse ꝓuersatione ostẽdit: de quo dicit psalmista. Ecce q̃z bonum & q̃z iocundum habitare fratres in vnum. Sicut vnguẽtum in capite qõ descẽdit in barbam: barbam Aaron. Querimus autem qd significet hoc vnguẽtum: siue illud quo vngebantur reges in populo israel: & inuenimus scriptuz in actibus apostoloz vnxisse deum patrem: hoiem Christum Jesum spiritu sancto: sicut & psalmista longe ante predixerat. Unxit te deus: deus tuus: oleo letitie pre ꝓsortibus tuis. Pertinere autez ad hoc oleum zelum dei: mysterialis illa vnctio Jheu: qua vnctus est ab vno filiorum pphetaz: misso ab Helyseo: manifeste demonstrat: quãdoquidem ad hoc vnctus est in regem sup israel: vt deleret domuz Achab: & occideret sacerdotes: & cultores Baal. Igitur apte liquet: qp ad spiritum sanctum & ad eius effusionem ptinet zelus dei: qui vocatur & ira (haud dubium) ꝓpter eos quos iuste pdit de terra. Sed illud multo amplius ingrendum est: qua ratione iste zelus dei: qui pertinet ad spiritum sanctuz: in plagis nouissimis ꝓsumari credatur: ne quis amittens tempus gratie: abutatur clemẽtia vsq; ad infinitum. Neq; enim vsq; in eternum sustinet iustus iudex peccata reprobozum: aut oẽ peccatum equo pondere mulctãdum: q̃t passim dimittẽdum decreuit: sed sicut sc. ptum est. Oẽ peccatum & blasphemia remittet hoibus: spiritus autem blasphemie: nec hic remittitur: nec in futuro. Et

Psal.

Actuũ

Psal.

rursum. Quicunq; dixerit verbum p̃tra filium hois: remittet ei: qui autem in spiritum sanctuz verbum dixerit: nec hic dimittetur: neq; in futuro. Quis est autem iste filius hois: nisi ipse qui & filius dei? Quare ergo venialius est peccare in filiuz q̃z in spiritum sanctum? Mungd: quod a corde fidelium (deus auertat) maior est filio: a quo procedit ipse: qui procedit spiritus sanctus? Absit. Sed qz dei filius incarnatus est solus: & dum̃z videbatur hominibus credere esse deuz: eum qui quasi vnus ex mortalibus: passibilis esse videbat hominibus: ad bonitatez eius ptinebat ignoscere eis qui non facile credebant verbis eius: pro. s. qp boni & mali: similiter plerũq; sua verba loquuntur. Quando autem visis miraculis & virtutibus spiritus sancti: eundem spiritum sanctum blasphemabãt dicentes: in Belzebub principe Demoniozum: ejcit iste demonia: iam excusationem non habuerunt de peccato suo: qz viderunt (inquit) & oderunt & me & patrez meum. Notandum vero: qp sicut dicit: pater omnia fecisse per verbum: ita & filius in spiritu sancto: vt vna operatio trium: & vna potentia esse credatur: quamuis alius sit in persona pater: alius filius: alius spiritus sanctus. Sz si ita est: quare signa & miracula specialius ascribuntur spiritui sancto: ita vt dicit scriptura. Virtus exibat de illo (hoc est) de filio: & sanabat omnes: nisi vt eo modo intelligeretur persona spiritus sancti: in virtute miraculorum: quo intelligitur persona filij potentia verboz: & persona patris in fabrica totius mundi? Nec enim tria sunt que faciunt hoies admirari. Eminẽtia operum creatoz: ꝓfunditas sapientie: & virtus miraculozum. Que tria: & si cõia sint ipsis tribus ꝓsonis: qz vna in his oibus operatio triuz: ꝓpietate tñ mysterij: hoz primum ascribitur patri: scdm filio: tertiuz spiritui sancto. Querunt autem filij hoium imitari hec tria: & ꝑpaucis datum est venire ad imitationem scdi: ad tertij vero imitatio/

Tria mirande.

nem:paucissimis. Nam opari aliq̃d opus bonum:multoꝝ est. Loqui sapientiam:alicuoꝝ. Mouo ostẽdere signa ⁊ miracula:sicut raris pcedit:ira non credere ostẽdentibus:sed ecõtrario irrogare blasphemiam sp̃i:tui (qui est auctor) peccatum est ad mortez:⁊ inigtas magna. Et ideo qui hoc faciunt:excusationem nõ habent de peccato suo (haud dubiuz) q̃ odium est in causa: q̃ grauius est oi scelere: ⁊ oi peccato. Unde ⁊ deus ipse ꝛll̃oyſi logtur:dicens. Ego sum deus fortis:⁊ zelotes visitãs inigtatem patrum in filijs:in tertiaz:⁊ quartam generationem:⁊ eoꝝ qui oderũt me: ⁊ faciẽs misericordiam in millia his qui diligunt me:⁊ custodiunt pcepta mea. Igitur de opante bonum in veritate:non credere q̃ bonum sit opus eius:peccatuz est: sed nõ mortale: q̃ multi sunt hypocrite qui opant:non causa dei: sed causa glorie ꝓpalis:de qbus ⁊ dñs. Amen dico vobis recepunt mercedem suaz. Eodem modo de loquẽte sapiẽtiam in veritate:nõ credere q̃ vera sint verba eius:peccatuz est oino: q̃ saluator dicit doctoribus. Qui vos audit:me audit:⁊ qui vos spernit:me spnit. Siq̃dem ⁊ Regina Austri laudat a dño: q̃ venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis. Uex q̃ nõnulli sunt steriles sapiẽtes:de qbus veritas dicit. Dicũt enim ⁊ non faciunt:immo q̃ multi sunt qui habẽt verba verisimilia:⁊ in mendacijs ⁊ fallacijs plena sunt:habent ⁊ sup hoc qui audiunt:⁊ nõ credunt:aliquaz excusationem de peccato suo:maxime pp illud qd̃ Joannes ait. Nolite credere oi spiritui:sed pbate spiritus:si ex deo sunt. Sane ostẽdenti signa:que alijs nõ ostẽdit:non credere:sed blasphemiam irrogare:peccatum est in spiritum sanctum:qd̃ non remittit in hoc seculo:neq̃ in futuro:q̃ sine dubio ꝓcedit:qd̃ nisi recedat a corde hois:non pmittit eum pcipere veritatem. Qd̃ si opponaꝝ de falsis ꝓphetis. Scriptum est. A fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Sed adhuc querẽdum est diligentius. Cur qui dicit verbuz ꝓtra filium hominis:remittit ei:qui autem dicit ꝓtra spiritum sanctum nõ remittit ei:neq̃ in hoc seculo:neq̃ in futuro:maxime vt intelligatur:cur in hac quinta parte agit de effusione iracundie dei: ⁊ de plagis nouissimis: potius q̃ in aliqua pcedẽtium:⁊ cur magis in illis q̃ in alijs: ꝓfunata sit ira dei. Quatuor opa Xpisti superius memorata: iudicant qdem peccatores:⁊ vehementer accusant:nec tñ in illis ꝓfunata est ira dei: q̃n adhuc supest:remedium in dono sp̃iritus sancti:q̃ sicut eum qui ꝓuertitur:saluum facit a peccatis suis:ita ab electoꝝ cetibus:non ꝓuersos excludit. Qñ enim dei filius factus est hõ:exempluz exhibuit humilitatis. Qñ factus est vitulus in ara crucis:exemplum prebuit patiẽtie. Qñ resurrexit a mortuis:fidei fortitudine firmavit corda credentium. Qñ ascẽdit in altum: spei alacritatem sublimavit in celum. Qñ in specie ignis misit spiritum sanctum:ad diligendum se corda fidelium inflãmauit. In quinto itaq̃ loco dat pfectio sanctitatis electis:sicut ecõtrario ꝓfunatio inigtatis inigs. Sicut enim humilitatem sequitur patiẽtia:patientiam fortitudo fidei:fortitudinem fidei:spes:spem vero amor dei qui est ignis diuinus. Ita superbiam cordis comitat in patientia:in patiẽtiam infirmitas fidei:infirmitatem fidei desperatio:desperationem vero odium:qd̃ est peccatum ad mortem:q̃ qui deum odit:aut ꝓximum: mortuus est:⁊ adhuc viuens in carne:in inferno sepultus. Audiunt hoc multi:⁊ admirãtur:cur hoc de noxa odij specialiter dictum sit: arbitrantes multa esse alia grauiora peccata. Nunc igitur audiat veritatem:qui vult esse discipulus veritatis. Dictum est q̃ qui peccat in spiritum sanctum:nõ remittitur ei:neq̃ in hoc seculo: neq̃ in futuro. Quare hoc? Q̃ ipsdem spiritus sanctus: amor est dei: ⁊ qui non hz amorem:spiritum sanctum habere nõ potest:q̃ amor:amorem querit: ⁊ charitas: charitatem. Qui autez spiritum sanctum

non habet:non hz vitam in se manẽtem: q̃ sicut non rem similem: sed dissimilem dico:anima hominis:vita corporis est:ita vita anime:gratia spiritus sancti. Unde ⁊ per apostolum dicitur. Factus est primus Adam in animam viuentem. Secundus autem in spiritum viuificãtem. Qd̃ si spiritus est qui viuificat animam:⁊ ipse spiritus amor est:cum esse amor nõ possit:vbi odiuz est:quomodo anima illa viuere potest:que viuificãtem spiritum dei: qui est amor:in seipsa non hz? Igitur odium corde radicatum:peccatum est ad mortem:⁊ peccatum nihilominus ꝓtra spiritum sanctum. Nam spiritus sanctus amor est:q̃d̃ est peccatum amori ꝓtrarium:nisi odiuz? Dicit autem Joãnes. Filioli:hoc mando vobis vt nõ peccetis:sed ⁊ si peccaueritis: aduocatuz habemus apud patrem Jesuz Xpistum iustum: ⁊ ipse est ppitiatio pro peccatis nostris. Sed est (inquit) peccatum ad mortem:pro quo non dico vobis: vt quis oret. Hoc vtiq̃ peccatum odium esse:ex eadem epistola manifeste apparet. Unde ⁊ Laym in exemplum accipit:qui stimulatus liuore odij:ꝓximum iugulauit germanum. Nec mirz si crimen odij tanta plectitur pena. Si enim ꝓsumatio legis charitas est:qd̃ esse potest odium nisi ꝓsumatio peccatoꝝ? Sed non est ita intelligẽdum:quasi non sit orandum pro odientibus:cum Xpistus dicat. Orate pro inimicis vestris:sed non ita est orãdum pro eo: sicut pro quolibet alio vitio:vtpote p passione ire:aut gule:ocupiscentia oculoꝝ: ⁊ his similibus:que ⁊ si quottidie ab inimicis agantur:facile tñ oratione relaxari creduntur. Nonnunq̃z enim hoies venundati sub peccato:ad hoc ex lege carnis trahũtur:etiam ⁊ inuiti. Non inq̃z orandum est pro odio:sicut pro alia passione:q̃ siue volens quis odiat:siue nolens:qd̃ aliquando accidere ꝓsueuit ex culpa precedẽtium delictoꝝ:quãdiu tamen odit:manet in morte:⁊ nisi desinat odire:vitam penitus habere non potest. Unde ⁊ saluator ait. Si offers munus tuum ante altare:⁊ ibi recordatus fueris q̃ frater tuus habet aliquid aduersum te. Relinque ibi munus tuum ante altare:⁊ vade prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tunc veniens offer munus tuum. Si autem (teste veritate) oblatio non suscipitur pro discordia: restat vt peccatum odij:quod est radix discordie: deterius sit omni peccato: ⁊ in eo sit consumatio iracundie dei. Nec mirum si peccatum odij tam sit execrabile apud deum:quandoquidem ⁊ apud homines nihil eo scelestius: nihil odibilius sit. Quãtumq̃ etenim sit tibi frater improbus ⁊ molestus: ouuntamen de illius dilectione nõ dubitas:equanimiter eum sustines: equanimiter portas. Si vero te ab illo odio scis haberi: vix pateris:⁊ quantiscunq̃ blandiatur obsequijs:quasi quedam stercora blandimenta ipsa ꝓtemnis. Oramus ergo pro odientibus:⁊ calumniantibus nos:vt deus qui omnia potest:visitando corda eorum:a catbena impietatis eripiat ⁊ reuocet ad iter charitatis ⁊ pacis. Non autem oramus: vt manentes in odio salui fiant:quia scriptum est. Omnis qui odit fratrem suum homicida est:⁊ omnis homicida non habet hereditatem in regno Xpisti ⁊ dei. Et notandum q̃ si aliquis odit ꝓximum suum quasi inimicum dei putans eum hereticum:aut scismaticum:sm q̃ Paulus odiebat Xpistum ⁊ discipulos eius:emulator existens paternarum suarum traditionum:non peccat peccatum illud: pro quo non est orandum:quia ignorantia excusat illum:sicut ⁊ Paulus ipse dicit. Misericordiam consequutus sum:quia ignorans feci. Unde ⁊ saluator positus in cruce ait: de quibusdam. Pater ignosce eis: quia nesciunt quid faciunt. Et hoc quidem de illis qui putantes bonum malum emulantes persequuntur bonos: habentes zelum dei: sed non sm scientiam. Ceterum qui scienter odit deum ⁊ membra eius: ipse est qui peccat peccatum illud: quod est in spiritum sanctum: quod non

remittitur in hoc seculo: neq; in futuro (dicente domino.) Viderunt & oderunt me & patrem meum: iam excusationem non habent de peccato suo. Unde & in domenica passione: dicit euangelista. Sciebat Pylatus q; p̃pter inuidiam tradidissent eum. Igitur peccatum odij (quod alio nomine vocatur iniquitas) ipsum est peccatum in spiritum sanctum: & peccatum ad mortem: de quo dicit Joannes. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico: vt roget quis: & quasi quereretur: quod esset illud peccatum: adiecit & ait. Omnis iniquitas peccatuz est: & est peccatum ad mortem. Ecce aperte dicitur hic iniquitatem peccatum esse ad mortem. Quod si ita est: quod est q; superius dixerat. Omnis qui facit peccatum: & iniquitatem facit: & peccatum iniquitas est? Et rursum. Omnis qui in eo manet: non peccat: & omnis qui peccat non vidit eum. Et item. Omnis qui natus est ex deo: peccatum non facit: nisi vt intelligamus de illo peccato quod ipse iniquitatez cognominatur? Alioquin quomodo stabit illud quod superius dixerat. Si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsinos seducimus: & veritas in nobis non est: & si dixerimus quia non peccauimus: mendacem facimus eum: & verbum eius non est in nobis? Quis igitur intelligeret verba ista: nisi ipse qui ligauit: dissereret? Si enim qui peccat ex deo non est: quomodo si dixerimus: quia peccatum non habemus: ipsinos seducimus & veritas in nobis non est: nisi vt intelligamus illud quod ipse in fine intelligendum docuit. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem? Quid vero est quod adiungit. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico: vt roget quis: nisi vt de illo intelligamus peccato: quod ipse protinus subiungens exponit dicẽs. Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum ad mortem? Restat ergo querere. Utrum odium sit peccatum iniquitatis: pro quo dicit non orandum: quum nulli confitenti & penitenti indulgentia neganda sit: etiam in extremo articulo? Videamus ergo vtrum in his que supra scripta sunt: ipse sibi metipsum exponat: & quid nobis voluit intimare: aperiat. Si ꝯfiteamur (inquit) peccata nostra: fidelis & iustus est: vt remittat nobis peccata nostra: & emũdet nos ab omni iniquitate. Et adiecit. Si dixerimus: quia non peccauimus: mendacem facimus eum: & verbum eius non est in nobis. Quod si iniqtas peccatum est ad mortem: pro quo nemo orare permittitur: q̃d est qd dicit. Si ꝯfiteamur peccata nostra: fidelis & iustus est: vt remittat nobis peccata nostra: & emundet nos ab omni iniquitate: nisi q; hoc ipsum est peccatum iniquitatis: nolle dimittere & confiteri peccata? Quis est autem qui peccato carere non vult: nisi ille qui desperatus est: & quasi animal brutum: promptus est ad omnem iniquitatem? Unde & de hoc peccato per psalmistam dicitur. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. In seipso delinquit: qui seipsum desperando occidit. Et hoc quare? Qz dolose (inquit) egit: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Et quid ibi sequitur? Uerba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret: iniqtatem meditatus est in cubili suo: astitit omni vie non bone: malitiam autem nõ odiuit. Ecce (hoc est) iniqtas. Si dicis in corde tuo: multa mala feci: multas iniqtates commisi: nõ est vnde primo peniteaz frustra: cum non sit spes: qua possim reconciliari deo: & si recedam procul a timore dei: & faciam quicqd mihi occurrerit faciẽdum: gaudebo diu mal vixero cruciandus in fine: quin immo non cruciabor: falsa sunt enim oia que dicunt: nulla erit vita: ꝑsumata hac vita. Hanc iniqtatem meditatus est iniustus in cubili suo. Non igit sic est orandum pro eo vt dimittantur eius peccata: qño illius qui ꝯfitetur & penitet: q; nisi ex corde peniteat: indulgentiam promereri non potest. Hinc solum pro illo orationem facere: & pos

Quatio pro defunctis

sumus & debemus: vt deus (cui nihil est impossibile) auferat duritiaz cordis eius: & cum si sibi plz ad ꝯfessionem & satisfactionem ꝓducat. Pro eo autez qui confitetur: lz omnibus christianis preces effundere apud misericordem deum: vt ei remittat dñs benignitate sua: qõ pro sua infirmitate: exoluere pro velle non potest. Sicut enim qui odit: indulgentiam ꝑsequi non merek: ita qui diligit: securus est: fiduciam sibi dãte veritate ipsa: que de peccatrice semina diligente se dicit. Dimissa sunt ei peccata multa: qm dilexit multum. Lz ergo de omni peccato: timendum sit: magnam tñ fiduciam non habentibus voluntatem peccandi: Joãnes iste prestat: cum dicit. Filioli hec scribo vobis vt non peccetis: sed & si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Jesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et illud qõ iam supra meminimus. Qui scit fratrem suum peccatum peccasse: non ad mortem petat: & dabitur ei vita: peccanti non ad mortem. Illud vero peccatum qõ proprie vocatur iniquitas: ac si vorax Caribdis: que hominem pertrahit in profundum: metuendum est: q; quo semel involuit: suffocat: & occidit. Pro huius metu vorago inis: multa dissimulant prelati ecclesiarum: & errata q̃plurima sustinent subditorum. Sustinent insantiam: patiuntur adolescentiam: tollerant iuuentutem. Sed & cum fructum non inueniunt: nisi malum: iure iam indignari incipiunt: attamẽ cum interna clementia: & modestia quadam. Si vero nec sic conuertuntur ad penitentie fructum: sed quod bis deterius est: alios quoq; ad malum concitant: & prouocant ad peccandum: quid restat nisi sententia illa: quam imposuit cultor vinee: qui pro ficulnea exorauit? Siquidem (inquit) fructum fecerit: sin autem in futuro succides illam. Plerunq; tamen in vna qualibet etate: velut quoddam semen herbaruz citius currit hõ ad malitie culmen: etiam in minori etate: q; virorum: vt puerorum

Caribdis.

aliq: diuina inspiratione compunctis semetipsos transcẽdant: & infra annos puberes: canos perfectionis producunt: ita nõnulli diabolico inflati spiritu: nihil obmittũt prauitatis cõmittere in etate puerili: adeo vt multos senes astutia iniquitatis exsuperent. Siue ergo illos qui quasi gradatim: & per tempora ad peiora facinora vilabuntur: siue eos qui sceleritis fructum iniquitatis producunt: sustinere amplius non oportet ecclesiam: q: & si eis esset deferendum pro tempore: ne forte eos visitet dñs & eripiat a vinculo Sathane: quo captiui tenentur: ne tamen videantur consentire qui presunt: si enormia q̃z misericorditer sustinent: bonum est magis: vt vnus pereat: q̃z multi periclitentur in vno: presertim: cum de eis: saluo dubia sit: detrimenta vero per eum manifesta non pauca. Quis enim quot virgines per vnum prauum hominem: quem ecclesia patitur vt conuertatur: violentur: ignorat? Ergo ne iustum est: vt dum vnum ferire: ne moriatur: metuit: multos innocentiores: ad mortem protrahi patiatur? Debemus ergo ad tempus saluti peccatoris clementer: ac benigne: consulere: in spiritu mansuetudinis: errantem sepenumero exhortari: quamdiu eius (vt iam dixi) miseriam: sine multorum detrimento tollerare valemus. Quod si nihil proficimus: oportet eum tandem assumpto zelo: velut in quarto anno coripere: si forte exasperatus redeat ad cor: & a prauis operibus resipiscat: in quinto vero si non corrigitur: vti ferro incisionis. Sed quare istud? Quia non potest homo diu manere in eodem statu: sed aut a bono pergit in melius: aut a malo cadit in peius. Sicut enim boni in melius: ita mali proficiunt in peius. Iusti namq; fidei sue addunt patientiam: patientie humilitatem: humilitati spem: spei vero charitatem. Illi incredulitati sue: apponunt impatientiam: impatientie superbiam: superbie de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sperationem ; desperationi odium. Sicq; fit: vt quomodo electi in quinto loco accipiunt ignem diuinum : donum. s. spiritus sancti ; ita reprobi velut in quinta apostasia : incidant in odium : quod est contrarium charitati ; ⁊ ob hoc supra modum mortaliter peccant : quia in spiritum sanctum : ⁊ incidunt in crimen illud pessimum: quod non remittitur hominibus: neq; in hoc seculo: neq; in futuro. Et sciẽdum q; vsq; ad tertium precipitium sustinet dominus peccatorem: parcens ⁊ miserans delinquenti. In quarto terribiliter minatur: non conuersio in tribus: in quinto vero non remittit : nec in hoc seculo: nec in futuro. Hinc est enim q; per pphetam dicitur. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus populi: ⁊ super quartuz: non conuertam eum. Qui enim in tertio non conuertitur: super quartum se dominus non conuertere dicit. Quia qui peccato infidelitatis addit impatientiam: impatientie superbiam : ⁊ non conuertitur: iam super quarto tollitur spes vt conuerti possit : quia desperatio que succedit in quarto loco : vicina est peccato : qđ est ad mortem : ⁊ tanto difficilius ad vitam remeat: quanto a caloze fidei desperando recedit. Et tamen si adhuc potest : conuertatur ⁊ viuat: ne forte qui quatriduanum excitauit a mortuis : ⁊ qui minatus est siculnee: flexus est ad precem cultoꝛis : misereatur etiam nunc: cum se non misereri iam dicit. Sed de tribus sceleribus videamus: cur ⁊ ab ipsis non tollitur spes : aut cur magis a quarto q̃z a tribus tollatur. Prius tamen oportet breuiter dicere: q; sicut in ordine quatuoꝛ animaliũ: aliquãdo prescribitur homo: vtpote in Ezechiele prophęta : aliquando leo : sicuti in hoc libro: ita aliquando incipimus ab humilitate: que pertinet ad hominem : siue a superbia que est contraria eius: aliquando a fide vel infidelitate. Etenim ⁊ fides ſm aliquid : ⁊ ſm aliquid humilitas prima est. Quocirca si aliquando a fide: aliquando incipimus ab humilitate: non est inconsrie: sed auctoritatis. Utrunq; enim licet: ⁊ ideo vtrunq; tenemus. Ut autem quod querebatur : accedat primam perditionis causam: peccatum esse superbie: omnibus catholicis notum est. Hãc vnigenitus dei filius volens in prima fronte perimere: venturus ad redimendum mundum: nõ in sua maiestate venire voluit: ⁊ virtutem ostendere potestatis: sed qui erat deus factus est homo : qui erat magnus factus est paruus : qui diues erat factus est pauper: ⁊ qui dominus: seruus: vt ſm nomen eius ⁊ gloziam : sic esset laus eius in fines terre: vt bonum humilitatis: quod superbe contemperant creature : q̃ sit pretiosum ⁊ deo dignum : operando potius q̃ loquendo monstraret. Quicunq; ergo post hoc superbire non metuit: magnum valde crimen committit : peccans vtq; in ipsum Christum : qui paruus ⁊ humilis factus est. Ut enim perstringamus pauca de multis : qui sciens paupertatem regis sui: erubescit egere : nonne Christum offendit: positum in presepio? Qui erubescit ascendere mite animal Christi : ⁊ spumantis sibi equi arrogantiam querit: nonne regem suum offendit: quem sedisse super asinum reminiscitur? Qui ministrare dedignatur equalibus : nonne dominum suum offendit : lauantem pedes discipulorum suoꝛum? Qui ergo post Christi humilitatem superbire non confunditur in ecclesia dei : ⁊ contra preceptum eius contumaciter pergit: quasi vnum scelus dignum damnatione committit. Quę vero que hominibus impossibilia sunt: deo non esse impossibilia (teste ipsa veritate) didicimus: qui amore glorie temporalis conuerti refugit : tangitur plerunq; a domino: in eo quod magis amat: vt duz quasi cathena ferri : qua erat obligatus: rumpatur: saltem vel percussus : conuertatur ad deum. Sed ecce secundus hostis velut e latere consurgens : querit subuertere opus dei: ⁊ apponere iniquitatem su-

Peccatum in Christo

Joãis

per iniquitatem. Incipit enim homo stimulatus a Dyabolo : murmurare in flagellis : ⁊ erumpere in voce contra dominum: nesciens: aut parui pendens pensare ſm opus Christi : quod sustinuit propter nos: qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Peccat igitur qui sic murmurat in Christum passum : qui non pro sua culpa : sicut nos : sed pro nostris criminibus passus est. Patitur tamen dominus : ⁊ hoc crimen secundum addens adhuc quertere peccatoꝛem. Qui enim Christum suum resuscitauit a mortuis : suscitat afflictum a miserijs flagellorum: vt accepta misericoꝛdia: consortetur ⁊ viuat. Si autem liberatus a flagellis: non credit q; ad hoc percusserit eum dominus : ⁊ sanauerit : vt decetero non in peccatoꝛ: sed in iustitia viuat: sed deputans vtrunq; fortune: non querit que dei sunt: sed que mundi: quasi tertium scelus committit : peccans in eum qui mortuus est propter peccata nostra : ⁊ resurrexit propter iustificationes nostras. Sed ⁊ plerunq; cui plus medicus videt non profuisse flagella : querit illum blanditijs reuocare ad se sublimans eum secum in altum: ⁊ faciens ei contra spem cuncta prospera euenire: si quo modo recogitet ⁊ cõfideret longanimitatem patientie dei : ⁊ querat videre bona domini in terra viuentium. Qui ergo conuertitur : vel isto modo : inueniet adhuc salutem. Qui autem nec isto modo conuertitur vt credat in eum qui pauperem facit ⁊ ditat: humiliat : ⁊ sublimat : sed quia sibi (vt ipse putat: ⁊ vt aiunt quidam) videt arridere fortunam: priuatur spes eius a desiderio future beatitudinis : ⁊ incipit caducas huius vite sperare diuitias ⁊ honoꝛes: eo magis meretur indignationem illius : sine quoꝛ nec passer cadit in terra : quo nec per aduersa flagellorum : nec per prospera vite huius reuertitur ad eum qui fecit illum: sed ambulat per vias desideriozum suoꝛ.

Fortũa

Fortũa

Igitur super quarto scelere: non conuertit eum dominus : sed dimittit eum ſm desideria cordis sui: ne forte si verum tangit eum plaga : iterum incipiat blasphemare. Mittit tamen ad eum nuncios suos: qui ei aperiant vias suas a principio vsq; in finem: siue consortando illum in aduersis: siue deterrendo in prosperis : ne forte se de ignorantia : aut inhertia predicatoꝛ excuset. Qui si forte ad extremum : in tedium ei vertitur verbum dei : ⁊ nõ solum non recipit correptionem : verumetiam quasi nuntium mali : deridere incipit ⁊ odire: spernens ⁊ ipsum qui missus est : ⁊ eum qui misit illum: quid restat nisi vt abscidatur mala arbor: ⁊ in ignem mittatur? Nam ⁊ propter diuersas infirmitates: nõ vnum tantum qui occurreret forte vni: sed diuersos ordines predicatoꝛum voluit esse deus in ecclesia sua : vt qui non audit primum: audiat vel secũduz. Et qdem laudabilis est : qui corrigit ad vocem episcopi loquentis communiter in ecclesia: ⁊ iubentis mandata dei: siue prohibentis contraria: quasi potestatem habentis: animaduertens illud quod dicit apostolus. Qui resistit potestati : dei ordinationi resistit. Qui autem tam durus est: vt nolit obedire episcopo: nisi sciat id quod precipit esse mandatum dei: audiat vel dyaconum legentem euangelium dei : ⁊ conuertatur ⁊ viuat. Si autem se dicit non intelligere: audiat vel sacerdotem habẽtem officium docendi: ⁊ exponentem sibi quottidie verba dei. Si autem quia forte vita eius contemptibilis apparet : contemnit qui huiusmodi est : predicationem illius audiat: vel heremitam: cui nihil cum mundo cõmune. Si autem omnes abijcit : omnes contemnit : ⁊ etiam (vt ita dixerim) ipsum Helyam : quid expectatur ab Heliseo: nisi effusio phyale iracũdie dei? Verum hoc de quolibet prauo homine nolẽte intelligere: vt bene agat.

¶ Nunc de multitudine populi mundani (cuius causa est similis) videamus. Licet enim pro electis tantummodo dictum

sit. ℭMessis quidem multa: operarij pauci: rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam: nihilominus tamen ⁊ ad reprobos: quorum infinita est multitudo: multi enim sunt vocati: pauci vero electi: missi sunt ijdem operarij: vt excusationem non habeant: ⁊ communiter vtrisq; loquuti sunt verba dei. ℭMissi sunt autem ꝑm tempus ⁊ tempus: primo apostoli: secundo martyres: tertio doctores: quarto contemplatores: ⁊ non audiuit eos mundus. Et ob hoc in qnto tempore missi sunt alij: qui effunderent super genus phyalas iracundie dei vt indurat̃m ⁊ obcecat̃m ambulet in tenebris: ⁊ nesciat quo vadat: donec in sexto tempore mittantur iudices contra illud: qui auferat de terra memoriam Babylonis: vt non vocetur in eternum genus pessimorum. Igitur si ea que supra notauimus: ad animum reuocamus: a quarto gradu: vel ordine: vel tempore: initiatus ostenditur iste zelus: sed tamen in quinto consumationem accepit. ℭMultis autem modis: ⁊ non vno tantum congruens est zelus dei: specialibus viris: siue qui in Helya: siue qui in Helyseo designati sunt: tum quia qui amplius diligit: ampliori zelo accenditur contra delinquentes: tum quia illos amplius decet zelari: quorum vita irreprehensibilis est: ⁊ quibus manifestatio spiritus testimonium reddit. Deinde quia talibus viris magis solent homines contumaces deferre: deinde quia non est vn de timeant: si aduersus eos scandalum concitatur. ℭDi plerunq; verbo: plerunq; epistole: ⁊ mandatis: culpas delinquentium increpant: eis autez qui incorrigibiles sunt: omnino mori animis cõminantur. Quanta autem virtus sit in ore spiritualium virorum ad faciendam vltionem: testat beatus papa Gregorius in libro dialogorum: exemplo sancti Fortunati: qui motus animo pronunciauit morituꝝ cum qui prius percussit cymbala: q̃ ipse aperiret os ad benedictionem dei: ⁊ alterius viri sancti: ad cuius vocem percussi sunt quatuor viri morbo elephantino: sed ⁊ beati Benedicti: quem dicit tantam gratiam fore consequutum: vt si quid vnq̃: non iam decernendo: sed minando diceret: tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc non dubie: aut suspense: sed iam per sententiam protulisset. Verum hoc ad ostensionem potentie: non ad exemplum interne subuersionis eorum qui condemnantur in spiritu: adeo vt non possint vltra surgere a reatibus suis. Alia est enim plaga exterior: que paucos tangit: alia interior: que multos includit. Causa vero plage interioris: vel potius occasio ista est. Est aliqs peccator ambulans in erroribus suis: qui verba dei nõ solum facere: sed nec sicut expedit audire potest. Hunc assumẽs presbyter suus: querit reducere ad viam vite incipiens a spiritu mansuetudinis: ⁊ confirmans in eo omnez charitatem: si quo modo dulcibus electuarijs ⁊ vnguẽtis lenibus delinitus: vires accipiat ⁊ sanetur. Idcirco enim a principio ostensus est spiritus sanctus in specie columbe: vt non prius liceat predicatori exacerbare peccatorem: q̃ verbis prius pacificis inuitetur ad gratiam: ⁊ nõ est quod alij dat a domino ꝑm plus ⁊ minus: dico spiritus mansuetudinis: qui precedat in populo peccatore: sicut ℭMoysi: alij spiritus zeli: sicut Helye ⁊ Helyseo: ad faciendum iudicium in populo non credente: sed ambulante vsq; in finem in adũctionibus suis. Sicsic sanctis apostolis: ⁊ euangelistis ⁊ doctoribus spiritus mansuetudinis datus est ad salutem (dicente domino Joãni: qui volebat iam tunc̃ tempꝰ imitari zelum Helye.) Nescitis cuius spiritus estis? Filius hominis non venit animas pdere: sed saluare. Non enim omnibus sanctis datus est spiritus Helye: sed aliquibus. Oportebat enim preire spiritum mãsuetudinis in apostolis ⁊ alijs predicatoribus veritatis: ⁊ sequi tandem spiritum Helye ⁊ Helysei circa finem ad faciendum vindictam in nationibus: ⁊ in

Gregorius.

Ysa.

crepationes in populis. Et hoc quidem in sanctis operatur deus. Quid vero spiritus malus in filijs diffidentie? Quam diu sancti predicatores palpant: ⁊ liniunt plagas eorum: honorant ⁊ reuerentur eos: sicut ⁊ ℭHerodes Joannem: antec̃z arguret eum de vxore fratris sui. Si autez post multas exhortationes ⁊ dulcia verba sanctorum: quibus pascitur peccator ⁊ non corrigitur: venit repente ad eum alius in spiritu Helye ⁊ Helysei: aut corrigitur ad verbum eius: si corrigendus est: aut effectus de correctione deterior: mox desperat: ⁊ quod eo deterius est: incipit persequi ⁊ odire medicum: qui plus salutem eius dilexit: q̃z vitam suam: adeo vt nec timore mortis obmiserit loqui sibi in virtute dei: si quo modo possit eum liberare a morte: ⁊ soluere a vinculo captiuitatis sue. Hec igitur causa est: cur increpatio sua sanctorum plaga nouissima dicta est: ⁊ quia in ipsa consumata sit ira dei: nimiruꝝ: quia in alijs verbis sanctorum retinetur per tempora impetus ire dei: eo q; simulẽt sancti loqui peccatoribus verba dura: vt non coruant in soueam desperationis: in istis quia tempus est iudicij: quo ad istud non attenditur: quid inde sequatur: sed aut faciat fructum sterilis arbor: aut excidat: vt arescat: ⁊ in ignem mittatur. ℭMagnuꝝ igitur est hoc signum ⁊ mirabile: q̃d visum est in celo (hoc est) in spirituali intellectu: q; satis admirant homines: cum incipiunt videre: q̃d aliquando non videbant: ⁊ intelligere aliq̃ occulta iudicia que non intelligebant: de quoꝝ numero hoc erat magnuꝝ satis ⁊ mirabile: cur. Alij sancti pepcerunt viris impijs ⁊ sustinuerunt eos vsq; ad mortem: alij punierint eos ⁊ occiderunt: ⁊ cur alij loquantur peccatoribus humiliter ⁊ benigne quasi fratribus suis egrotãtibus ad mortem: alij in zelo q̃ si potibus dei: ⁊ tñ vtriq; beneficiãt: ⁊ vtra vtriq; faciant: ab vno dño ꝓsequantur? Est enim hoc ipsum signum magnum ⁊ mirabile: ⁊ ideo aliqd aliud: q̃d maius est seipso: significat. Et q̃d est illud? Aduẽtus redẽptoris ⁊ iudicis. Una ꝑsona est Christus Jesus: ⁊ tñ deus ⁊ homo. Venit primo quasi hõ in spiritu lenitatis: venturus est scõdo: quasi deus in spiritu iudicij ⁊ ardoris. Venerat primo vt redimeret mundum: venturus est scõdo: vt iudicet genus humanuꝝ. In primo aduẽtu aiati sunt peccatores: in scõdo timebunt ẽt infi. Qui igit sic sibi blãdit de misericordia vt nõ timeat iudiciuꝝ: stultus est: q; vtriq; est dñs: misericors. s. iustus. Ecce huius rei signum est. Et q̃z nõ timeat specialr hoc signum: q̃d in sex vel septem angelis ostẽsum est: nisi ad diem iudicij: q; tñ plage ipse angelorum nouissime dicte sunt: subintelligit precessisse alia tpa: ⁊ alias plagas: quarum respectu hee plage nouissime dicte sint: que ꝺa velut initialia quedaꝝ memorãda erãt: vt ex collatione eoꝝ: posset intelligi ipsuꝝ signũ. Neq; enim ad se di simplr quinarius numerus: sed ad q̃tuor precedẽtes. Per tria etenim tpa (vt iam diximus) expectata siculnea: in q̃rto erat oino (iubẽte dño) succidenda: q̃z abundauit in misericordia dñi vinee: vt eam anno q̃rto equanimiter sustineret: succidẽdam absq; dubio in anno qnto: si in q̃rto nequaq̃z faceret fructum: q̃d qualr ꝓueniat qnq; partibus libri huius: ⁊ qua gratia rõnis effusio phyalaꝝ respiciat: ppue qntum ordinem sufficienter (vt credimus) dictuꝝ est: q; nõ pro modo verbi sufficiẽter dictum sit: q̃d magno volumine indigeret: sed nos hoc in transitu dixisse arbitramur sufficere: qui ad alios abyssos q̃z totius trãsire tenemur: ⁊ scrutari cetera que sequunt. Abyssus enim abyssum invocat: q; ꝓfundum vnius scripture aliud profundum inuitat: ⁊ q̃z to plura dicunt: tanto plura remanent que dicantur. Ad sequẽtia igit̃ maria transeundum est: ⁊ q̃d i alta abyssо lateat videamus. Sequitur.

Psal.

℣. 2.

℣ Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne.

℣ In veteri testõ legimus Salomonẽ fe

Universidad de Deusto Biblioteca

cistemare eneum: in quo repleto aq̃ lauarẽ tur sacerdotes. Nic autem mare vitreum: In populo ex q̃ hoc mixtum igne ostensum est in spiritu archanorum celestium rimatori: quia veteris testamenti baptisma: sordes quidez exteriores abluere poterat sicut aqua interiores non poterat: immunditias vero interioris hominis: solus ignis consumit diuinus. Et rursum verba legis sonare populus ille carnalis: ceris, mare tynniẽdo poterat: videre autem per speculum in enigmate: propium est fidelium Christi. Verum quia nec istud omnibus datum est: quos vnda baptismatis abluendo purificat: nec ita despicimus baptismata priozis testamenti: vt nostrum quoq; baptisma pariter confutemus: congructius in mari eneo: vitam intelligimus sacerdotalem: in mari vero vitreo conuersationem monasticham. Debet sane sacerdotalis vita predicatione esse sonora: monachorum: qui q̃ ad hoc vocati sunt: contemplatione perspicua. In aqua etenim verbum: in igne donum spiritus designatur. In aqua doctrina littere: que non est preter fidem: in igne spiritualis q̃ viuificus intellectus. Et illa quidem doctrina: si sane vtimur ea: emundat grauiora crimina: hec vitia spiritualia diligẽter exficcat. Postremo illa animum virtute humilitatis instruit: hec humiliatum igne charitatis accendit. Quod autem mare istud: nõ ad quoslibet fideles pertineat: sed ad solos perfectos: sequentia manifestant: cum subditur.

T.3. ¶ Et vidi eos qui vicerunt bestiam & imaginem illius, & numerum nominis eius, stantes super mare vitreum.

¶ Si in bestia designatur multitudo infidelium persequentium ecclesiam dei: in imagine: doctrina ipsius bestie: in numero nominis: numerositas vitiorum: quos melius esse dicimus qui tria ista vicerunt q̃ illos de quibus dicit Augustinus. Nullos comperi meliores q̃ qui in monasterijs p̃secerunt. Tres deniq; ordines commendat idem vir: super librum psalmorum: Laycorum primum: clericorum secundum: monachorum tertium. Et quidem ab horum primo exigitur specialiter victoria bestie: a secundo non solum bestie: verumetiam q̃ imaginis: a tertio non solum bestie q̃ imaginis: verumetiaz q̃ numeri nominis illius. Sufficit enim layco seruare viriliter fidem suam: q̃ pugnare pro ipsa vsq; ad mortem: dummodo non maneat in mortali peccato. Clerico non sufficit seruare fidem: quia os layci: clericus esse debet: quando quis interrogat de doctrina Christi: q̃ necesse habet stare in acie in die prelij: aduersus insidias hereticorum: q̃ confundere eos qui contra fidem ex aduerso consurgunt: sicut de beato Stephano scriptum est. Surrexerunt quidam de synagoga: disputantes cum Stephano: q̃ non poterant resistere sapiẽtie q̃ spiritui qui loquebatur. Si enim interrogantur layci de fide sua: aut se simpliciter christianos esse profitentur: aut se credere dicunt in patrez: q̃ filium: q̃ spiritum sanctum. Si autem queritur de ratione huius fidei. Respõdent. Non est nostrum de hoc reddere rationem: quia layci sumus: q̃ ydiote: q̃ ignorãtes legem dei: sed sunt apud nos doctores nostri: a quibus potestis ista scisciatari: qui vobis ad omnia interrogata sufficienter respondeant. Hec enim solet esse excusatio laycorum: ad eos qui se interrogant de fide sua. Quod si ita est: quomodo stabit fides laycorum: si clerici deficiunt in responsis doctrine? Necesse est ergo: vt tales sint: qui tam fidei constantia q̃ doctrine puritate superent bestiam q̃ imaginem eius: q̃tenus nec mẽbra deficiãt in tormẽtis: nisi cũ victorie palma: nec verba in respõsione: q̃ diu loquendi virtus q̃ facultas inest. Sane victoria nois huius bestie: qui manet in multitudine illoz delictoz: que q̃dem: q̃ si ab aliis

Augu.

Actuũ

iudicentur venialia: a pfectis tñ viris: ac si mortalia deuitantur: a veris q̃ deo dignis monachis: qbus lz viuere: sicut libet: potius q̃ ab aliis exqri põt: non q̃ q̃ in ordine laycoz: aut clericoz: non fuerint multi qui sub specie layci: siue clerici pfectionem monastichaz obseruarint: sicut ecõtrario: multi habentes habitum monachi: longe sunt a pfectione illa quam habitus figura prętẽdit: sed q̃ priuata: solẽnibus: non preiudicãt: nec gratia occulta manifesti doni ordinem soluit. Ut enim prętermittam cetera: ad qd religiosus aligs ingredif clau-

Ad qđ religiosum intrare.

strum: de quo fine mãdato: non lz egredi: vel ad horaz: nisi vt auertat oculos suos ne videat vanitatẽ: vt abstineat aures suas ne audiat cãtica meretricũ: q̃ verba filioz huius mundi: pro qbus se ꝓpheta immũduz labijs esse gemebat: vt abstineat a verbis ociosis: q̃ a supflua voluntate ciboz: necnõ ab oi munere q̃ propietate habendi aligd absq; certo mãdato: q̃ qđ his oibus maius est: a ꝓprio arbitrio voluntatis: quatenus calcata tam multiplici materia vitioz: ipsa quoq; vitia sine difficultate vincant. Difficile est enim valde vincere vitia: vbi multiplex est q̃ valida materia vitioz: magnũ est q̃ pro magno habendum: si aliqs sic vixit in seculo: vt nõ prevalente hoste: superet eo. Neq; enim q̃ nõ superatur: idcirco mox est aliquis pro victore habendus: q̃ aliud est resistere hosti: q̃ stare iugiter in acie: ne vincat: aliud est deuicto hoste: in tranqllitate manere. Et ille qdem coronãdus est: q̃ viriliter certat: q̃ nõ desinit certare vsq; ad mortem: sed iste sublimat in altum: vt sedeat in throno Christi: q̃ certauit q̃ vicit. Ergo qui vicerunt bestiam per fidem despicientes regnum mundi: quod ipsius est: q̃ imaginez ipsius per sapiẽtiam: que de celo est: nõ recipiẽtes aliam doctrinam: quam seruat q̃ predicat Romana ecclesia: q̃ numez nois eius: per orationem: q̃ ieiunium: q̃ alia exercitia spiritualia: visi sunt stare supra mare vitreum: qđ est mixtum igne: q̃ illis solis pcedit vita ꝓtemplatiua: q̃ sentire ardorem charitatis dei: qbus datum est de his tribus bellis: viriliter triumphare. Qui vero sunt illi qui expugnant: nisi hi qui nõ solum sua: verũetiam semetipsos relinquunt: illius culmen precepti apprehẽdere cupientes: quo dr. Misi qs renunciauerit oibus que possidet: non põt meus esse discipulus? Neq; enim qui monachus dr: monachus est: sicut nec clericus: qcũq; clericus: nec christianus: qui: cũq; dr christianus. Qui ergo vere monachus est: nihil reputat esse suum: nisi cytharam: nisi nouum hoiem qui sm deuz creatus est: aut operationem spiritus sancti: in qua resonãt tres corde generales: de qbus apostolus. Manẽt autem: fides: spes: charitas: tria hec. Nõ enim põt illud cor absolute laudare deum: qđ rez imaginibus: q̃ mundi sollicitudine occupat. Ubi est thesaurus tuus: ibi est q̃ cor tuum. Tũc enim per fidez: q̃ spem: q̃ charitatez: in corde nostro dulciter cãtamus: si nullius amore cupiditatis: aius occupat. Unde nõ immerito victores illoz trium habere dei cytharas describuntur: q̃ qui mundi cupiditatibus vacua sua corda custodiũt: digni sunt qui celi adimpleant muneribus: sicut edicit so: indigni sunt induere nouuz hoiem: qui expoliari a veteri paruipendunt: q̃ habere dona spiritus sancti: qui munera seculi: non recusant. Qui ergo vult habere cytharam: nõ solum bestiam: q̃ imaginem: lz q̃ numez superare ꝓtendat: q̃ non põt Xpi conuersationem accipere: qui vestigia primi hois per carnis opa imitat. Qui vero illa tria supat: triuz cordaz cytharam dño largiẽte: ꝓsequitur: q̃ qui nec terrore minaz eius frangit: vt obediat illi: nec colore doctrine eius decipitur: vt recedat a spe sua quam hz in Christuz Jesum: nec presentis amoris carnalis demulcet: vt deserat amorem dei quem accepit per effusionez q̃ infusionem spiritus sancti: pfecto: fidei: spei: q̃ charitatis: munera habere ꝓbatur: sine quibus laudare deum corde q̃ animo: non valemus: q̃ in qbus dei laus integra q̃ pfe-

psalmo. cta ꝓfitit. Laudare eum (inquit) in psalterio: & cythara. Sed quare in psalterio? Quia plenitudo legis in psalterio ꝓtinetur. Decem sane corde: decem precepta legis designant: in quibus plenitudo iustitie continetur. Et q; longum erat discurrere per precepta: magisq; ex preceptoꝝ multitudine peccandi occasio prestaba: ꝛ: missus est alius propheta qui diceret. Verbum breviatum faciet dñs super terram. Verbum breviatum: qd sit: apostolus manifestat: cum dicit. Manent autem: fides: spes: charitas: tria hec: maior autem his est charitas. Inde est q; in libro isto: in cytharis sancti iubilant: q; veniens in carne dominus: noluit expressione multa ꝓceptorum deterrere corda discipulorum: sed post aliqua que pertinẽt ad fidem ꝛ spem. Hoc est (inquit) preceptum meum: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Sed iam nunc videamus ꝛ audiamus: quid cantent: qui talia munera perceperunt: ꝛ cuius esse dicatur canticum: quod cantare meruerunt. Dicens enim.

In populo lex

Ex.3.m Habentes cytharas dei (protinus adiecit ꝛ ait) Et cantantes canticum Moysi serui dei: & canticum agni, dicentes. Magna, & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iustæ & veræ viæ tuæ: rex seculoꝝ. Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Quoniam tu solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifestata sunt.

Hoc canticum quo ad litteram: nec in verbis Moysi: nec in verbis agni manifeste repitur. Q̃ ergo Moysi legislatoris: ꝛ agni gratie largitoris: cõmune esse dicitur: sicut spiritualiter. dictum est: ita ꝛ in spiritu intelligendum. Pro eo enim q; ordo monachorum: procedit ab ordine laycoꝝ ꝛ ordine clericorum: in typo spiritus sancti: qui procedit a patre ꝛ filio: canticum q̃ specialiter pertinet ad eos: cõmune Moysi serui dei: ꝛ agni esse phibetur: vt timoris pertinens ad seruum: ꝛ amoris pertinentis ad filium esse videatur: iuxta illud psalmiste. Seruite domino in timore: ꝛ exultate ei cum tremore. Qui enim dicunt. Quis nõ timebit te: ꝛ glorificabit nomen tuum: timere seipsum: quem timẽdum predicant: ꝛ docẽt. Et qui protinus adiungunt. Quoniam tu solus pius es: p fecto amare se indicant: quem pium esse latentur. Et notandum q; causa timoris ꝓtinetur in verbis precedentibus: quibus dicitur. Magna: ꝛ mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotẽs: iuste ꝛ vere vie tue: rex seculorum. Causa amoris in subsequentibus: quibus ꝛ dicitur. Quoniam omnes gentes venient ꝛ adorabunt in ꝓspectu tuo: q̃ iudicia tua manifestata sunt. Quoniam (inquiunt) magna ꝛ mirabilia sunt opera tua: que te fecisse: scripsit Moyses. Et iuste ꝛ vere vie tue: quibus paucis ostẽdisti misericordiam: multis iudicium: quis ista considerans non timebit te: maxime qui ignorat vias ipsas iudicioꝝ tuoꝝ? Et q; ita nunc in fine seculorum abundas pietate: vt gentes quas aliquãdo proiecerat: susciptas ad salutem: ꝛ iudicia que aliquando erant obscura: quare ita percusseris cecitate populum gentilem: nunc manifestata sunt mundo: scientibus ꝛ intelligentibus seruis tuis: q; ideo percusseris vt sanares: qs non glorificabit te: ꝛ magnificabit nomen tuum. Magnificare enim amantis est potius q̃ timentis. Magnificat (inquit Maria) anima mea dominum: ꝛ exultauit spiritus meus in deo salutari meo: q; respexit humilitatem ancille sue. Hec autem omnia (vt iam dixi) cõmunia sunt eis qui cantant canticum istud: q; ipsum quem laudant: timent ꝛ magnificãt: scientes q; iustus est in iudicio: ꝛ in misericordia pius. Sed quare istud cantant ad laudem dei: nisi q; hi qui fornicantur a deo: vilulant ꝛ blasphemãt accusantes iudicia dei: que sentiunt in semetipsis: quasi non sint manifestata iudicia: quibus damnati sunt: cum sit deus pius ꝛ misericors: adeo vt gentibus infidelibus parcat: querentibus conuerti ad ipsum: ꝛ venire de tenebris ad admirabile lumen suum. Si enim gentes infideles que extra sunt: recipit ad salutem: consequẽs est: vt non sit voluntatis eius perire aliquos de his qui sunt intus: sed ipsi semetipsos desperant: vt faciãt ea que non conueniunt: ꝛ prouocent ad iram saluatorem suum. Sequitur.

Ex.3.

Ex.4 Et post hoc vidi: & apertum est templum tabernaculi in cælo: & exierunt septem angeli de templo.

In quarta parte dicit Joannes apertum esse templum dei in celo: ꝛ visam esse in eo archam testamenti. Dicit autem dicit apertum esse templum tabernaculi testimonij in celo: ꝛ exierunt septem angeli de templo habẽtes plagas septem. Queritur ergo vtrum de vno templo dictum sit vtrunq; an duo sint specialia templa: de quibus ista dicuntur. In veteri testamento: collocatum erat a principio tabernaculum testimonij in Sylo in tribu Effraym: processu vero temporis edificatum est templum in tribu Juda. Q̃d autem repulsum est tabernaculum: ꝛ edificatum est templum: designabat pertransire vetera: ꝛ succedere noua. Sed non ita in hoc loco: vbi prius fit mẽtio de templo: ꝛ postea de templo tabernaculi: maxime cuꝫ dicat: qd est in celo. Utrunq; enim templum demõstratur manere in celo: ꝛ illud. s. de quo facta est mentio in quarta parte: ꝛ istud de quo agitur in hac qnta: vt aliud esse illud: aliud istud: eoipso intelligatur: quo aliud fuit sub veteri testamento: templum: aliud tabernaculuꝫ: ꝛ proposterο ordine in hoc libro scribantur. Sed idcirco fortassis in hoc libro: proposterο ordine scripta sunt: ne de illo templo: aut tabernaculo: que fuerunt vmbra futuroꝝ: scribere putaretur: ꝛ non potius de templis spiritualibus que in celo ꝓsistunt. In celo enim sunt templa ista: ꝛ non in terra: q; quicquid dicitur de eis: in spiritu: non ad litteram intelligendum est. Scõm ergo allegoriam duo templa ista mystica: duo significãt testamenta: in quoꝝ primo latebat quõdam littera noui testamẽti: quasi archa in templo: ꝛ quasi rota infra rotam: vt ex eo quãdoq; videretur exire: sicut ꝛ virginalis castitas de vita ꝓiugali: ꝛ nihilominus de scõo egressi sunt spirituales intellectus: ꝝ q; plures sunt. i. septem angeli isti: ꝛ septem spiritus domini missi in omnem terram. Q̃ quare dictuꝫ est templum tabernaculi? An q; primi fideles habuerunt tm̃ vetus testamentum: nouissimi autem. i. nos vetus simul ꝛ nouum: Scimus enim q; templum dei fundatum in terra est: in qua ꝛ fixum est: quasi habẽs radices: tabernaculum vero transire poterat de loco in locum tanq̃ res mobilis ꝛ habilis ad portãdum: q; vt testamentum vetus: terreno quondam populo datum est: ꝛ in ipso solidauit radices suas ad ꝓfirmandas promissiones patruꝫ: nouum vero testamentum sic ꝓditum est in circuncisione: vt protinus pertransiret ad gentes. Q; vero nõ ita transiuit: vt desereret sanctos apostolos qui erant ex circuncisione: sed potius ipsi qui erant de semine Abrae trãsierunt cũ doctrina vtriusque testamenti ad gentes: quasi templum tabernaculi exhibuerunt semetipsos fidelibus: in quo ingressi in spiritu: meditentur in lege domini die ac nocte. Denicq; ꝛ lapides templi qui pretiosiores ceteris: esse videbantur: ꝛ vasa ꝛ columne translate sunt ad gentes: ꝛ si inutilis Judeis: vt esset in signum viuorum lapidum: qui transituri erant de Judea ad populum gentilem: vt in eo edificaretur sanctuarium

dñi. Et bene templuz istud tabernaculum testimonij dictum est: q eoipso quo verba testamenti: seu veteris: seu noui: mystica sunt z spiritualia: testimonium phibent veritati: etiam preter illa que scripta sunt ad litteram: testimonium phibentia: z ipsa: p ḡbus z testamenta dicunt. Scimus enim q testamēta mortuoꝝ: sunt testimonia viuentium: z q illa qdem tradant in littera pp eos qui decesserunt: ista in viua voce eoꝝ qui phibent testimonium: nimiꝝ: q littera que dī occidere: in testñi fidelibus data est: z spiritus qui dī viuificare: extra litteram z supa litteram: testimoniuz phibet veritati. Datum est ergo populo gēnti nouum testñm: immo nonum simul cum veteri: z nōnulli ꝓtinue legentes in eo: in gressi, sunt in illud: ita vt pcipere spiritualem intellectum: nec tñ potuerint egredi nisi in tribus statutis: q̄ per ea que completa sunt opera dñi: ꝑm partem z partem apitur ipsuz testñm: vt possint hi qui extra sunt (hz aliq̄i malo suo) videre z intelligere que dicūtur. Sic duo angeli manētes in Genes. domo: introduxerunt ad se Loth: qui manebat pre foribus: z mox clauso ostio: percusserunt eos qui erant extra caligine cecitatis: qui etiam cum apto hostio egressi sunt foras: effuderunt sup eos iram indignationis sue: pluerūtq; sup eos ignez z sulphur ad pdēdam de terra memoriam eoꝝ. Sic sic septem angeli ist: qui manēt intus per ꝓtemplationem: nolunt egredi foras ad effundēdas phyalas suas: nisi cum aperitur templum: quatenus patefactis mysterijs: imꝓpent meredulis opa eoꝝ: z increpātes eos sup duritia z cecitate cordis eoꝝ: aut ꝓuertātur ex toto corde (si electi sunt) aut si reprobi deteriores effecti: pcipiāt ad plenum mercedem offidentie sue. Sicut enim Phinees zelatus est pp dñm: z ficut unus de filijs ppheteꝝ: unxit Jheu in regem israel ad faciēdum iudicium in populo sceleratos: ita z nunc de templo spiritualis egrediuntur septem angeli ad exercendum iudicium in peccatores: spirituales. s. viri: de ḡbus z dī. Et exierunt septem angeli de templo: habentes plagas septem. Plagas isti angeli dicuntur habere: q̄ qui ardent iugiter amore diuino: cum vident deum ꝓtemni: z blasphemari a populo nequam: sauciant vehemēter in pectoribus suis: qđ sustinere pre dolore non valentes: iram quam de igne spiritus pcipiunt: sup peccatores nō ꝓfusos effundunt. Ipsi ergo dolēt ꝓius: sed nouissime sup alios plagas immittunt: quatenus pacto zelo: ipsi qui zelant: a dolore sanentur. Sed ne forte impares quiq; stimulo passionis accēsi in rorem: quasi zelum effundant: quante pfectionis sint: vel esse debeant: ḡbus hoc datum est: manifestatur cum subdit.

Tex.5 ¶ Vestiti lapide mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

¶ Qui diuini amoris intuitu: rebus se tē poralibus: z ꝓpꝛijs desiderijs priuant: dubium nō est q illo mundo z cādido induuntur lapide: de quo apostolus dicit. Petra autem erat Christus. Sed memorari inter hec debemus: q mulier (cuius signum supius legimus) z legendo pro domino spiritus intellexim⁹: sole esse induta: Christo: vz: phibetur: quatenus sicut pars est deuotio: eoꝝ qui in heremis spiritualiter viuunt: z eoꝝ qui causa dei specialiter in cenobijs degunt: ita z in figuris ad eos ptinentibus: similitudo teneat. Qua vero ratione induat: q̄ seu sole: seu lapide: apostolus insinuat: cum fidelibus dicit. Exuite vos veterem hoiem qui corrumpit sm desideria mundi huius: z induite nouum hoiem qui sm deum creatus est. De zonis autem aureis: qd dicam: quaꝝ precinctio circa pectora est: in qua mentis munditia designatur? Sed necesse non est: vt de eis multa loquamur: q̄ quid differat inter zonas aureas z pelliceas: quid inter precinctionem lumboꝝ z mamillaꝝ: in parte prima huius libri sufficienter (vt extimo) dictum est. Caueat autez qui zonam auream

non habet

non hz ad mamillas: ne indiscreto zelo accendatur aduersus ꝓximos suos: z percutiat delinquentes fratres ipse ꝓcutiendus ab alio: sed scrutetur ꝓius diligēter archana pectoris sui: z si in se feriēdum aliqd deprehenderit: tanto discat alioꝝ culpis humiliter misereri: q̄to se misericordia indigere cognoscit ne sicut ipse iudicat de ꝓximo suo: ita etiam ipse a dño iudicetur. Et qdem zonas pelliceas circa lumbos habere multoꝝ est: auream vero circa pectora: paucoꝝ: q̄ nimiꝝ multi sunt qui carnis continentiam seruant: paucorum vero est mentis munditiam possidere. Porro ad castitatem corporis: zona pellices sufficit: q̄ carnis maceratio: luxurie petulantiam domat. Hec vero zona aurea necessaria est: q̄ nullo modo mente ꝓtinere possumus: ne per immunda desideria dissoluat: nisi hanc indefinenter speciali meditatione cōstringamus: vt dum: vz: bona meditari nō desinit: ei nec ad horaz: aliena cogitare ꝓtingat. Tales igitur viros oipotens deus ad zelandum instigat: z velut de suis stabulis dextrarios ad pugnam ꝓducit. Pastores etenim ecclesiaꝝ qui in spiritu mansuetudinis annunciant populis verba dei: quasi qdam palafredi portantes regem: assidua eum egritatione predicando populis representant. Spirituales autem viri qui silentio vacāt audientes non ꝓuerti populum ad pcurientem se: accēduntur zelo: z quasi qdam nobiles dextrarij: narium furore fremētes tanto se liberius ꝓtra impios: tpe necessitatis ingerunt: quāto id multo tpe largiori desiderio conceperunt. Sequitur.

Tex.6 ¶ Et vnum de quatuor animalibus dedit septem angelis, septem phyalas aureas, plenas ira cundiæ dei viuentis in secula seculorum.

¶ Si qđ quatuor animalium phyalas aureas dederit septem angelis: sermo ꝓphe/ticus intimasset: minori forsan labore: cete/roꝝ enigmata soluerent. Si vero ideo spiritus sanctus: z hec z alia multa ligare voluit sacramētis: vt non sine labore soluant: onerosum apparere non dz: q̄ sepe digressionem facimus: vt ea que per se capi nequeunt per alia capiamus. In qbusdaz locis iam dixisse me recolo: Helyam ꝓphetam ꝓtemplantium ordinem (hoc est heremiticum) designasse. Hic cum accensus zelo occidisset ꝓphetas Baal: z ausugeret a facie Jezabel que illum querebat in malum: z pueniisset ad mōtem dei Horeb: aduersus filios israel: deum qui sibi loquebaī interpellauit: dicens: zelo zelatus sum pro dño deo exercituum: q̄ dereliquerunt pactum dñi filij israel. Altaria tua dñe destruxerunt: ꝓphetas tuos occiderunt: z relictus sum ego solus: z querunt animam meam vt auferāt eam. Qđ cum loquutus esset in conspectu dñi: facta est vox dñi ad eum: dicens. Vade z reuertere in viam tuam: per desertum in Damascum. Cūq; pueneris illuc: vnges Azahel Regem sup Syriam: z Jehu filium Namsi: vnges regem sup israel. Helyseum autem filiuz Sephat: qui est de Abel in eula: vnges ꝓphetam pro te. Et erit: quicunq; effugerit gladium Azabel: occidet euz Jehu: z qcunq; effugerit gladium Jehu: interficiet eum Helyseus. Ecce Helyas paz qđ zeli perficiens: vicem suam Helyseo (dño iubente) dimisit: z qđ ille exꝑte tetigit: iste per se z per reges contemporaneos sibi: sm totum compleuit. Ubi z illud summope notari opz: q̄ Helyas reges iubetur vngere: z tñ nihil hoz fecit: vt intelligatur illud qđ de ficulnea dictum est. Succide ergo illam. Post tres qdem annos minatus est dño ficulnee infructuose: z tñ ad preces cultoris dimisit illam: ita tñ vt ipsemet colonus qui rogauerat pro ea: daret aduersus eam sentētiam: dicens. Et sqdem fructum fecerit: sinautez in futuro succides illam. Sicut ergo Helyas zelatus pro domino: non ipse pmissus est effundere [illegible] se suum zelum sup domum regis impij: z populum

iniquum: sed iustus est vngere Helyseum in prophetam pro se: qui hoc qõ ipse mente conceperat: diligenter expleret: ita quartum animal, i. heremiticus ordo: non potuit: non zelasse contra errores & immunditias eor qui fornicati sunt a deo: & maxime Grecor: sed q nõdum aduenerat tempus generale in quo non esset aliqua excusatio: instituitus est ab eis ordo monasticus qui posset diutius permanere: & cui posset cõmittere vicem suam in faciendo zelum dñi: tempore oportuno: ne quid minus longanimitatis & patientie moderatio diuina videretur habere: siante datam sententiam: nõ alios pretermitteret viros magnos: qui hanc (nisi querterentur) ruinam in primo minarentur. Precessit ergo ordo ipse: habens preparatas phyalas traditas sibi a iusto deo: nec tñ ipse effudit eas: sed alijs tradidit effundendas tempore quo essent consumata peccata. Sunt etenim phyale ipse pie traditiones: quibus perfectos instituere discipulos: docentes eos operari iustitiam & zelari pro ipsa: vt luceret lux eor coram hominibus videntibus opera eor bona. Illa est enim vera religio in conspectu dei que & foris lucet per exemplum: & intus accensa est per ardorem iustitie. Unde & eedez phyale: non solum auree esse phibentur: verumetiam plene ira cundia dei: q; & id qõ foris ostenditur de vita eor: lucidum est: & pretiosum: & qui intus latet amor non potest non vlcisci iniuriam dei sui. Ita enim sibi conueniunt ista duo: vita. s. sancta: & zelus dei: vt alterq; sine altero deo placere non possit. Si enim adhuc hõ multis vitijs subiacere probat: qua fronte: aut qua ratione zelabit aduersum peccata delinquentium: qui se (teste conscientia) esse vnum cognoscit eor qui digni sunt morte: eadem ipse faciens: que in alijs condemnat. Unde & apostolus. Inexcusabilis es o homo ois qui iudicas. In quo enim iudicas alios teipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Igitur qui se ipsum vsq adeo miserq esse deprehendit: vt nisi misereatur sui deus: dignus sit ira: misereri potius dz delinquentibus qñ ostendere zelum: nisi forte & se & illos quos scit esse reatus participes: cõiter reprehendat: iuxta illud psalmiste. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus: iniqr: item secimus. Alias autem: & sancte opz esse vite: & habere manifesta signa sanctitatis: qui vult in peccatoribus exercere zelum dei: vt non sit qui possit arguere vitam eius & dicere. Eyce primum trabem de oculo tuo: & tunc pspicies: vt educas festucaz de oculo fratris tui. Et illud. Peccatori autem dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentum meum per os tuum? Unde & zelanti domino: accidenti. Scriptum est. Quoniam domus mea: domus orationis vocabitur: vos autem secistis illam speluncham latronum. Responderunt Judei ac dixerunt. Quod signum ostendis nobis: q; hec facis? Qõ tale est: ac si per increpationem diceretur. Scimus quia istud facere sanctorum est: & eorum quorum vita dissimilis est a vita humana. Sed tu qui inter peccatores quer saris sicut vnus ex nobis: & cum eisdem peccatoribus manducans & bibens: non videmus quomodo ad te pertineat istud: nisi ostendas apertum signum: per quod te talem esse intelligamus: cui iure: omnes nos obedire possimus. Liquet ergo q; sancte oportet esse vite qui zelum vult facere dei sui: quia nec spiritus sanctus: cuius est zelus iste: requiescit in corpore subiecto peccato: dicente domino. Si diligitis me: mandata mea seruate: & ego rogabo patrem: & alium paraclitum dabit vobis. Propagatum siquidem fore legimus spiritum Moysi: sed tamen in eos qui boni testimonij erant: & iustiores esse videbantur in omni multitudine filiorum israel. Requieuit spiritus Helye super alium virum: sed tamen super eum qui omnia reliquerat propter deum. Et vitam ergo sanctam designatam in veste: & spiritum zeli dei: accepit Helyseus ab Helya: quia nõ

si precederet vnum: nullatenus aliud requireretur. Inde est q phyale quas vnum de quatuor animalibus tradidit septem angelis: & auree esse perhibentur: & plene iracundia dei: quia institutiones quas patres monachorum a viris spiritualibus acceperunt: & claritatem pretiosissimi auri habere vise sunt in doctrina morum: & seruentissimum zelum in amore dei: non modo quia ita docuerunt: sed quia potentia quadam verbor ignitorum vtrunq; obedientibus sibi tradere potuerunt. Et bene dicens: vnum de quatuor animalibus: dedit septem angelis: septem phyalas aureas plenas iracundie dei: addidit: viuentis in secula seculorum: quia sicut morientis est iudicari: ita viuentis est iudicare: & sicut morientis pati iniuriam: ita viuentis exercere vindictam. In illis etenim sanctis qui omnia patienter sustinet: imago videtur esse Christi mortui: & in infirmitate carnis nostre ab impijs hominibus crucifixi. In eis autem qui faciunt zelum eius: viuere se ostendit in secula seculorum: & venturum se esse de celo in gloria patris sui: iudicare vuos & mortuos & seculum per ignem. Unde & per apostolum dicitur. Horribile est incidere in manu viuentis dei. Videtur etiam aqua in qua venit primo Christus mortificare membra nostra: habere similitudinem rei mortue: vel ad mortem fluentis: ignis in quo venturus est secundo: rei semper viuentis & manentis in secula seculorum: quorum primum pertinet ad patientiam: secundum ad zelum dei: iuxta quod & spiritus sanctus primo apparuit in columba: ad extremum in igne: nimirum: quia tempus patientie: tempus iudicij sine mora sequetur. Sequitur.

Exo.7 ¶ Et impletum est templum fumo a maiestate dei: & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

¶ Angeli egrediuntur de templo: vt effundant iram dei super terram: templum autem impletur fumo: vt nemo possit introire in illud: donec consumentur septem plage: quia ad iustum dei pertinet: districtumq; iudicium: vt cum viri spirituales: quorum est proprium manere intus: coguntur ad faciendum zelum dei egredi foras: nullus eorum qui extra sunt: finatur ingredi intus: quousq; fiat iudicium de viris impijs: quorum desperata frenesis incurabilis est. Sed quare nemo potest introire in templum? Quia repletum est (inquit) fumo a maiestate dei: & virtute eius. Fumus oculos offendit vt videre non possint: & indignatio diuina cecat oculos mentis hominum impiorum: vt non videant veritatem: sicut scriptum est. Impie agent impij: neq; intelligent omnes impij. Unde & ex persona omnipotentis dei: Esaye dicitur. Obceca cor populi huius: & aures eius aggraua: & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis: & auribus suis audiat: & corde suo intelligat: & conuertatur: & sanem eum. Sed quare a maiestate dei: & de virtute eius dicitur templum impletum esse fumo: nisi quia sicut humilitas & infirmitas ad redemptionem: ita maiestas & virtus pertinet ad iudicem Christum: nisi quia ibi securitas: vbi paruitas Christi: ibi timor: vbi maiestas? Ut enim se aliquando exhibuit paruum: quatenus effusa desuper luce misericordie sue: illuminaret humiles: & mansuetos terre: ita post ascensionem suam in celum: residens cum patre in throno glorie sue: exhibet seipsum ineffabiliter magnum: vt effusa caligine iudicij sui: eos qui gradiuntur in superbia percutiat cecitate: ne quando (inquit) videant oculis: & auribus audiant.

¶ Et nemo (ait) poterat introire in tem

plum donec ꝙsumarentur septem plage septem angeloꝝ. Hic locus est: vt dicamus: quare septem plage: z septem angeli. Diximus supius ad quintum tps ecclesie ptinere ꝓprie effusionem phyalaꝝ: z qua rõne hoc tenendum sit: sufficiẽter expressimus. Et tñ qõ sepe notatum est: singule partes libri habent ꝓpria tpa deputata sibi: iꝫ vniuersa tpa oibus partibus sint cõia: ꝑm q

Abi cum qꝫ notãdum.

in ianua huius opis etiaꝫ sub figura gnqꝫ populoꝝ intimare curauimus. Quocirca z si proprium tps effundentium phyalas iracundie dei: quintum est: sicut apostoloꝝ primum: martyꝝ scõm: doctoꝝ tertium: virginuꝫ quartum: nihilominus tñ omnia tpa oibus sunt cõia: ita vt singulum tps a primo vsqꝫ ad septimuꝫ: habeat in se aliqd qõ ptineat ad pastores: aliquid qõ ad ceteros ordines: nimiꝝ: qz vnusquisqꝫ istoꝝ ordinum a primo tpe vsqꝫ ad septimum per successioneꝫ pdurat. Que: vꝫ: successiones singuloꝝ ordinum: qz per singula tpa variant: accidit vt singulus ordo in septem

Regula communis

portionibus distinguatur. Et quãuis ipse vnus sit: multiplicitatem tñ per successioneꝫ recipiet. Hac pro causa: vt prima pars sub specie septem angeloꝝ: septem ecclesiarum: tertia sub specie septem angeloꝝ tubis canẽtium: septem tpa ecclesiastica vnisoꝛmiter tangit: ita quinta pars sub specie angeloꝝ effundẽtium septem phyalas: singulis tpibus: singulis angelis deputatis. In singulis enim tpibus precedere oportuit patientiam: z seq zelum: qz nulli deesse visum est: qõ non esset pro tpe tolerandum: z in fine puniendum: sicut z in quolibet hoie qui longo tpe expectatus: parui pendit apprehendere disciplinam. Hec igitur causa est: quare septem angeli esse dicũtur qui egressi sunt de templo ad effundẽdas septem phyalas iracundie dei. Et quare septem phyalas: aut septem plagas habere scribuntur: cum omnes sint vnius ordinis: z vnius potestatis. A quo sensu: nec illud discrepat: qõ ait dõs per Moysen: Vercutiam vos septies ꝓpter peccata vestra: nimiꝝ: qz septem sunt tpa: vel potius sex: sed duplex sextum: que data sunt ad penitentiam populo dei. In qbus z electi probantur vt ꝓficiant: z reprobi ne excusationem habeant de peccato suo: z vt reuelet illoꝝ ꝓsumata malitia in charitate iustoꝝ. An forte non est ex charitate zelus iusti: qz corripit: qz increpat: qz flagellat: qz (vt id qõ gratius est) inferam: eodem ser/

Cap. 16 Tex. 1

uenti zelo cõmotus Petrus Ananyam z Saphyram tpaliter occidit? Absit. Quis enim magis trascitur sup insipientia adolescentis qꝫ pater: qui amplius amat eum? Quis magis indignatur aduersus leuitatem puelle: qꝫ sponsus: qui nimio amoꝛe alligatus est illi? Non ergo qz dõs odit populum suum: ꝑcurit eos his plagis que duriores sunt ceteris: sed vt ꝙuertantur z viuant: z si viri impij semp proficiant in pe/

ius: z odio habeant gratis eum qui dilexerit illos: eripiẽs eos de potestate principis tenebraꝝ: z redimens in sanguine suo. Agitur velint: nolint reprobi: opꝫ electos dei facere zelum dei: z increpare durius eos qui nolunt ꝙuerti: z effundentes sup eos phyalas iracundie dei. Nam sequitur.

¶ Et audiui vocem magnam de templo dicentem septem angelis. Ite, & effundite septem phyalas iræ dei in terram.

¶ Vox magna audita est de templo: dicens septem angelis: vt effundant septem phyalas ire dei in terram: qz de vtroqꝫ testamẽto habeꝫ manifesta significatio: qꝫ de beat viri spirituales effundere zelum iuuꝫ sup eos qui vsqꝫ in finez terrent sunt: z terrena ꝙpiscunt: etiam si eoꝝ aliqui fm ri/

ctam speciem celestes esse videantur. Qz enim pro diuersitate ordinum: in qbus carnales hoies mentiri deo per fictum habitum aut tonsuram noscunt: in sequẽtibus sup mare: z super fontes aquaꝝ: necnon z in solem: z in aerem: phyale aliquoꝝ angeloꝝ effuse esse scribuntur: ne gs nomine se

lis aut aeris aliquos celestes viros ere/ret designari. Hic non vni tantum angelorum: sed omnibus generaliter dictum est. Ite z effundite phyalas ire dei in terram. Et benedictum est. Ite: qz qui mouent p zelum dei a tranquillitate animi sui: illuc ire videntur: vbi ante non eram. Et rursum qui post qmetem silentij sui: vigente amoꝛe dei sui: egreditur vt loquatur verbũ: z increpet delinquentes: ire dicit: qz nisi aliquantulum deserat quod tenebat: vt eat ad aliud: in quo ante non erat: non potest facere nisi id quod ꝓius: filere: legere: psallere: z orare assidue deum suum. Sed necesse est vt aliquando eat: quia vox magna que auditur de templo: eum quiescere non permittit: Eunt ergo angeli: quia vox audita compellit: z effundunt singuli phyalas suas vnusqsqꝫ in ordine z in tempoꝛe suo. Nam sequitur.

¶ De primo angelo effundẽte phyalam.

Tex. 2

¶ Et abiit primus angelus, & effudit phyalam suam in ter// ram, & factũ est vulnus seuũ ac pessimum in hominibus qui habent caracterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt imaginem eius.

¶ Ecclesia primitiua que collecta est i iudea de circuncisione: sicut alibi iam scripsimus dicta est terra: siue qz de populo terreno collecta est: siue qz ipsamet terrena moysi precepta cõplectẽs: noluit vsqꝫquaqꝫ cõsurgere ad celestia verba: pp quod viri spirituales qui fuerunt in ea assumpserunt zelum pro nomine dei aduersus eam: impoperantes illi duritiaꝫ suam: sicut ex verbis epistolaꝝ pauli: z libri actuum apostoloꝝ perpendi potest: ex quibus est illud quod dicit isdem paulus: propter introductos falsos fratres qui venerunt explorare libertatem nostrã: z periculis in falsis fratribus z alio loco. Videte canes: videte malos operarios: videte concisionem. Sic igitur zelantibus viris spiritualibus aduersus ecclesiam illam: que dicta est circũcisionis: factum est seuum vulnus ac pessimuꝫ in hominibus qui habebant caracterem bestie exadoraueruntimaginem eius: qz hii qui sic volebant vocari christiani vt tamen liceret eis carnaliter viuere z ambulare secunduꝫ desideria vite huius: quod est habere caracterem bestie: hoc est: voluntatẽ carnis: que est contraria verbo crucis z observare doctrinam phariseorum: quod est adorare imaginem ipsius: non ferentes correctionem iustoꝝ: seuo ac pessimo vulnere doloris sauciati sunt. Unde eisdem carnalibus hominibus velut in rabiem z furorem versis: insanabilis facta est plaga eorum: ita vt non nulli relicta penitus fide christi quasi canes ad suum vomitum redirent ad iudaysmum segregantes se a cõsessoribus christi: tanqꝫ ab immundis z incircuncisis: z sociantes se iterum hominibus blasphemis qui fuerant consentiẽtes mortis eius: z comparticipes eorum qui fuderant cruoꝛem ipsius. Diximus enim superius cum ageremus de sepe scripta bestia: qꝫ ab herode primo qui occidit innocẽtes pueros (inchoata est: z primum caput ipsius fuit synagoga iudeoꝝ: cuius recte arguitur accepisse caracterẽ z adoraſſe imaginem illius falsi christiani: qui relicta libertate que est in christo iesu: carnalia eius exẽpla z doctrinam pestiferam acceperunt.

¶ De secũdo angelo effundẽte phyalaꝫ.

¶ Et secundus angelus effudit phyalam suam in mare. Tex. 3

¶ Sicut in terra ecclesia circuncisionis: ita in mari ecclesia gentium designata est. Claruit autem hec ecclesia secũdo tempore predicantibus fidelibus verbum dei: secundum quod acceperant a sanctis aposto

lio. Assimilata autem mari propter amaritudinem cordis ⁊ fluctuationem infidelitatis: in qua multo tempore detenti fuerant: hoc est a diebus Japhet vsq; ad christum: quod tamen benedicente domino: vt prius terra benedicta ex israel protulerat ligna fructifera: ita ⁊ ipsum ad vocem predicantium verbum crucis: protulit electorum piscium multitudinem copiosam: dicente de hoc domino predicatoribus primis. Venite post me: ⁊ faciam vos fieri piscatores hominum. Verum q; ⁊ in ipla collectione fidelium non defuerunt multi qui sequerentur nicholaum: vnum de septem diaconibus primis a quo propagata est secta nicolaytarum: ⁊ qui redirent velut sus lota in volutabrum luti: sicut ⁊ apostata Julianus ⁊ qui tempore crederent ⁊ tempore temptationis recederent: sicut multi qui defecerunt in persecutione: ⁊ qui ita vellent seruare fidem christi: vt tamen liceret eis viuere in immunditia: sicut gentes que ignorant deum: nõ potuerunt deesse in domo dei viri spirituales: qui videntes huiuscemodi abominationes: non effunderent super populum zelum suum: siue quia ipsi reprobi corrigi nolent a peccatis suis: siue quia electi coinquinarentur ab eis: sustinentes ⁊ dissimulantes iniquitates ipsorum. Predixerat enim beatus paulus futuros esse tales homines in ecclesia dei ita dicens. Ego scio q; intrabunt post discessionem meam lupi graues in vos non parcentes gregi: ⁊ ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa: vt adducant discipulos post se. Sed ⁊ petrus in epistola sua: simile aliquid prescripsit dicens. Fuerunt in populo pseudo prophete sicut ⁊ in vobis erunt magistri mendacij qui introducent sectas perditionis: ⁊ multi sequentur eorum luxurias: per quos via veritatis blasphemabitur: ⁊ in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Et hoc quidem ⁊ alia multa que postea acciderũt: predicta sunt a sanctis apostolis in spiritu prophetie: vt non scandalizarentur electi: quando viderent ea opere consumari. Verum multitudo maxima eorum qui leuerunt in fide quam cito ab ea ceperunt retrorsum ab eo quod traditum erat illi: sancto mandato: testatur ille qui scribit hystoriam ecclesiasticam in loco illo vbi incipit agere de persecutione Diocletiani: ⁊ Aldaxmiani ita dicens. Vbi ex multa libertate multa que indulgentia vitiati sunt: mores: ⁊ disciplina corrupta est: dum alter alteri inuidemus: ⁊ alter alteri derogamus: dumq; nos inuicẽ mordemus: ⁊ incusamus: ⁊ malorum per singulos cumulus intumescit: diuina prouidentia inueteratam discipline populo suo illatam ex plurima pace ⁊ nimia sui lenitate prospiciens aggreditur primo sensim refrenare lapsantes. Et paulopost. Sed cuz nullus ex hoc clementie eius intellectus populis redderetur: quin potius velut ignorantes deum: absq; diuina prouidentia res agi ducerent: ⁊ per hoc eo magis perstiterent in malis suis: atq; ipsi qui duces populi videbantur: ⁊ principes diuini mandati immemores esse cti: aduersum se inuicem contentionibus: zelo: liuore: superbia: inimicicijs: atq; odijs inflammarentur: ita vt tyrannidem potius q; sacerdotium se crederent exercere: tunc demum secundum vocem Jeremie obscurauit dominus in ira filie syon: ⁊ defecit de celo gloriam israel: nec rememoratus est scabellum pedum suorum in die ire sue. Et post aliqua. Non est nostrũ describere quanta in sacerdotes dei iniuriarum genera collata sunt: sicut ne illud quidem nostruz duximus exponere sigillatim: quanta pius inter christianos rabies discensionis exarsit. Hoc solum hystorie tradere licuit: q; iusto dei iudicio ⁊ necessaria correctione diuinam sensimus manum. Neq; enim refert remedium pro

Nota.

ferre pro quibus vel turbo persecutionis inuectus est: vel quos: quantosq; infidelitatis procella demerserit. Sed illa commemorabo: quevel nos ipsos videntes: vel alios edificent audientes: ⁊ infra. Illos qui ⁊ multo plures fuerunt quos metus oppressit: ⁊ ante congressionem solus terror elisit: preterire melius puto. Verum hoc commemorare libuit: vt sciamus non defuisse culpam: tempore sanctorum martyrum populo christiano: pro qua viri spirituales effundere super eos phyalaz iracundie dei: non immerito debuissent: ne quis putet fideles illius temporis omnes in persecutione fuisse: aut ante persecutionem: omnes sanctos ⁊ iustos fuisse: quia multos legit in persecutione paganorum martyrij gloria coronatos. Quia igitur multis modis preuaricatus est: non solum populus: sed ⁊ clerus: effusa est super eos phyala iracundie dei: vt scirent experimento hi qui nollent conuerti ab erroribus vie sue. Quid illud esset quod apostolus dicit gentili. Si deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Nam sequitur.

Ter.4 ¶ Et factus est sanguis tanquã mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari.

¶ Non nulli quando increpantur: dolẽt q; se vlciscí aut metuunt: aut nõ possunt. Et hoc precipue accidit illis: qui zeluz dei habent: sed non secundum scientiam. Qui autẽ volunt honorari in populo sicut nõ nulli clericorum: si quando increpãtur publice de vitijs ⁊ peccatis suis: seu etiaz qui buscunq; erroribus de quibus correcti secretius emendari noluerunt: pre confusione ⁊ rubore: remittitur cor eorum: ⁊ recedit ab eis penitus calor: spei: delinquentibus in ipsis: ⁊ abijcientibus timorem domini a conspectibus suis. Et quia multi erant in illo cursu temporis: qui confitebantur se nosse deum: factis autem negabant: vbi vires spirituales ceperunt eos increpare de erroribus suis: quidam sanguis accidie procreatus est in cordibus eorum: per quẽ mortua est omnis anima que viuebat in mari. Quare hoc? Quia homines animales qui se putabant aliquid magni agere: quia recesserant a cultura ydolorum: ⁊ nolebant recedere a vitijs ⁊ a peccatis: nec vbi viri spirituales increpabant aliquos eorum scandalizabantur dicentes. Et si salui esse non possumus in fide christiana: quid nobis profuit recessisse a cultura ydolorum? Omnis ergo anima viuens mortua est in mari: quia animales homines qui nesciunt que sunt spiritus dei: si compelluntur deserere id quod amant: etiam parum id quod habent in deum: fidei: ⁊ spei: ⁊ deuotionis ammittunt. Unde ⁊ cõpetenti iudicio traditi fuerunt in temptatione: vt qui sine iustitie opere pacis tempore gloriabuntur: de fide: fuisse mortuam fidem illorum temptationis tempore probaretur. Et notandum q; hoc vniuersale omnis: vel omne: non semper in diuinapagina pro toto: sed pro maiori parte accipiendum est: sicut e diuerso hoc: nemo: nemo: non eum semper intellectum facit: quem facere videtur: sed alium. Si enim hoc nomen: nemo: semper pro nemine accipiendum esset: dicens ioannes baptista: in euangelio de christo. Et testimonium eius nemo accipit: nequaq; subiungeret. Qui autem acepit eius testimonium: signauit quia deus verax est. Et si semper hoc vniuersale (Omne) vniuersitatem respiceret nequaquam diceret dominus. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia trahaam ad me ipsum: sed aliqua. Igitur ⁊ quod ait in hoc loco ioannes. Omnis anima viuens: non pro vniuersitate credentium accipiendum est: sed per misericordia multitudine eorum qui tempore eorum defecerunt in fide. Sequitur.

¶ De tertio angelo effundente phyalam

Tex.5 ¶ Et tertius Angelus effudit phyalam suam super flumina, & super fontes aquarum: & factus est sanguis.

¶ Tertio tempore quod incepit a constantino immutatus est status ecclesie: propter pacem & dominium quod datum est illi: & qz data est licentia christianis docere liberos filios suos: ita vt ordinato clero & multiplicatis discipulis videretur ecclesie loca ad irriganda corda fidelium: oriri quasi flumina & fontes aquarum: non tam proferentes amaritudinem mundane sapientie: quã perdidit christus: sicut prius aqua maris: sed dulcedinez illius sapientie: que de celo descendit. Sed quamuis istud nõ defuit tamen iniquitas generi humano: per quos nec isto modo reuocati ad iter: puniri debuissent. Non nulli namqz eorũ qui videbãtur esse doctores i populo: psumẽtes de cordibus suis: inter multa vera q̃ docere visi sunt: falsa aliqua prulerũt: in qbus & de eadem clerj multitudine non solum plurimos sequaces: verum etiam & defensores i suis heresibus habere cepunt: adeo vt propter hoc scisma fieret in clero & i populo dei: alijs stantibus pro veritate: alijs defendentibus (quasi pro veritate) mendacium. Cũqz viri sancti arguerent eos verbis pacificis q̃rentes reuocare ad iter: vsqz adeo: vt legitur in hystoria ecclesiastica: ualuerunt heretici sacerdotes. vt multi p consilium eorum occiderẽtur: & nouo post victorias paganorum coronarentur martirio. Unde factum est vt tertius angelus effunderet phyalam suam: super flumina: & super fontes aquarum: hoc est super illos episcopos & sacerdotes qui infecti erant erroze arriano: & factus est sanguis: quia zelãtibus viris spiritualibus aduersus prauos doctores: procreatus est in cordibus eorum potus mortalitatis: ỏ quo dicit apostolus. Litera occidit: spiritus autem viuificat. Ibidem enim vbi heretici increpant de doctrina sua carnaliter intellecta: indurãt cor suum & obturant aureo suas sicut aspis: vt nolint ascendere ad spiritualem intellectũ dicentes illos esse hereticos: qui aliũ intellectum quã qui scriptus est: in testibus librorum in dicunt. Sed iusto dei iudicio actum est: vt qui pro erroris sui defensione catholicorũ sanguinem fuderunt: psi mortalem potum doctrine carnalis que in litera est: hauricent ignorãtes illud quod scriptum est. Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest quicq̃. Unde & mox subditur.

¶ Et audiui Angelum aquarum dicentem. Iustus es, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: & sanguinem eis dedisti bibere, vt digni sunt. Et audiui alterum Angelum ab altari, dicentem. Etiam domine deus oĩpotens vera & iusta sunt iudicia tua. Tex.6

¶ Angelus aquarum magnos illos: & spirituales doctores designat: qui se oppositurunt aduersus hereticos propter veram fidem ostendentes intellectũ eorum esse sanguineum & carnalem: de quo dominus petro. Beatus es inquit simon bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Et quia nonnulli admirantur de iudicijs dei conquerentes ad inuicem & dicẽtes. Si nos credimus falsum quod putamus esse verũ que culpa nobis est: aut que iniquitas? Ex qua culpa id acciderit vt ita cecarẽtur corda eorum: demonstratur cum dicitur. Quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: & sanguinez eius dedisti bibere: vt digni sunt. Humanum siquidem est: incidere aliquando in errorez: sed persequi ca-

tholicos pro defensione erroris: & fundere illorum sanguinez (sicut fecerunt arriani) diabolicum. Inde est: qz correcti a viris spiritualibus: nõ fuerunt digni qui apprehẽderent disciplinaz: sed magis indurauerũt ceruices suas: vt contempta doctrina spirituali: eligerent ad defensionem erroris sui: intellectum habere: qui gustantibus inse re mortem. Et bene ait: qz sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: quia nõ solum pios sacerdotes & episcopos inoluit persecutio arriana: verum etiã monachos & heremitas: in quibus erant non nullihabentes spiritum prophetie sicut legitur de sancto ioanne anachorita: & de sancto benedicto: q̃rum & catholici doctores: prophete dici queant: quia futura predicunt. Et bene dicit angelus. Justus es: qui es: & qui eras sanctus: qz & in veteri testamẽto ostẽdit se esse sanctum & iustum: reddẽs retributionez superbis: & in nouo similiter Angelus vero qui respondit ab altari & dixit. Etiam domine deus omnipotens vera & iusta sũt iudicia tua: catholicos episcopos puto designari congregatos in concilijs: q confirmantes scripturas sanctorum: doctores hereticos dãnauerunt. Altare enim de lapidibus fit segregatis ab alijs: & coniunctis in vnum locum. Sic & sancti episcopi segregati sunt secundum aliquid ab alia multitudine fidelium: vt ipsi qui sunt maiores in ecclesia decernerẽt: congregati in concilijs qd abijciẽdũ sit: qd tenendũ. Quasi ergo ab altari angelus respondit dicẽs. Etiam dominé deus omnipotens: vera & iusta sunt iudicia tua: cũ ex ipso ordine episcoporum congregati sunt aliqui in concilijs: qui damnantes hereticam prauitatez & deum omnipotentem esse iustum iudicẽ: & propria culpa homines ipios incidisse in iudicium sanguinis qui sanguinem fuderunt testati sunt. Sequitur.

¶ De quarto angelo effundẽte phyalam.

Tex.7 ¶ Et quartus Angelus effudit phyalam suam in solem: & datum est illi æstu affligere homines & igne.

¶ In sole sicut iam diximus designantur contemplatores: quorum est proprium relictis omnibus speculari faciez dei: & videre eum qui facit nos. Hic ordo quarto tẽpore habuit conflictum cũ bestia: que alcẽ dit de mari: quia iste castitatem predicat: ille luxuriam. Iste contemptum mundi: ille temporalem gloriam & mundanos honores. Sed quia ibi plerũqz ex occulta elatione: appetitus surripuit vane laudis: vbi manifesta religio prenotat sanctitatez: nec in ipso ordine tam preclaro deesse potuit: quod argueretur a sanctis viris: quia vana est profecto omnis religio: que non est solidata: & fundata in radice humilitatis: etiam si pro sua excellentia videretur transcendere astra celi. Unde scriptum est Gaudium ypocrite ad instar puncti: si eleuauerit caput suum vsqz ad nubes: quasi sterquilinium in fine perdetur. Igitur & super tales viros: si dissimulant corrigi dedit in die: effunditur sicut & in ceteros phyala iracundie dei: quia tanto sunt qui eiusmodi sunt: durius increpandi: q̃to illorum delictum: non tam homines tãgit: quam deum. Verum quia se sanctos & iustos & digniores ceteris esse putant. tanto si increpantur ab aliquo: magis accenditur in ira: quanto nihil esse putant vitam aliorum: qui se sicut ipsi extimant a vsu temerario increpare presumũt. Solent etiam qui eiusmodi sunt conqueri concurrentibus ad se: & exponere illis vitam suam: vt sciant quia zelo inuidie & liuore odij arguũtur. Unde & plerũqz ptingit: vt affligant homines estu & igne: & incipiãt estuare estu magno: qz quia nihil est quod tã offendat corda carnalium: & quod tam eos cõpellat ad desperationem q̃ cum eos quos venerantur quasi sanctos: audiũt ab alijs quos bonos quidem esse putant: sed tamen impares meritis increpari: & ex eadem increpatione inter eos quos sanctos esse creda-

bant:lites ⁊ scãdala generari. Dicunt enĩ. Si nobis erat spes ⁊ fiducia saluari posse orationibus istorum:⁊ etiam si posse dare/tur:conſugere ad illorum conſortium:quo modo ſi iſti ſalui eſſe nequeũt: qui tot ⁊ tã ta ſuſtinẽt cauſa dei(nos qui peccatores ſu mus)miſericordiam cõſequemur? Et hoc quidem dicunt carnales homines: ſecun
Ypocri tis. dum quod ab ipſis ypocritis didicerunt: quia neſciunt inter corporalia ⁊ ſpiritualia vitia habere diſcretionez:⁊ quia melior ſit humilis ſeruitus:q̃ ſuperba libertas. Inde eſt quod ſatisfacientibus eiſdem ypocri tis in exercitijs corporalibus: accenditur ipſi carnales homines contra eos:qui zelã tur aduerſus ipſos:diiudicãtes ⁊ blaſphe mantes illos tanq̃ inuidos ⁊ iracundos: ⁊ in ipſis omnipotentem deuz qui zelatur per eos. Unde ⁊ mox ſubditur.

Tex.8 ¶ Et extuauerũt homines eſtu ma gno,& blaſphemauerunt nomẽ dei hñtis ptãtẽ ſup has plagas.

¶ Ad magno vt iaz dixi eſtu eſtuant homi/nes:cum illos audiunt increpari quaſi ho mines perditos:quos ipſi ex multo tẽpo/re ſanctos inter homines teſtati ſunt:⁊ ob hoc conuerſi ad iniuriam eorum qui eos ypocritas eſſe dicunt: blaſphemant ſpiri/tum domini qui habet poteſtatem ſuper plagas iſtas:⁊ dantis poteſtatem homini/bus faciendi iudicium:vt ſentiant plagas ſpirituales:quibus cuz poſſent reſiſtere no luerunt. Sequitur.

Tex.9 ¶ Negz ægerunt penitentiam, vt darent illi gloriam.

¶ Cum arguunt ypocrite:q; querũt glo ria ab hoibus:quos ſibi qbuſdã familiari tatibus:⁊ carnalibus amicitijs:aligantur: ⁊ nolũt cõuerti:oporteret ipſos homines qui decepti ſunt ab eis penitentiaz agere: q; gloriam quam ſoli deo impẽdere debue runt:impendunt hominibus mozituris. Sed quia eos quos ſẽmel venerari cepe/runt:confundunt deſerere(re vera)q; ho mines ſunt: non ſolum penitentiam non agunt vt dent gloriam deo:cui ſoli debeb: verumetiam deteriozes effecti in blaſphe mias ipſas prozumpunt dicentes. Iſti ho/mines nõ ſunt ex deo:qui ſanctos impius odiunt ⁊ perſequuntur. Neq; enim aliuz blaſphemare credendi ſunt:q̃ ipſum ſpiri tum ſanctum:qui blaſphemãt:quia incre/pant ⁊ quaſi perſequũtur ypocritas:quos ipſi putant ſanctos homines ſpirituales: quia ⁊ illi quos arguit:dominus incurriſ/ſe ſpiritum blaſphemie:nequaq̃ aperta cõ tumelia blaſphemauerunt ſpiritũ ſanctũ: ſed in belzebub(unquit)pricipe demonio rum eiecit iſte demonia. Sequitur.

¶ De quinto angelo effundente phyalã.

T.10 ¶ Et qntus ãgelus effudit phya lam ſuam ſuper ſedẽ beſtiæ, & factũ eſt regnũ eius tenebroſum.

¶ Sicut in quatuor tẽporibus quatuor animalia claruerunt:⁊ tamen in ſingulis ordinibus:multi ſub ficta ſpeciereligionis abuſi ſunt gratia ⁊ miſericordia dei:ita in quinto tempore claruit generalis eccleſia: que eſt ſedes dei:ordo.ſ.clericorum ⁊ con/uentualium:de quo ⁊ ſeptem iſti angeli ad faciendum iudicium egreſſi ſunt: ⁊ tamen nonnulli ſub ſpecie eiuſdem ſedis dei:facti ſunt ſedes beſtie que eſt regnum antichri/ſti regnãtis vtiq; a principio eccleſie i mem bris ſuis:eo q; non ſint de illis clericis vel monachis qui vicerunt beſtiam ⁊ ymagi nem eius:ſed de his qui victi ſunt a beſtia ⁊ ymagine: ⁊ numero nominis impiis: adeo:vt deteriozes ſint:q̃ aliq ſeculares. Sicut(inquit auguſtinus) Nullos cõperi meliozes:q̃ qui in monaſterijs pfecerũt: ita nullos comperi deteriozes:q̃ qui i mo naſterijs deſecerunt. Et quoniaz ſupra mo dum qui eiuſmodi ſunt ambiunt regnare ſupra fratres ſuos:non immerito ſublati a regno regis humilis:tranſeunt in regnuz eius:de quo dicit ſcriptura. Ipſe eſt rex ſu per vniuerſos filios ſuperbie. Quecũq; er go canonice vel monaſteria deuicte ſunt a

beſtia:ſeu ab ymagine ipſius:ſeu a nume/ro nominis eius: ſedes beſtie facti ſunt: quia de talibus magis gaudet ille q dicit.
Iſaias. Sedebo in monte teſtamenti:Et quoniaz quo ad ſpeciem habitus vnius ordinis eſ/ſe videntur:cum eis qui effundunt ſuper eos phyalas iracundie dei:eo magis indi/gne ferunt:q; quaſi a coequalibus increpantur:non attendentes q; habitus nõ p ſit:ſed obſit:ſi hitus a vita diſcordet. Quo circa effuſa phyala ſuper hanc ſedem: ⁊ ſtl citur regnum eius tenebroſum:q; ⁊ ambitio ipſa p ſe cecat oculos eorum ne videãt: ⁊ od ũ quod ꝓcipiũt cõtra eos qui ſe increpant.omnino auſert lumẽ ab oculis eoz: dicẽte ioãne cuius eſt liber iſte: in epiſtola ſua:q; odiũ obcecat mẽtẽ. Qui odit fratrẽ ſuũ in tenebris eſt.⁊ in tenebris ambulat: ⁊ neſcit quo eat:quoniã tenebre obcecaue/runt oculos eius. Et quoniã qui eiuſmodi ſunt:ſi quando impediti a viris ſpirituali
T.11 bus:nõ poſſunt obtinere quod cupiũt pre nimio dolore cordis in detractionẽ eoz q ſe increpãt,primus ſũpſit recte ſubiũgit.

¶ Et cõmanducauerũt linguas ſuas præ dolore.

¶ Lingue ⁊ enim populi recte illi dicun tur quibus data eſt:alla gratia que ſignifica ta eſt in liguis que apparuerunt apoſtolis: vt habeant ignem zeli dei:⁊ ardoꝛẽ loquẽ/dinõ volentes ſub ſilentio pretetire iniu/rias dei ſui. Sed qua neſciunt filij belial ſuſtinere vſtionem medicine:tecti intrinſe cus dolore impatientie ſue: quaſi comãdu cãt linguas ſuas:dũ nõ metuũt detrahe re de viris ſanctis q lingue ex dono gra/tie dicti ſunt:vt per minora peccata ad ma iora ptraſcant. Qui.n.ſuſtinẽt patiẽter ⁊ iu ſte ſe argui cõfitent.paulo poſt: ſi perſeue/rãt in patientia: ſuperueniẽte gratia:inue niũt conſolationẽ:⁊ conſolati benedicunt do/minũ:qui ſaluat ſperantes in ſe. Qui vero impatientes ſunt ad verbũ:primo quidez lamãt debitos correctores ſuos: deide cre ſcẽte impatiẽtia ⁊ malitia:vſq; ad blaſphemi as:creatoris eruũpũt. Unde ⁊ hic ſubdit.

T.12 ¶ Et blaſphemauerunt deum cœli & terræ præ doloribus, & vulneribus ſuis, & non egerunt penitentiam ex operibus ſuis.

¶ Blaſphemauerunt inquit deum celi: ⁊ terre. Blaſphemaucrũt qui coronat ſanc/tos ſuos pro operibus bonis ⁊ ſaluat pec catores penitentes per miſericordiam ſuã. Blaſphemauerunt autem illum pre dolo ribus ⁊ vulneribus ſuis:q; ſi non a princi pio reſiſtitur concupiſcentijs:duz tempo/re eſt penitendi ad extremum multiplica/tis doloribus:quia nõ licet quod libet: ita Nota. ſagittis temptationum interioꝛa cordis ſui vulnerari contingit:vt plerũq; ⁊ inuitus Nota. rapiatur animus ad blaſphemiam: ⁊ que/rens penitentie aditum:inuenire non poſ ſit. Ergo ſtulti ſunt qui differunt de die in diem:quia qui promiſit miſericordiaz pec catori quacunq; hoza peniteat ex toto coꝛ/de ſuo:dare ſe ſemper peccantibus affectũ penitentie non promiſit. Unde ⁊ p ſemet/ipſam veritas dicit. Contendite intrare p angustam portam:quia multi dico vobis: querent intrare ⁊ non poterunt. Sequit.

¶ De ſexto angelo effundente phyalam.

T.13 ¶ Et ſextꝰ ãgelus effudit phya lam ſuam in flumẽ illud magnũ eufratẽ & ſiccauit aquas eius vt ꝑpareꝫ via regibus ab ortu ſolis.

¶ Ducuſq; zelus dñi i domo eius exarſit: punicis eos q videbant eſſe de familia ſua: ⁊ de ordinibus pfectoꝛ:vt impleret illud apoſtoli petri. Tempus eſt vt incipiat iu dicũ de domo dñi. Iuſtificat eos q irregu lares ſunt ⁊ mundani ſicut ſunt milites ⁊ negociatores terre: ⁊ vniuerſi q videt eſſe quo ad opa filij huius mundi oportet effũ di phyalam iracudie dei:quatenus inchoa to tempore ſexto:ſentiant ſaltem exterius plagam:quam intus pro cõſuetã cecitate

graniozis plage vulnera sentire non pos/
sunt. Scimus enim q̃ flumen eufrates in
fluebat quondã opulentissimã illaz ciuita
tem que dicebatur babylon: ꝛ dictum est
inferius in hoc libro: q̃ aque multe super
quas meretrix sedet: sunt populi multi. Si
autez aque huius fluminis quod vocatur
eufrates: populi sunt: ꝛ gẽtes ꝛ lingue que
parent romano imperio: siquidem ciuitas
romana ipsa est noua babylon: quid est: q̃
ad effusionem phyale siccantur aque eius:
nisi q̃ pro eo q̃ ipsi qui p̃sunt non suspi/
ciunt correctionem: iusto omnipotẽtis dei
iudicio debilitanꝫ vires eoz: vt deficien/
tibus exercitibus suis: non sit q̃ resistat re
gibus: ꝛ tyrannis: qui sicut in sexta parte
plenius cõtinetur: venturi sunt: ad percu
tiendum regnum ipsius babilonis? Qui
autem dicitur ab ortu solis. Arbitror ad
literam esse intelligendum: vt vz a parte
orientali incipiet tribulatio: sicut ꝛ factum
est: hoc est ab illa pronintia: vbi (vt tanga
mus ꝛ spiritum) ortus est verus sol: ꝛ vn/
de ad occiduas mundi partes lumen euã/
gelice predicationis illuxit. Sequitur.

Tex.3 ¶Et vidi de ore draconis, et de ore bestiæ, et de ore pseudo pro
phetæ exire spiritus tres immũ/
dos in modum Ranarum. Sunt
enim spiritus demoniorum fa/
cientes signa: & procedent ad
reges totius terræ congregare il
los in preliũ ad diem magnum
dei omnipotentis.

¶Post desolationem romani imperij: re
uelabitur ille iniquus q̃ extollitur ꝛ ad/
uersetur super omne quod dicitur deus:
aut quod colitur. Habebit autem in comi
tatu suo militiam hominum perditorum:
designatam in bestiam que ascendit de ma
ri: ꝛ cateruam falsorum clericorum: ꝛ qua/
si prophetarum suorum designatam in be/
stia que ascendit de terra illa. i. bestia q̃ vo/
catur pseudo propheta: ꝛ exibunt de ore ip Bas.
sorum: spiritus demoniorum ad faciẽda
signa vt conuocent reges infideles ad eua
cuandum regnum christi: vt ipse qui tene
bit locum draconis: ꝛ in eo ipse draco: pos/
sit extimari deus: ꝛ adorari ab hominibus
tanq̃ ipse sit deus. Et illorum quidem in/
tentio: talis erit ꝛ proposita ꝛ voluntas.
Uerumtamen ad diem magnum domini:
congregandi sunt vniuersi: quia ꝓpe erit
dies domini: ꝓpe ꝛ velox nimis: in qua
ꝛ erubescent infideles pro omnibus erro/
ribus suis: Qui autem ait in moduz rana/
rum: immunditiam ꝛ salsitatem eorum ex
primere voluit: vt sciant electi quales spiri
tus erũt: per quos perditi homines sactu/
ri sunt illa signa: ꝛ non scandalizentur ad
ostentionem eorum. Rana enim cum infla/
tur: mentitur se esse quod non est. Sic ꝛ si
gna illa mendacia erunt: ꝛ nihil veritatis:
aut vtilitatis habentia. Ꝑ tempore autem
illo quando ista fient: incognita erit dies
ꝛ hora quãdo ꝓueniet dominus. Naz q̃ an
teq̃ reueletur filius perditionis: nõ sit do
minus venturus ad iudicium: non solum
testatur apostolus in epistola ad thessaloni
censes: verum etiam obsecrat ne decipiã/
tur ab aliquo ne hoc credãt: dicẽs ita. Ro
gamus vos fratres p̃ aduentuz domini no
stri iesu christi: ꝛ nostre congregationis in
ipsum: vt non cito moueamini a sensu ve/
stro: neq̃ terreamini: neq̃ per spirituz: ne
q̃ per sermonem: neq̃ per epistolam tan/ T.17
quam per nos missam: quasi instet dies do
mini. Ne quis seducat vllo modo: quoniaz
nisi venerit discessio primum: ꝛ reuelatus
fuerit homo peccati filius perditionis: qui
aduersatur ꝛ extollitur supra omne quod
dicitur deus: aut quod colitur: ita vt in tẽ/
plo dei sedeat: ostendens se tanq̃ sit deus.
Igitur aperte liquet q̃ anteq̃ reueletur fi
lius perditionis: non veniet dominus ad
iudicium. Postq̃ autem ille reuelabitur:
incerta erit dies ꝛ hora quãdo veniet qua
si fur reddere vnicuiq̃ secundũ opera sua.
Unde ꝛ hic subditur.

¶Ecce

T.14 ¶Ecce venio sicut fur. Beatus
qui vigilat & custodit vestimen
ta sua ne nudus ambulet: & vi/
deant turpitudinem eius.

¶Qd̃ non p̃sequitur in hoc loco Joan/
nes inchoatam orationem: sed ea inconsu/
mata ꝛ intercisa dñs ipse logtur: dicens.
Ecce venio sicut fur. Furtiuum ipsum sui
ipsius: subitum ac terribilem designat ad
uentum: quem nemo nouit: nisi solus pa
ter. Non enim ptinuit ad Joãnem dicere
quo tpe: ꝛ qua hora ẽturus sit dñs ad iu
dicium: sed eo loquente: ꝛ p̃muniente fi
deles de malis que ventura sunt circa fi
nem seculi: ipsemet dñs loquitur ꝛ dicit.
Ecce venio sicut fur: vt intelligamus: q̃
cum viderimus ꝓsumari verba que loqui
tur Joãnes in capitulo isto: ꝓpe erit dies
dñi ꝛ aduentus maiestatis ipsius adeo vt
ex illa hora: oporteat electos esse suspensos
ꝛ p̃paratos ad aduentum iudicis: nesciẽ
tes qua die ꝛ qua hora venturus sit ad iu/
dicium: sicut factum est in diebus Loth: ꝛ
in diebus Noe. Quocirca illi soli beati
erunt: qui postpositis omnibus curis mũ
di: vigilant ꝛ custodiunt mandata dei: ope
rantes sibi vestimenta iustitie: ꝛ custodien
tes ne nudi appareant ab opibus bonis in
tante p̃sentia maiestatis: ꝛ ꝓfundantur si
cut Adam: vidẽtibus vniuersis turpitudi
nem suam ꝛ peccatoꝝ suoꝝ. Est enim tur
pitudo peccatum discooptum: peccatum
qd̃ non tegit vestimento salutis: illo vtiq̃
Psal. vestimento: de quo dicit psalmista. Sacer/
dotes tui induantur iustitiam. Quocirca:
Psal. beati illi quoꝝ remisse sunt iniquitates: ꝛ
quoꝝ tecta sunt peccata. Beati qui per di
gnos fructus penitentie recupant vestem
iustitie quam amiserunt: sicut econtrario:
veh illis erit quoꝝ corda grauantur in cra
pula: ꝛ ebrietate: ꝛ curis huius vite: ꝛ in/
ueniet illos repẽtina dies illa: q̃uis exem/
plum qd̃ dictum est a dño de diluuio: ma/
gis de iudicio precedenti: qd̃ erit in interi
tu Babylonis intelligendum sit: sicut ꝛ il
lud qd̃ dixerat apostolus in precedenti epi
stola ad thessalonicenses. Cuz dixerint pax
ꝛ securitas: tunc repentinus super eos ve/
niet interitus: quasi dolor in vtero haben
ti: ꝛ non effugiet. Sequitur.

¶Et congregabit illos in lo/ T.15
cum qui vocatur hæbrayce, ar/
magedon.

¶Expleto verbo dñi dicentis. Ecce ve/
nio sicut fur: repetit Joãnes qd̃ intermise
rat impfectum: ꝛ dicit Et ꝙgregabit illos
in locum qui dr hebrayce armagedon. Ho
tandum vero: q̃ nõ ait: ꝙgregabunt: illos
reges. Sterre: de qbus sermo erat: sed ꝙgre
gabit: q̃ ꝛ si spirituuz immundoꝝ erit con Ba. 2.
gregare illos in prelium aduersus dñm: ꝛ
aduersus Christum eius: ipsius tñ Chri/
sti erit ꝙgregare illos in locũ artum: quem
ipsi penitus ignorabunt vt prelietur ipse:
iuxta illud Zacharie prophete: aduersus Zacha.
eos: sicut preliatus est in die certaminis.
Nuto autem nomen loci: qd̃ vocatur he/
brayce: armagedon: esse significatiuũ: sicut
ꝛ vallis Josaphat: sed non occurrit mihi
adhuc interpretatio ipsius nominis: cui da
re posset fidem: vt scirem qd̃ sonet in lin
gua nostra. Si cui autem occurrerit prius
q̃ mihi: puto q̃ ex ipsa interpretatione no
minis queat: q̃ ad rem faciat plenum ca/
pere intellectum. Sequitur.

¶De septimo angelo effundẽte phyalã.

¶Et septimus angelus effudit T.16
phyalam suam, in aere, & exiuit
vox magna de templo a throno
dicens, factum est.

Illi sex precedentibus effusionibus:
pseuerauit mundus in malitia sua: ꝛ
mansit inuincibilis ꝛ induratus nolẽs ac
cipe disciplinam. In septima autem pcus/
sione: emarcescet in semetipso: ꝛ defuet su

ḡbire: percussa prius fornicaria Babylo/
ne: que de vino prostitutionis sue: potauit
omnes gētes. In sexto autem tempore fiet
vtrunq; precedet enim sextus angelus: ꝛ
effundet generaliter phyalam suam ꝓ ꝛa
omnes reprobos: qui ꝛ protinus percussi
exterminabūtur de terra: ꝛ mox sequetur
septimus effundēs ꝛ ipse phyalam suam
super electos: quatenus si que macule ad/
heserunt eis de communione Babylonis
purgentur ꝛ dealbentur super niuem: hoc
quoq; modo in pcussione septima: cesset
plaga domini a populo suo: ꝛ relinquatur
de cetero sabbatismus populo dei. Igitur
in aere spiritualis illa ecclesia designatur:
que relinquetur velut mūda seges: excisis
de terra spinis: ꝛ tribulis: ꝛ cunctis reli/
quijs Babylonis. Assimilatur autem ae/
ri: q; nihil ita sapiet: sicut modo terrenuz
atq; carnale: sed sublimata velut a terra:
munditia: virtute: ꝛ sanctitate: vite angeli
ce appropinquabit. Sed ꝛ si qua sordida
nebula antique uersationis sedabit: illam
ad effusionem phyale septimi angeli mun
dabitur a delictis suis: ꝛ erit sancta ꝛ im/
maculata quasi sponsa ꝛ ornata viro suo.
Propterea exiuit vox magna de templo a
throno dicens. Factum est: q; manifesta in
telligentia egredietur: de vtroq; testamen
to: ꝛ ex ore totius ecclesie que est thronus
dei: que docebit oia esse ꝑsumata: nihilq;
supesse de reliquo: nisi vt vnusq;sq; ꝓpriaz
mercedem acciptat ꝑm suum laborem.

¶ Explicit quta pars libri. Incipit sexta.

Uinq; precedenti/
bus partibus dili/
gēter inspectis: ꝑm
q; notare curaui/
mus in summa li/
bri: inuenimus qua
tuor generales or/
dines: designatos
in quatuor anima/
libus: habuisse con
flictum cum quatuor bestijs: quas scribit Dan.
Daniel: singuli per singula tempora specia
liter: ꝛ tū omnes simul ab ipso principio
generaliter. Deinde in quinto tempore se/
dem dei (hoc est) ecclesiaz generalem: que
dicta est in spiritu Hierusalem: cum eccle/
sia malignātium: que vocatur Babylon:
quatenus complens quinq; prelijs istis: re
cipiat vtraq; ciuitas in successione sue pro
lis ꝑm opera sua: ꝛ appareat qd differat in
ter iustos ꝛ impios: non modo in futuro
seculo: verumetiaz in hac vita presenti. Ut
autem quatuor animalia pertinent ad se/
dem dei: ita ꝛ quatuor bestie ad sedem
Sathane: quia ꝛ ciuitas celestis a qua/
tuor partibus: habet muros suos: ꝛ ciui/
tas nihilominus infernalis: que illi velut
ex opposito ꝓtraria semper existit. Igitur
completis quinq; prelijs in temporibus
suis: opz Babylonem recipe ad plenum
sexto tempore mercedem erroris sui. Hie/
rusalem autez mercedem bonam ꝑm suuz
laborem: iuxta qd aperte ostēditur in hac
sexta parte: de qua in hoc presenti volumi
ne tractaturi sumus: ꝛ ostēsuri q; infelices
sint filij huius mundi: ꝛ omnes qui ambu
lant in superbiam carnis: sed ad rem ve/
niamus.

¶ Incipit distinctio prima.

¶ Et facta sunt (inquit) fulgura, & voces, & tonitrua. Et terremo tus factus est magnus, qualis nū/ quam fuit ex quo homines fue/ runt super terram, talis terremo tus sic magnus. E.17

Quando vult deus per successiones
temporum mutare statum ecclesie:
vt alia post alia ꝑm quod scriptum est con
sumentur: precedunt ante annos aliquot
fulgura miraculoꝝ: voces exhortationuz:
tonitrua spiritualium eloquiorum siue vt
somnolenti quiq; ac desides excitentur a

somno mortis: siue vt tam ipsi q; alij in/
telligant: q; nouum aliquid facturus sit
dominus super terram. Puto autem q;
hec signa ceperunt iam olim precedere in
temporibus nostris. Nam ꝛ viri sancti pre
cesserunt nos ante non multos annos:
qui miracula facerent: ꝛ qui verbis exhoꝛ
tatoꝛus non paucis populum domini ad
penitentiam prouocarent: si tamen sue/
runt aliqui qui audirent: ꝛ recogitarent: ꝛ
dicerent in corde suo: quid est hoc: vt qui
nozunt dijudicare faciem celi ꝛ terre: si/
gna quoq; temporum presentirent. Sed
quia dura ꝛ terrena corda hominum: non
possunt sentire nisi virgam: ecce percus/
sio satis grauis sequuta est in populo ne/
quam: ecce terremotus factus est ma/
gnus: mota sunt quippe sunt corda popu
lorum ex his que acciderunt: ꝛ commo/
ta sunt a mari vsq; ad mare: in omni po/
testate ꝛ regno occidentalis ecclesie: que
aliquid adhuc esse videtur: zelantibus
vniuersis pro iniuria regis sui: ꝛ cupien/
tibus vlcisci de gentibus infidelibus: qui
ablato signaculo fidei nostre: polluūt vsq;
adhuc templum sanctum eius: zelati sunt
multi ꝛ moti sunt: non solum animo: sed
ꝛ corpore. Quare ergo non profecerunt?
Puto pro eo q; in zelando: non rectum
ordinem tenuerunt. Oportuerat enim il-
los considerare primo: quam ob causam:
id passi sumus: quam ob causam tradita
sint sancta nostra in manus extraneas: in
manus gentium infidelium que ignorant
deum: ne forte qui fecit aliquando flagel/
lum: de resticulis: ꝛ eiecit de templo ven/
dentes ꝛ ementes: ipse nunc pro simili cul
pa congregauerit gentes in congregatio/
nem vnius fascis: ꝛ vtatur eis pro flagello
contra nos ejciens nos iterum de domo
sua: que facta est a populo spelunca latro/
num. Quid enim si gentes infideles per/
mittuntur possidere ad tempus domum
ipsam de qua nos turpiter eiecti sumus:
vt ostendat dominus in nobis qui non ser
uamus promissum ꝛ multo amplius forte
pollutam q; in eis qui nihil promiserunt:
si quo modo ꝑfundamur: vel isto modo: ꝛ
agnoscamus vel sero reatum nostrum a
Prius enim oportebat nosipsos pugnare
contra nos: vt pugnaremus fletibus deli/
cta nostra: ꝛ sic premissa satisfactione: si ad/
huc vigeret necessitas: procedere secure ad
bellum: habētes ipsum quem offendimus
deum vtuum placatum tutorem ꝓpitium
ac ducez belli. Ille magnus ergo terremotus
factus est nimis: pro his que acciderunt: ꝛ
quod eo deterius est. magna pro culparuz
meritis instabilitas animoꝝ. Defecit enim
fides ꝛ veritas de terra. Ubiq; motio: q;
vbiq; scissura. Recedit frater a fratre: ꝛ pꝛ/
ximus a proximo suo: ita vt nihil sit soli/
dum: nihil sit stabile super terra. Et q̄uis
terremotus ille magnus: adhuc post dies
aliquot futurus sit: signa tamen motionis
illius: ac si presentia iam tenemus: ꝛ ini/
tia pre solito manifesta dolorum future
tempestatis vastitatem precurrunt. Se/
quitur.

¶ Et ciuitas magna facta est in tres partes. E.18

¶ Scriptum est in euangelio. Omne re
gnum in seipsum diuisum desolabitur. Ut
ergo ostendatur q; appropinquat desola/
tio regni: quod aliquando erat vnum ꝛ
contiguum: appropinquante sexto tempo
re: diuidi incipit inter tres partes. In illo
die apparebit manifeste quomodo ex mo/
tione humanoruz cordium: frangatur vni
tas Romani imperij: querentibus singu/
lis aliorum terminos vsurpare: licet (vt
iam dixi) certa iam indicia teneamus. Ci/
uitatem sane istam: que vocatur magna:
ego Constantinopolitanum Imperium
intelligi puto: in quo per creba scisma/
ta que in eo facta sunt: possunt fieri eti/
am suspecta maiora. Accidit autem hoc
vt compleatur illud quod scriptum est.
Dominus immiscuit in medio eius spiri/
tum vertiginis: ꝛ errare fecit Egyptuz in
oi ope suo: sicut errat ebrius vomēs: ꝛ nos

erit Egypto : opus qđ faciat caput ⁊ caudam incuruantem ⁊ refrenantem:⁊ pcurrere faciam Egyptios ꝓtra Egyptios : ⁊ pugnabit vir ꝓtra fratrem suum:⁊ vir cõtra amicum suum. Et itez. Commotione cõmouebitur terra : ⁊ agitatione agitabit terra:sicut ebrius:⁊ auferetur quasi tabernaculum vnius noctis:⁊ grauabit eam iniquitas sua:⁊ corruet:⁊ non adyciet vt resurgat. Sequitur.

L.19 ¶ Et ciuitates gentium ceciderunt.

¶ Quare ceciderunt? Quia terremotus qui ꝓfregit ciuitatem magnam:subuertit ⁊ illas. Puto autem per has ciuitates:intelligendas esse ecclesias Grecoꝝ:de qbus in specie atrij siti extra templuz:sub sexto angelo tuba canente terribiliter dictum est. Atrium qđ est foris templum:eijce foras: ⁊ ne mereris illud : qz datum est gẽtibus. Si autem ecclesie que primuntur sub hoc atrio gentibus date sunt:nõ immerito dicte sunt ciuitates gentium:qz ab ipsis hereditate possesse. Ut enim per presentia intelligant futura:non modica plebs manet in Alexadria:que seruat vsqz hodie fidem Christi : sicut ⁊ in Syria : ⁊ in aliys locis: qui tñ si de moribus agitur:vtruz sint christiani:an sarracen : dubitaf. Date sunt ergo huiusmodi ciuitates gentibus:⁊ gentiuz quodammodo facte sunt:⁊ tñ adhuc in fide stare videntur. Sed cum puenerit ad aures eoꝝ qui ita stant:qz soliditas christiani populi dissoluaf:putas stare poterit inter hostes suos? Nempe ⁊ in veteri testamento erãt quedam gentes commixte cum semine israel:que dicebant:Samarite:seruantes tãtummodo legem Moysi:⁊ nihilominus ydolis suis immolãtes:que tamdiu se vocabãt israelitas:qđiu prospera ꝓringebant iudeis : tamdiu stabant in ꝓfessione vnius dei:qđiu pro confessione ipsa pacem sibi ꝓcedi sperabant cum filijs israel. Aliogn : vt in tpe credebant : ita in tpe tentationis recedebant. Sic ⁊ nõnulle ecclesie Grecoꝝ: (sicut iam multis experimentis ꝓbatum est) facillime transeunt de dextera ad sinistram (haud dubiuz) pro eo qz recesserunt abvnitate ipsius ecclesie: de qua dicit Christus Symõi Petro. Tu es Petrus : ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiam meam:⁊ porte inferi non preualebunt aduersus eam. Sed quare ista oia? Nungd sine causa? Absit. Sed vt debilitet robur Romani imperij pp peccata : ⁊ sumatur vindicta de gente apostatrice. Unde ⁊ mox subditur.

¶ Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare ei calicem vini indignationis iræ eius. L.20

¶ In oibus tpibus retroactis visus est dns dissimulare peccata delinquẽtum:vt putet obliuioni traditisse iudiciuz. Cum autem completis annis patientie venerit dies ille magnus:in quo iudicãda est vbs supba:id qđ videbat obliuioni traditum: reuocari putabitur ad memoriaz:cum nec vnum q dem peccatum abscondi poterit: de quo non digna meritis capiatur vindicta. Dabit enim illi deus calicem vini indignationis ire sue:vt sentiat amaritudinez passionis:qua potauit ipsa martyres Christi ꝓsequens eos de ciuitate in ciuitatem. Nec istud tñ dicimus:vt vniuersa multitudo reproboꝝ : que post resurrectionem mortuorum demergenda est in caminum ignis:colligenda sit in tpe sexto:vt percipiat pariter mercedem erroris sui:sz pars illa tãtum vniuersalis Babylonis que ꝓpre sens erit tpe sexto. Usus est enim sanctaꝝ scripturaruz:vt sepe pars alicuius rei accipiatur pro toto:⁊ qđ agitur in parte : reseratur ad totum. Quare hoc? Qz ⁊ si diuersa sunt pro tempore accidentia : vna est tñ reproboꝝ omnium:sicuti ⁊ electoꝝ voluntas. Audiũt filij iudeoꝝ reprobasse patres eoꝝ Jesum Nazarenum quasi seductorem ⁊ hostem legis : ⁊ plz eis studium patrum suorum

suorum:adeo vt crucifigant ⁊ ipsi voluntate:quem non possunt persequi actione. Et ob hoc si daretur facultas persequẽtur libentissime membra eius:ita vt nec ipsi ab opere videantur immunes. Sicut.n. vnus est homo ⁊ multa sunt mẽbra eius: ⁊ tamen per singula membra dicitur agere ipse qui vnus est:dicitur enim idem ipse videre:cuz ad solos oculos pertineat visus:audire:cum ad solas aures pertineat auditus:⁊ sic de ceteris mẽbris. Sic ⁊ vniuersa multitudo reproborum:aut electoꝝ alia ⁊ alia opera in parte:⁊ parte alia:alia in tempore:⁊ tẽpore prius.s.posterius agere visa est:⁊ tamẽ vniuersa referunt advnitatem pro eo.s.qz vna voluntas:eo que diuersa sunt in membris:facit esse cõmunia. Quo circa:⁊ si vnus erit in fine caminus ignis in quo multitudo reproborum que dicta est babylon:cruciabitur sine fine : tẽporaliter tamen: non omnibus qualiter recedit. sed alij permittuntur ꝓsperare vsqz in finem:alij iudicantur a domino in hac vita presenti. Et hoc quidem sepe accidit: vt non obliuiscantur filij hominum iudiciorum dei:⁊ multiplicetur malitia super eam. Generaliter autem in quinque tẽporibus sustinuit patienter:⁊ promisit regnare babylonez in delitijs suis:affligi vero filios ierusalem a filijs babylonis persequẽtibus:qui nati sunt secundum carnez: eos qui secundum spiritũ nati sunt:donec istorum iustitia:⁊ illoruz nequitia cõpleatur. Nostro in sexto tempore quod prope est: ⁊ illius in veritate sunt superbie:⁊ istius afflictioni imponetur finis:non quia tribulatio nõ erit sexto tempore aduersus electos ab his qui extra sunt populis infidelibus ad necẽ carnis:sed quia definet intrinseca emulatio ad ruinam cordis: quod solũ est optabile a diligentibus deum. Nõ enim gemiscunt electi dei:quia vidẽt christianos paganorum gladio trucidari:cũ sibi ⁊ sanctis apostolis ⁊ martiribus legant deũ suũ noluisse parcere in hac parte:sed magis qz filij babylonis:qui dicunt christiani ⁊ non sunt : corrumpũt mores bonos colloquijs malis:qz iniquus semper operibus cruciat animas iustoruz:qz audiũt blasphemari nomen domini:⁊ vlcisci nequeunt iniurias dei sũt. Inde est qz nec sibi parci defidẽrãt quo ad mortẽ carnis:sed cupiunt argentũ ⁊ plũbuz iactari pariter in fornace : vt consumpta vniuersaliter scoria:id quod erat ꝓtiosum:pretiosius fiat: Unde ⁊ cum diceret Isayas. Uisitabo super vrbes mala : ⁊ super impios iniquates ipsoruz: protinus adiecit ⁊ ait: Pretiosior erit vir auro ⁊ homo mundo obrizo. Igitur in sexto tempore erit tritura aree generalis ⁊ ventilabruz in manu domini ad purgandaz aream suã vt congregetur triticuz in horreo eius: palee vero comburantur inextinguibiliter. Sequitur.

L.21 ¶ Et omnis ĩsula fugiit:& mõtes non sunt inuenti.

¶ Hoc iam dictum est in secunda parte: in apertione sexti sigilli:qz hoc plerunqz vt sepe dixi . tangitur in hoc libro in spetie: quod plenius continetur in genere: Insule sunt ecclesie episcopales : que fluctibus huius seculi:ex omni parte obsesse: pluriman sanctoꝝ suoꝝ patiuntur iacturam. Montes vero sunt monasteria in quibus a seruis omnipotentis dei arta ⁊ ardua seruatur innocentie vita: In terremotu ergo illo qui erit tam validus in illo die : cũ vz vniuersa regna gentium colligentur in vnũ ⁊ insurgent quasi fluctus seui maris contra filiam babylonis: fugient cenobia de locis suis:vt abscõdãt se in locis occultis a facie tempestatis: ⁊ ecclesie multe esse desinent:dispersis vel interfectis defensoribus suis. Non enim erit dies illa:dies illa dies misericordie:sed dies ire sue: sicut ⁊ ꝓ prophetam dicitur. Ecce dies domini venit crudelis:⁊ indignatione plenus ire:ferozisqz:ad perdendam terram in solitudinem ⁊ peccatores eius cõterendos de ea. Unde ⁊ hic terribiliter subditur.

T.22 ¶Et grando magna sicut talé/
tum descendit de cælo in homi/
nes: & blasphemauerunt homi/
nes deum pp plagam grandinis:
qñ magna facta est uehemẽter.

¶Commota ⁊ confracta terra a tam ter/
ribili terremotu: oportuerat corda homi/
num conteri timore: ⁊ scindi multiplici/
ter ad penitentiam: quod ⁊ faciẽt illi qui
bus tanum erit cor (sicut in apertione sex
ti sigilli demonstratur) cum dicitur. Om
nis seruus ⁊ liber abscondent se in spelun
cis ⁊ petris montium: ⁊ dicent mõtibus
⁊ petris: Cadite super nos: ⁊ abscondite
nos a facie sedentis super thronum ab ira
agni: quoniam uenit dies magnus ire
ipsoꝝ: ⁊ quis poterit stare? ¶Ceterum quo
rum corda ceca sunt: ⁊ auersa a ueritate:
vt nolint videre lumen qđ venit in mun
dum: incident in iudiciuꝫ ire dei (sicut di
Rom. cit apostolus) ¶Reuelatur ira dei de celo
sup omnem impietatem ⁊ iniustitiam ho
minum eoꝝ qui veritatẽꝫ dei in iniustitia
detinent: ⁊ quod notum est dei: manife/
stum est illis. Et grando (inquit) magna
sicut talentum descendit de celo in homi
nes. De celo descendit pluuia: de celo nix:
de celo grando. De ore etiam iustoꝝ quo
rum sanctum collegium: nõ immerito vo
catur celum: descendit predicatio ad irri/
ganda corda fidelium: descẽdit commina/
tio frigida ad cohercẽdum calorem vane
⁊ inepte letitie: descendit ⁊ increpatio du
ra ad p̃terendam duritiam hominum im
proꝝ: quatenus aut redeant ad cor: ⁊ agãt
penitentiam de reatibus suis: aut in fide/
lio (vt ait apostolus) si discedit discedat.
Quid enim si de verbo iudicij scandaliza
tur ⁊ pereant periturꝫ? Scandalizatus est
Achab rex israel in verbo Michee ꝓphe
te: ⁊ factus est deterior: qđ erat prius. Scan
dalizatus Sedechias in verbo Hieremie
tradidit illum in custodiam: Sed num qꝫ
illi scãdalizari poterant: ideirco tacere ve/
ritatem oportuerat testes veritatis ne illo
rum de ꝓtemptu verbi augeretur pecca/
tum? Quid enim durius verbo Petri di
centis Symoni mago. Pecunia tua te/ Actuũ.
cum sit in pditione? Oportebat enim ma
gnam duritiam cordis: magno ictu percu
ti verbi duri: non vt scandalizaretur: sed
vt penitus durius a magistroꝝ tanta neq
tia priuaretur. Ille autem non est puersus:
sed omnino subuersus: ⁊ factus est psequ
tor illius qui eum percusserat ad salutem.
Sed ⁊ nunc qđ expectant filij falsitatis
vt loquantur eis discipuli veritatis? Nun
quid verba mollia ⁊ placẽtia sibi? Si hoc
sperant: frustraꝫ: qm non est tempus: Si scan
dalum est eis iniuste: qm necesse est vt pre/
dicant ad salutem multoꝝ quod sciunt
certissime affuturum. Sed quare grando
ista que eo modo (quo supra diximus) de
celo descendit: magna esse dicitur sicut ta
lentum: nisi qm talentum grauius est mul/
tis ponderibus que ꝓtinet ipsa scr: ⁊ ver
bum istud quod scriptuꝫ est de ruina Ba
bylonis: grauius est multis aliis: quibus
exprimuntur tam multe calamitates mũ/
di. Inde est: qm carnales homines qui dili
gunt mundum: ⁊ a que sunt mundi: ne/
queunt patienter ferre: cum audiunt vni/
uersaliter perire: qõ amant: putantes nihil
esse iocundius vita presenti. Blasphemãt
autem dñm qui auctor est tam dure sen/
tẽtie: dicentes vnusqsq; ad ꝓximum suum.
Si ita futuꝫ est: quare qui nouit oia ante
qꝫ fiant: tam horrẽdo fine ꝓsumanda crea
uit: nisi qꝫ adulantur ei qui eum misericor
dem ⁊ amatorem iustitie esse dicunt? Hec
est enim illa blasphemia que arguit in vno
latrone qui pẽdebat in cruce: dicente vni
uersoꝝ dño qui erat pariter crucifixus. Si
filius dei es: salua temetipsuꝫ ⁊ nos. Latro
quidem ille qui ad sinistram (vt putatur)
xpi suspẽsus erat in ligno crucis: significat
carnalem populum qui duꝫ vixit ⁊ ambu
lat sm carnem: tradendus est qñoq; in ma
nus gẽtium pro sceleribus suis. Blasphe/
mat autem dñm dicens. Si filius dei es

salua temetipsum ⁊ nos: qm populus carna
lis qui nescit ea que dei sunt: nec ea que mu
dissi qñ dicit ei. Noli murmurare in flagel
lis: qm xps sine cã peccati pro salute oium
pepẽdit in cruce: ꝓnunc respõdet ⁊ dicit.
Et que necessitas fuit vt ista pateret? Si
potens est ⁊ pius (sicut dicũt scripture)
nec ipse hoc pati debuit: nec nos addicere
passioni. Poterat enim saluum facere ge
nus humanum sine passione ꝓpria ⁊ pru
dentia sua: ⁊ trãsferre illud de transi
toryis mũdi gaudijs: ad eterna celoꝝ. Nec
blasphemia erit tunc: ⁊ si sit iamnũc in ore
multoꝝ. Nec in corde vnius quoꝝ qui ne
scium id qđ dicit apostolus. Verbum cru
cis peunibus qdem stultitia est: his autẽ
qui salui fiunt: virtus dei sit. Sequitur.

Capit Sept. 1

¶Et ruenit unus de septem an
gelis qui habebãt septem phya/
las: & loquutus est mecum di/
cens. Veni ostendam tibi damna
tionem meretricis magnæ quæ
sedet super aquas multas: cum
qua fornicati sunt reges terræ:
& inebriati sunt qui habitant ter
ram de uino prostitutionis eius.

¶Angeli habentes phyalas qui sunt in
precedẽti parte libri copiosius dictum est.
Unus aũt eoꝝ qui venit ad Joãnem: sep/
tus angelus est: cui dictum est: magis qꝫ
qnq; precedẽtibus: occulta detegere sacra
menta. Venit aũt angelus ad Joãnem: vt
Joãnes vadat ad angelum qui vocat euꝫ:
⁊ ostendat illi dãnationem meretricis ma
gne: qm nisi spirituales viri appropinquent
verbo predicationis discipulis veritatis:
nequaqꝫ ipsi discipuli possunt appropinq̃
re illius intellectu cordis: nec videre dãna
tionem meretricis magne que sedet aliqñ:
⁊ adhuc sedet sup aquas multas. Est autẽ
vtile videre dãnationem ipsius: qm qui ne
scit qđ passura sit pro erroribus suis: desa/
cili decipiẽt nutribus oculoꝝ suoꝝ. Hãc ma
gnam: dixerunt patres catholici esse Ro/ Roma
mam: nõ quo ad ecclesiam iustoꝝ: que pe
grinata est apud eam: ⁊ quo ad multitudi
nem reproboꝝ: qui blasphemant ⁊ impu
gnãt opibus iniqs eãdem apud se peregri
nãtem ecclesiam. Verumtñ ⁊ si ipsa princi
paliter intelligẽda sit: nihilominus tñ vni
uersa multitudo reproboꝝ: ⁊ eoꝝ maxime
quoꝝ maior est facultas ⁊ voluntas pecca
di: eoꝝ qui ducũt vitam luxuriosam: ⁊ de/
litijs affluẽtem: letãtes cum malefecerint:
⁊ exultãtes in rebus pessimis. Nõ ergo in
vno regno: aut in vna prouincia: quere cui
est locus huius famosissime meretricis: ⁊
sicut per totam aream christiani impij: dis
fusum est triticum electoꝝ: ita per oẽm la
titudinẽ eius dispse sunt palee reproboꝝ.
Atque multe qđ significẽt: angelus ipse q
hic loqtur: inferius exponit. Reges vero Prela
terre dicti sunt prelati: quibus pro vitandis ti.
peccatis populi processuꝫ est regimen ani
marum. Quoꝝ tñ nonnulli fornicant cum Baby
lone: qñquidem vt placeant hoibus: par/
tim pẽdunt ⁊ negligunt mãdatum dei. Alio
qn si ageꝝ est de principibus huius mũ
di: ipsi sunt qui regnãt in Babylone: ⁊ nõ
est differẽtia inter caput ⁊ corpus. Sed si
no in loco iste: sicut ⁊ in illo vbi dñs de xpo
qp ipse sit princeps regũ terre: prelati eccle
siarum noie regum terre: accipiẽdi sunt: ex ce
pto qp ibi boni prelati. i. simplices ⁊ humi
les corde intelligẽdi sunt: hic supbi: timidi:
⁊ prudẽtes ad malũ: q eo mõ fornicant cũ
meretrice magna: quo filij quondã israel cũ
Madianitis: qñqdẽ postposita cura plebis
suarum: qrẽt die noctuq; placere ꝓncipib⁹ hu
ius mundi: ⁊ ꝓ eis quecqꝫ si liceat pugnare
vsqꝫ ad mortẽ. Qđ bñ quoqꝫ i gen. designa Genes.
tũ ẽ: vbi dr. Videtes filij dei filias hoiuꝫ qꝫ
eẽnt pulchre: accepũt vxores sibi ex oib⁹ qꝫ
elegerãt. Qui. n. ꝓuidẽti⁹ dici queunt filij
dei qꝫ hi q i regimine aiarum ꝓstituti: locũ retti
nẽt filij dei? Et q filie hoiuꝫ nisi opulẽtissi
me ciuitates? Et qdẽ si pp electos q pegri
nant apd eos: dẽ siderãt alig fieri epi: inimicos
sũt ab infamia ista. Si ãt pp diuitias ⁊ lucra

mundi nouerint se fornicari cuz eis: quas sibi eligunt vt diuites fiant: dicente domino: Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem lumen quod in te est: tenebrosum est: ipse tenebre quante erunt? Quod est dicere. Si intentio tua bona est: bonum est opus quod sequitur intentionem. Si autem intentio prava fuerit: quicquid superedificatur prauum esse: necesse est. Quo circa si is qui desiderat episcopatum: ad hoc tantum desiderat illuz: vt sit pater orphanoz z iudex viduarum (iuxta illud apostoli) bonum opus desiderat. Si autem vt fiat amicus diuitum z affinis potentū: non uerit se esse de illis de quibus dicit psalmista. Perdidisti omnes qui fornicãtur abste. Quod autem sequitur. Et inebriati sũt qui habitãt terrã diuino, pstitutionis eius generaliter ad omnes homines qui pauperes sunt rebus: non spiritu referendum est: qui z si fortuna sibi (vt aiunt) aduersante diuites esse nequeunt: nihilhominus tamen de voluptate babylonis subripiũt: id quod possunt. vt saltẽ certis horis aut diebus inebriẽtur vino prostitutionis ipsius. Licet enim nequeãt abũdare sicut illa possunt tamen z ipsi inebriari de torrente voluptatis eius: vt cogantur tradere obliuioni voluptatem z ebrietatem domus domini qua inebriandi sunt illi: de quibus dicit psalmista. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: z torrente voluptatis tue potabis eos. Habet enim z Christus calicẽ quez proponet electis sed amarum nimis: quia amarã oportet esse portionem: qua sanatur egroti. Qui si i vino calicis christi designatur amaritudo passionis: quid pervinũ qd propinat fornicaria nisi dulcedo voluptatis ipsius? Quamuis enim nomine fornicationis: omnia peccata voluntarie commissa intelligenda sint: principale tamen vitiũ corruptionis babylonice fornicatio est. Ipsum est enim vitium qd magis dominatur in filijs huius mundi: etiã si nullã habeãt potestatẽ: nullis polleant honoribus nullis diuitijs fulciantur. Sunt enim nonnulli qui habere pulchras mulieres z diuites (quia ipsi pauperes sunt rebus z viribus impotentes) non possunt: z tamẽ q; p affectum animi terram inhabitant: z non celum: saltem visione z recordatione operis iniqui inebriantur vino prostitutionis fornicarie babilonis (hoc) amore z ardore luxurie que regnant in diuitibus huius mũdi: quibus i hac parte sceleris licet: sepe omne quod libet. Sequitur.

Fol. Mal. Psal. Psal.

¶ Et transtulit me angelus i desertum in spiritu. Tex.2

¶ Duo sunt que non permittunt hominem videre ruinam filiorum huius mundi. Sollicitudines terrene z sensus litterque occidit. Quamdiu mundanis implicaris negotijs: ipsis negotijs impedientibus: videre casum mundi in scriptura non potes. Otium tibi in legendo pax z silentium necessaria sunt: si vis intelligere que legis. Sed z si quãdo ista presto sunt: necesse est vt de sensu litere: trãseas ad spiritualẽ intellectũ. Si. n. sic semp accipis q̃ legis: vt legis carnalis intellectus te ad inconueniens sepe ducat. Unde z veritas ipsa dicit. Spiritus est qui viuificat: caro autẽ nõ prodest quicquam. Si ergo vis videre quo fine terminandũ sit regnũ mundi: pmitte te transferri ab angelo in desertuz imitans Abraaz: qui egressus est de terra z de cognatione sua z de domo patris sui: z transi eodem modo de litterra ad spiritualẽ intellectum: z tunc poteris intueri q̃ filij huius seculi prouidere nõ possunt. In hac (inquit) dominus: die tua q̃ ad pacem tibi: nunc autez absc̃dita sunt ab oculis tuis. Sequitur. Casus mundi.

¶ Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenã nominibus blasphemie: habẽtẽ capita septem & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis habens poculum aureum in manu sua plenum abhominatione, & imuuditia fornicationis eius. Tex.3

¶ Qui transferuntur a viris spiritualibus i desertũ: z de sensu littere ad spiritualem intellectum: vident oculis mẽtis quasi similitudinem mulieris: vident ciuitatẽ illam famosissimam: que fuit quondam domina regnorum: z cui erant aliquando subiecte plures gentes efferre ritu ac moribus bestiales. De hac siquidem bestia: multa in precedentibus partibus dicta sunt: z non nulla adhuc in suis partibus dicenda supersunt. Non autem spiritualibus oculis presentia tantummodo presto sunt: verumetiam preterita z futura. Uident ergo z pro se z pro alijs: quanta fuerit aliquãdo gloria romani imperij: q̃tis fuerit ciuitas illa locupletata diuitijs: quot mundi deliti jis z carnis voluptatibus debriata: z qd futurum vt post hec: vt discant electi dei nolle emulari in malignantibus neq; zelari facientes iniquitatem. Sciendum vero q; in sexta parte ista est sermo cõmixtus: vt nonnulla intelligenda sint sc̃z litteraz: nõ nulla sc̃z allegoria: iam pro eos. Sic; a sexto tẽpore incipit transire qõ ex parte est: z venire id quod perfectum: vt iam non querãt electi videre sicut prius p speculũ ienigmate: sz inciplant videre facie ad faciem: aperto iam ad liquidum libro: z sepiez signaculis eius. Unde est q; in hac sexta parte legitur angelus Joãni: z aperit et archana mysteria: vt sciant hi qui tardi sunt corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete: ipsuz esse tempus statutum de quo dixit angelus Danieli. Clade Daniel: quia clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad tempus statutum: pertransibunt plurimi z multiplex erit scientia. Igitur quod ait Joannes. Et mulier erat circũdata purpura z coccino: z inaurata auro z lapide pretioso z margaritis: hec intelligi voluit: quod dixit: excepto q; nomine mulieris meretricis accipiendam esse fornicariam ciuitatem: que propter huiuscemodi ornamenta: fornicata est adeo viuo z vero: z maxime cum dicat apostolus. Auaritia est idolorum seruitus ignorans quo in euangelio scriptum est: Ue vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Ubi enim copia diuitiarum: ibi enormitas vitiorum. Unde z mox subditur: habens poculum aureum in manu sua: plenum abhominatione z immũditia fornicationis eius. Nõ sufficit diuitibus huius mundi vasa pretiosa ad ostendendam vanitatem glorie sue: nisi in eis continue propinentur exquisita vina in quibus est abhominatio ebrietatis z immunditia luxurie: per que excluditur spiritus sanctus a corde multorum dicente apostolo. Nolite inebriari a vino in quo est luxuria: sed impleamini spiritu. Unde z per prophetam dicitur. Ut qui potentes estis ad bibendum vinum: z viri fortes ad miscendam ebrietatem. Sequitur. Baſi.

¶ Et in fronte eius nomen scriptum misterim babylon magna mater fornicationum & abhominationum terre. Tex.4

¶ Filij Jerusalem cum offendunt in opere vel in verbo erubescunt nimis: z querunt diligenter quomodo possint abscondere reatum suum. z coram hominibus: z coram deo: ne forte aut homines scandalizentur z pereant: aut deus indignatus puniat delinquentes. Abscondunt autem illum dum agunt penitentiam: dum alios se ostendunt per bona opera quam fuerunt per culpam: non negantes se esse peccatores: sed querentes apprehendere vestes iustitie: vt non sint de numero illorum: de quibus dicitur. Beati quorũ remisse sunt iniquitates z quorum tecta sunt peccata. Quo contra filij babylonis: erubescũt cõfiteri peccata sua sacerdotibus Christi: z Psal.

non erubescunt iactare se de eis ꝛ publica re illam coram multitudine hominum p̃/ditorum predicantes illa sicut dicit ꝓphe/ta. Peccata sua predicauerũt sicut Sodo/ma:nec absconderunt. Sic fic fornicaria ista:in fronte sua habet scriptum nomẽ mi/sterij:babylon magna mater fornicationũ ꝛ abhominationum terre:nimirum:q̃ nõ abscondit confusionem suam: sed gaudet vt patefaciat illam:nec confunditur de ea: sed gloriatur:iuxta illud ꝓphete:qđ de q̃/busdam dicitur. Confusione confusi sunt: quin potius:non confusi. Quid est autez. Confusi sunt:quin ꝛ potius nõ confusi: ni si quia desperati quiq̃ꝛ re quidem ipsa cõ/fusionis confusi sunt vehemẽter:sed tamẽ erubescunt erubescere ad penitentiam cuz sint confusione ꝛ erubescentia digñ. Un/de ꝛ per eundem prophetaz dicitur. Frõs meretricis facta ẽ tibi:noluisti erubescere. Ob hanc ergo maxime causam:vocata est babylon domina regnorum:vt nõ tam ha/bens confusionem:q̃ ipsa confusio esse in/telligatur:ꝛ quasi erubescẽtia vniuerse ter/re. Siqui idem babylon confusio interpre/tatur. Scriptum est autem nomen ipsum in fronte ipsius:quia continue inueniunt reprobi exemplum huius nominis: vt non confundant̃ male agere dicẽtes. Hoc agũt illi:ex hoc illi:erimus ꝛ nos sicut vnus eo/rum. Sequitur.

Ter.5 ¶ Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorũ:& de sangui/ne martyrum christi.

¶ Quitos vt iam dixi reproborũz que di/cta est babylon:non tantum romana ciui/tas extimãda est:aut ipsa(quod absit) scõz totum:sed vniuersa multitudo hominum impiorum ꝛ natorum scẽm carnem: de q̃/bus dicit apostolus. Sicut tunc qui scẽm carnem natus fuerat: persequebatur eum qui secundũ spirituz:ita ꝛ nunc. Hec ergo ciuitas ebria est de sanguine sanctorũz qui occisi sunt ab origine mundi:quia ipsa cuz filijs suis sitiuit sanguinem eorũz ꝛ effusus est in medio eius:ꝛ de sanguine martyrũz iesu:qui occisi sunt in nouo testamento ꝓ/pter fidem ipsius: Sequitur.

Ter.6 ¶ Et miratus sum cũ vidissem illam admiratione magna.

¶ Qui ad hoc translati sunt in desertuz a spũ: vt preterita priorum seculorum mi/steria spiritualiter intelligere querant: pri/mo quidem incipiunt sentire:q̃ nonnulla sic scripta sunt:vt aliud significent q̃z sunt ipsa:deinde cum aliqua occorrunt:que ni/mis archana esse videbantur: admirãtur admiratione magna:maxime in illis ima/ginibus que omnino sunt inusitate: vtpo/te in huiuscemodi muliere:ꝛ bestia q̃ por/tat illam:habente capita septem:ꝛ cornua decem. Admirantur autem q̃ sciũt illa ali/qua designare:ꝛ tamen ad illorum notitiã per seipsos nequeunt peruenire. Verum q̃ omnia tempus habent:ne diutius ad/mirentur discipuli veritatis in typo eorũz quibus oportet multa mysteria que hacte/nus latuerunt in litteris vtriusq̃ testamẽti sexto in tempore aperiri: Loquitur adhuc Joannes qui iã translatus erat in desertuz ꝛ dicit.

Ter.7 ¶ Et dixit mihi angelus. Qua/re miraris. Ego tibi dicam sacra/mentum mulieris & bestiæ quæ portat eam:quæ habet capita se/ptem & cornua decem.

¶ Sacramentum in diuina pagina in bo/na parte accipi consueuit. Dicitur enim sa/cramentum:quasi sacrũ mysterium: ꝛ qua/si signum sacre rei verum hic sacramentũ: vt ego arbitror ꝓ simplici mysterio est ac/cipiendum:nisi forte sacramentum non tã quis ad mulierem ꝛ ad bestiam:q̃z ad sa/crum dei consilium dixerit referẽdum:qui tegit hec ꝛ illa pro tẽpore ꝛ aperit omnia quando vult: Notandum vero non ita an/gelus ille qui locutus est Joanni aperuit hoc mysterium vt perueniret eo tempore

sicut erat futurũ:ad notitiam generis hu/mani:sed typum tenuit:vt iam dixi spiri/tualium virorum:qui erant in tẽpore sex/to perfectis discipulis ostẽsuri. Alioquin si adhuc verba ista expositione non egent in veritate:septem montes extimanda sunt septem capita bestie:ꝛ in veritate ipsa be/stia:non regnum hominum impiorum:q̃z quadrupes filue:qđ q̃z sit absurdum ꝛ di/uersum a fide:ille alius angelus qui locu/tus est Danieli:si tamen alius est ꝛ non ip/se manifeste aperit cum dicit. Bestia quar/ta quartũ regnũ erit in mundo:quod ma/nus erit omnibus regnis:ꝛ destruet vni/uersam terram ꝛ comminuet eam. Igitur Dañ. ꝓ ponturi verba ipsa:que dicuntur exposi/turi:quod isdem angelus dixerit audiamus.

Ter.8 ¶ Bestia quam vidisti:fuit & nõ est:& ascensura est de abysso & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram: quorũ non sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi:videntes bestiã quæ erat & nõ est. Et hic est sensus qui habet sapientiam: septem capita:septẽ mõtes sunt: sup quos mulier sedet: & reges septem sunt. Quinq̃ ceciderũt, & vnus est:& vnus nondum ve/nit:& cum venerit: oportet illũ breue tempus manere.

¶ Dictum est in precedentibus q̃ bestia ista terribilis ꝛ inusa vniuersas gentes si/gnificat infideles que aliquando subiecte fuerunt romano imperio:ꝛ persecute sunt Christum ꝛ ecclesiam eius:ab exordio ipsi/us incipientibus ab herode: Et per ꝓpria quidem tempora corruens in septem capi/tibus stetit:vti iam diximus in septimo ca/pite a tempore illo Mahomet vsq̃ ad presens. Quod autem dicit Angelus. Fuit ꝛ nõ est

Christi seduc.

autem dixerat angelus. Bestia quam vidisti: fuit & non est: nunc autem dicit. Septem capita: septem sunt montes: super quos mulier sedet. Si autem bestia fuit & non est: quomodo capita dicit esse mõtes: nisi quia vsus est scripturaruz sanctarum: vt nonnunquaz presens tempus ponatur pro preterito & futuro? Ponit ergo: sunt: pro: fuerunt: sicuti & nos ipsi plerunq; facere consueuimus. Porro ipsi montes qui fuerint: & in ianua huius libri dictuz est: & in quarta parte nisi fallor: diligentius replicatum. Primum caput fuit regnum Herodis & successor eius. Secundum imperium Romanor vsq; ad Diocletianum. Tertium: quartum: quintum: & sextum: quatuor i opere memorata regna arrianorum: Septimum caput reguz sarracenorum. Sed & reges quinq; qui crediderũt: qui fuerint in eisdem locis dictum est. Mõ est autem dictum: & in ipsis septem capitibus: septem reges sunt: vt quasi singulum caput habuerit singulum istorum septem: (maxime cuz decem cornua: decem reges designentur:) sed aut. Et reges septez sunt: vt non ipsi septem reges singuli per singula capita: sed alio modo surgere intelligantur (hoc est) per singula septem temporuz: de quibus in hoc opere frequẽter & latius locuti sumus. Non enim septem capita bestie singula per singula tempora orta sunt: sed sicut ostendit melius in Daniele. Primum caput in primo tempore. Secundũ in secundo. Quartum in tertio. Septimũ quarto. Exinde septimum caput perseverat vsq; ad sextum tempus: in quo & deficiet: aut quasi deficiet surrecturum post modicum vt dispareat in eternuz. Reges ergo septem: non per septez capita: sed per septem tempora assignandi erant: & ideo ait. Et reges septem sunt: Horum primuz (vt iam scripsimus) fuit herodes cum successoribus suis. Secundus Nero cum successoribus suis. Tertius Constantius arrianus: cum successoribus suis. Quartus mohamuth: vel potius Chosroe rex Persarũ cuz successoribus suis. Quintus is qui primus in partibus occiduis: cepit fatigare ecclesiam pro inuestitura ecclesiarum ob quam causam multa scismata & tribulationes orta sunt ex eo tempore in ecclesia dei: Sextus autẽ rex de quo dicitur: Et vnus est: & ille est rex vndecimus in Daniele: in cuius tempore aperienda est ad liquidum reuelatio ista: & percutienda nona babylõ: ab eodem rege & complicibus suis: post cuius percussionem occidetur. Septimuz caput bestie: quasi ad mortem: & dabitur tranquillitas ecclesie christi. Porro inter sextã persecutionem: & aliam que erit sub illo rege de quo dicitur: & vnus nondum venit: futurum est breue temporis spatium ad respirationem fidelium: deficiente in persecutione babylonis imperio: quod est ituz: & imperio bestie quod est extra: quoniam vtraq; morietur. Verumtamen babylon oratio: bestia adhuc veluti demone resurget: Ascensura est enim de abysso: vt faciat adhuc vnam persecutionez veluti in octauo loco: & protinus ibit in interitũ de quo vlterius non resurget. Vñ & mox subdit.

¶ Et bestia quæ erat & non est: & ipsa octaua est: & de septem est: & in interitum ibit. Tex.9

¶ Si haberet ista bestia octo capita: non diceretur. Ipsa octaua est: & de septem est: sed tñ: octaua est Diceretur enim octaua in octauo capite: in quo tñ modo superesset. Sed quia septimum caput bestie mõrietur: & resurget: & etiam de reliquiis errorum: aliorum capitũ: apparebunt simul: erit quidem congregatio illa pessima octaua & pro tempore & successione: sed tamen de septem erit: qz in ipsa erit collectio oiuz errorum: qui in septem capitibus ostensi sunt: regnante illo rege septimo: qui erit fons malitie & vas erroz: i quo requiescet plenitudo iniquitatis & origo negtie: Nez hoc cũ creuerũt iniquitates: vt cõsumenk oia que scripta sunt. Interim sub rege sexto pcutietur babylon a bestia & a regibus

suis: & nihilominus ipsi reges pugnabunt cũ christo: & christus vincet illos in gladio oris sui. In gladio non materiali: sed in gladio spiritus: quod est verbum dei. Non enim deesse poterunt reliquie in quibus pugnet & vincat: quia omnia quecũq; voluit fecit in celo & in terra. Mã sequitur.

T.10 ¶ Et decem cornua quæ vidisti in bestia: decem reges sunt: q regnum nondum acceperũt: sed potestatem tanquam reges: vna hora accipient post bestiam. Hi cum agno pugnabunt & agnus vincet illos: quoniam dominus dominorum est & rex regũ: & qui cum illo sunt uocati electi: & fideles.

¶ In Daniele dicitur: vnum regem surgere post decem. Hic autem de sexto rege dicitur: vnus est: & de decem cornibus: decem reges sunt qui regnum nonduz acceperunt. Hoc autez quomodo intelligi possit: non video nisi vt sub nomine sexti regis: alius surgere intelligatur post alium: quatenus post illuz de quo dicit ioannes: Vnus est: quem ppter tẽporis instantiam puto fuisse Saladinũ famosissimũ illuz regem turchoz: a quo nuper capta est illa ciuitas in qua passus est christus: surgat alius in successionem ipsius: sicut sint aliqbus medii: sine nõ: & ille sit de quo dicitur in Daniele: Et alius surget post eos: & ipse potentior erit prioribus: Quod si ita est: recte nõ dicitur de decem regibus: Una hora regnum accipient: post regem sextum: sed post bestiaz: qz alius forte rex regnabit super bestiam: quando decem reges illi regnaturi sunt: alius cũ incipiet consumari id quod dicitur. Et vnus est: Etenim ẽm Danielem (regnantibus decez regibus illis singulis in locis suis) oportet surgere quendã paruum regẽ de medio illoz: qui humiliauit tres illoz: facturus est prelium contra sanctos: & ob hoc: aliquantulũ res venit in dubium: Vtrũ pauo decez reges illi conuenientes cum vno aliquo magno rege: qui regnaturus sit super regnũ illud quod vocatur bestia: percussuri sint pariter babylonem: & postea regnaturus sit ille qui tres illoz regum humiliabit: & sacturus est prelium contra sanctos. An vnus idemq; sit sub quo simul vtrunq; oporteat consumari. Quocunq; autem modo: istud factuz sit: idcirco ꝓmissum est de pugna illoz regũ & agni: qz intentio quidem eorum & pugna tota erit contra Christũ: & contra confessores nominis ipsius: sed tamẽ vincendi sunt a Christo & militibus eius: quia qui cum illo sunt vocati: electi sunt & fideles. Fieri tñ põt: vt vtrũq; simul fiat: & pcussio. s. babylonis: & psecutio electoz nesciẽtibus causaz iudicij his qchristianos affligũt: nescientibus inq; qp oporteat eos vincere in illa parte que pertinet ad babylonem: in ea vero que pertinet ad ierusalem: superari in certamine a rege Christo: ubi quia iratus est deus falsis christianis: huc quia fidelibus suis & electis placatus: & ideo vtrunq; simul dicit: qz in vno sexto tempore pariter vtrunq; continget. Porro victore Christo superabitur bestia: & esse desinet que fuit: ira vt dicatur. Fuit & non est. Sed cum hoc forte teneri putabitur: & diligenter ampleti: repente rex ille vnus qui scriptus est vndecimus in Daniele: surget (vt putamus) contra decem: & humiliatis tribus magnificabitur nimis: & faciet omnia illa mala de quibus in quarta parte sufficiẽter tractauimus. Verum hoc post ruinam babylonis: & bellum quod habituri sunt ipsi reges cum martyribus Christi. Huc qz preceßi sermo de victoria Christi: qd etiaz de casu babylonis dictum sit: audiamus. Nam sequitur.

Vata

¶ Et dixit mihi aquas quas uidisti ubi meretrix sedet. populi

sunt & gentes & lingue. Et decem cornua quæ uidisti in bestia: hi odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam: & carnes eius manducabunt: & ipsam ignem concremabunt.

¶Quamdiu aque iste permanent in suo statu: non possunt prevalere reges gentiuz contra babylonem: quia ip'e sunt que pugnant cōtra illos pro ea. Sed quia effusio phyale sexti angeli deficcat eas: non est fiducia in potentia eorum: quia dominus ipse est qui pugnat per impios contra eam. Unde mox subditur.

L.12 ¶Deus enim dedit in corda eorum: ut faciant quod illi placitum est: ut dent regnum suum bestiæ donec consumentur uerba dei.

¶Diximus superius de his regibus. Hi unum consilium habent & virtutem & potentiam suam bestie tradent. Nunc autem dicit. Dominus enim dedit in corda ipsorum ut faciant quod illi placitū est: ut dēt regnum suum bestie donec consumentur verba dei. Tale est enim ac si diceretur. Uidentes reges qui erunt in exteris regionibus q rex ille qui erit princeps bestie pugnabit cum his qui subiecti sunt romano imperio: iam tunc in multis regibus diuisos: & prevalebit: inuitati ab eo: & monitis & terroribus in adiutorium suum: habebūt pariter unum consilium: quid eos oporteat respondere: & tandē q; oēs uno animo odiunt christianos: & maxime romanū imperium: quicquid poterunt habere virtutis & potentie in armis bellicis tradēt potestati illius regis: ita ut ipsi quoq; obedi-

ant mandatis eius: & sint in adiutorium ip̄sius ad faciendum iudicium quod placitū est deo: nescientibus ipsis. i. ut faciant fornicariam desolatam a filys: & nudaz a substantia ut occidant infirma eius in ore gladyi: & sortia ipsius igne tribulationis consumant. In carnibus. n. infirma in ossibus sortia designantur. ¶Manducant autem aduersarij carnes eius: & ipsa que in solo osse relinquitur: concremabitur igne: quando eos qui infirmiores sunt: & quasi viliores: occiduntur in ore gladij: eos autem q sortiores & charioces: afflictos & delusos diutius venire ad suum finem per tormenta compellunt. Sed hac in re considerandū est diligentius: q; in hac tribulatione tria genera hominum suspensa erunt velut in cruce: & unusquodq; remunerabitur ꝑ differentiam cordis sui. Alij enim puniētur sine causa flagelli: ut sequātur vestigia regis sui. Alij quasi duo latrones: quorum unus conpunctus est in flagellis: & ideo misericordiam consecutus: unus indura-tus: & ideo a consort electorum seclusus. Una ergo erit persecutio que involuet christianos in die illo: sed non unus profectus quia alij per ipsam coronabun ur: martyrio: alij cognoscentes reatum suum & dicentes: iustus est dominus quia peccauimus ei: consequentur veniam: alij blasphemantes christum & dicentes. Si vere esset hic filius dei: nec ipse se permitteret crucifigi: nec nos tradi sineret in manus inimicorum suorum: tradentur de terra: ut hi qui relinquentur electi: puriores sint auro quod per ignem probatur. Et hec quidez futura sunt in proximo: etiam si displiceat filys huius mundi: etiam si multis auctoritatibus munīāt parte suā subsanantes & confutantes eos qui annuntiāt ista. Ut ne forte non reciperent expositionem moderatam in tam tam grauī & taz duro iuditio: uoluit angelus qui loquebatur ioanni preterire silentio: que esset hec mulier: de qua tam sinistra loquebatur: sed peracta expositione in fine verborum suorum concluſit

dicens.

L.13 ¶Et mulier quam uidisti est ciuitas magna quæ haber regnū super reges terre.

¶Non solum autē ex auctoritate huius libri: & ex presenti loco traditum est nobis a patribus: q; Roma sit in sp̄i. itu babylō: verumetiam ex sententia petri qui scribēs aliquibus ex vrbe roma. Salutat vos ingt ecclesia que est in babylone. Sz in hoc verbo: consolatio non modica facta est populo qui vocatur romanus: quandoquidem in ipsa vrbe que vocatur babylon peregrinatur ciuitas ierusalem: ita ut non possit colligi nisi de fine qui sunt in ea filij babylonis: & qui filij ierusalem: nequis: aut confidat de ea steriliter propter bona que promissa sunt a domino apostolo petro dicente. Tu es petrus: & super hanc petram edificabo ecclesiam meam: & porte inferi non prevalebunt aduersus eam: aut diffidit pp̄ omnia mala que scripta sunt i hoc libro: si quāuis corpore peregrinetur in ea: non fuerit de filys babylonis: sed de filys ierusalem: qui plerūq; egrediuntur simul ex vno vtere sicut Esau & Jacob: q; potens est deus: ut ait petrus: homines pios de temptatione eripere. Nec putandus q; ciuitas ipsa solos ipsos complectatur: qui murorum ipsius ambitu circūscripti esse videntur: sed omnes qui pertinēt ad imperium eius: quod licet sit diuisum: & dilaceratum in partibus: vt ostēdatur appropinquare desolatio eius: unum tamen est in populo christiano: maxime autez in latino: qui per omnia romano pontifici subiectus esse consueuit: & si ei filij babylonis instigati diabolico spiritu in hys que pertinent ad deum: subiecti esse non possint. Uerum illi vero contempta expositione sanctorum patrum Jeronymi & Augustini adherent illi verbo sancti Gregorij pape: qui dicit se audisse a quodam viro: q; dicebat se audisse ab alio: dixisse beatum Benedictum quidam aliquid loquenti de ea Roma agentibus non destruetur: sed terremotibus fatigata in se ipsa marcesset. Sed esto sit hoc quod dixit: si sanctus Benenedictus hec dixit. Beatus papa Gregorius mox subinfert hoc in suis diebus apparuisse completuz nimirum quia non de populo: sed de menyjs dixerat ciuitatis. ¶Multas denique ciuitates olim famosissimas & superbas videmus funditus subuersas vsq; ad solum: sicut & de Jerusalem dominus dicit. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: secundum q; timuit vir ille: ne accideret Rome per populum & regem Gothorum: super quo dicitur habuisse responsum a sancto Benedicto: q; Roma a gentibus non destrueretur: sed de remotibus fatigata: in seipsa marcescet. Non enim eo modo minatur seruo diuinus ciuitati: que habet regnum super reges terre: quia non lapides: & parietes peccauerunt domino: vt cure sit domino lapides iudicare: sed magis vt relinquantur multe domus (vt ait prophetа:) magne & pulchre sine homine: & desolentur ciuitates ab habitatoribus suis. Sequitur.

Capitis Tex. 8

¶Et post hoc uidi alium angelum descendentem de cœlo habentem potestatem magnam & terra illuminata est a gloria eius: & exclamauit forte voce dicens. Cecidit cecidit Babylon illa magna: & facta est habitatio demoniorum: & custodia omnis spiritus immundi: & omnis volucris immunde: & odibilis.

¶Alium angelum se vidisse dicit respectu illius angeli q; sibi oñderat dānationē mere tricis magne. Nō. n. vnius ordinis ministros habet deus: sz diuersorum: ne si

vnius tantum essent ordinis integrum ꝛ persectum testimonium tam sublimi// bus rebus perhybere non possent. Ju// de est: q̃ alij de templo quod est in ce// lo: referuntur egressi: alij de celo sim// pliciter descendisse narrantur. Quare hoc? Quia alij egrediũtur de ordine com// uentualiuꝫ designato in templo: alij de vi ta solitaria ꝛ contẽplatiua designata in ce// lo. Et illi quidem angeli qui egressi sunt de templo: plures sunt: quia in vita quẽtuali veluti diuersa membra: diuersis actioni// bus deputata conueniunt in vnum cor// pus designatum in vno templo de quo an geli ipsi egressi sunt effundere phyalas ira cũdie dei. Qui aũt dicũt descendisse de ce// lo solus scribitur: ꝛ vnus est: q̃ ad vitam contemplatiuam pertinet illud vnum de quo dominus ait. Porro vnum est necessa rium. Sed ꝛ illi angeli non dicuntur de// scendisse: ꝙ tantum egressi sore de templo Hic autem angelus de celo describitur de scendisse: quia in ordine conuentualiũ: pre sto est q̃ hinc vita actiua: ꝛ quando aliquis conuersatur inter fratres loquitur verba dei: exire magis dicitur: q̃ descendere: quia sepe loquitur cum eis verba commu nia quibus aliquando loquitur verba dei: Ultra vero contemplatiua: que omnino in diget solitudine: quasi quoddam celuꝫ est: altius eminens a rebus humanis: a qua q aliquando egreditur: vt loquatur homini bus: satis condescendit eis quibus loquit: ꝛ si verbuꝫ dei: eo q̃ a proposito ꝛ vita sua alienum sit: ꝛ vt ita compatiatur homini// bus: non nisi magna ꝛ euidens extor// re aliquando necessitas possit. Habitu// rus est aũt iste predicator siue solus appa// reat: siue cum sortijs: claritatis sue magnaꝫ potestatem in loquendo verbum dei: sicut ꝛ de domino nostro scriptum est. Loque// batur tanquam potestatem habens non si cut scribe eorum ꝛ pharisei. Sed ꝛ terra il luminabitur a gloria eius: sicut sub sexto angelo tuba canente: nescio an de isto: an de alio dictum est: quia non adhuc in ob// scuro enigmate: sicut olim: sed velud̃i ela ritate solis annuntiabit hominibus veri// tatem dicens: ꝛ annuntians manifeste: q̃ omnino imminebit ruina ciuitatis super// be: ꝛ collecta in inferno fiat habitatio de// moniorum ꝛ custodia omnis spiritus im// mũdi (hoc est diabolici) ꝛ custodia omnis volucris immunde (hoc est) cuiuscunq; anime deputate penis eternis: ꝛ odibilis: pre confusione nuditatis sue: que aliquan do erat induta purpura ꝛ bysso: ornata margaritis ꝛ lapidibus pretiosis. Sed quare istud patiatur ostenditur cum proti nus subinfertur.

Tex.2 ¶ Et de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes: & re// ges terre qui cum illa fornica// ti sunt: & mercatores terre de virtute delitiarum eius diuites facti sunt.

¶ Quod dicit. De ira fornicationis eius biberunt omnes gentes: in quarta parte li// bri explicasse me recolo: in loco illo: vbi post angelum cui datũ est euangeliũ eter nũ secutus est alius angelus: qui diceret id quod in hoc loco angelus iste dicit: ceci dit: cecidit babylon illa magna ꝛc. Unde quia in libro isto: iterum atq; iterum reca// pitulatio facta est: arbitror: ꝙ iste sit ille an gelus: qui sub sexto angelo tuba canẽte di// citur descendisse de celo: ꝛ qui circa finem quarte partis loquitur: vtiaꝫ dixi: ꝛ dicit. Cecidit cecidit babylon magna: que a vi no ire fornicationis sue potauit omnes gẽ tes. Utrum autem ipse sit vnus de viris il lis qui venturi sunt: quid opinio interim tenere queat: in eisdem partibus dictum sufficiat. Reges vero terre essẽ prelatos ec clesiarum: quorum aliqui fornicantur cuꝫ Babylone superius dictum est. Quod autem sequitur. Et mercatores ter// re de virtute delitiarum eius diuites fa// cti sunt: ad falsos sacerdotes: ꝛ ypo// critas referendum est qui negotiantes

regnũ dei: inhiant tẽporalibus lucris ꝛ que runt verbis subdolis placere de vitibus huius mundi: quorum virtus est in de litijs carnis: vt ipsi diuites fiant: ꝛ possint de cetero viuere in delitijs: attẽdẽtes quo modo eis in deficientes delitiaꝫ redditus constituti sint: ita vt largientes multa: sem per illis proueniat: quod largiri queant: ꝛ nunq̃ deficiat quod largiendum sit. Hec est enim virtus delitiarum babylonis: qua diuites fiunt mercatores terre. Ceterũ qui sic ad tẽpus participat delitijs eius: vt ta// men sup hoc ipso doleat: ꝛ ingemiscat: po test si vult recedere a consortio eius: ꝛ redi re ad regem suuꝫ q̃ redemit illum: ne forte si diu steterit apud eaꝫ cogatur particpa// re magnis delictis eius: ꝛ superuenẽte ho ra vltionis accipiat de plagis illius: puniẽ te in eo dñõ: quod ipse in seipso parui pendit punire: Nam sequitur.

Tex.3 ¶ Et audiui aliam vocẽ de ce// lo dicentem. Exite de illa popu// lus meus: & ne participes sitis de lictorum eius: & de plagis eius non accipietis: quoniam perue// nerunt peccata eius vsq; ad cœ// lum: & recordatus est dominus iniquitatum eius.

¶ In hoc loco sicut ꝛ in multis alijs scri ptura diuina: celi nomine designatur. In ea siquidẽ auditur hec vox: q̃: tã hoc ipsuꝫ licet alijs ver: bis scriptum erat in libro Je// remie dicẽtis. Recedite de medio babylo nis: ꝛ de terra chaldeorum egredimini: ꝛ estote quasi hedi ante gregem: quoniaꝫ ec ce ego suscitabo: ꝛ adducã in babilone cõ// gregationem gentiũ magnã de terra aqui lonis: ꝛ preparabuntur aduersus eam: ꝛ in de capietur sagena eius quasi viri fortis interfectoris nõ reuertetur vacua. Et erit babylõ in p̃dam: oẽs vastantes eã replebũ tur: ait dñs. Igitur quod hic dicitur. Qua si de celo auditũ est: q̃ cognitũ esse videtur de illa babylone que percussa est a medio: totũ secundũ spiritũ intelligẽdum est de ista: quã percussuri sũt reges illi de qui bus supra locuti sumus: maxime cũ illa di catur fuisse percussa ab imo rege medorum. Jeremias autem aduersus babilonẽ: non vnũ tantum regẽ: sed multos ꝛ terribiles venturos esse prędixit. Sed qua ratione populus domini exire potest de babylone cũ regnum istius: toto pene orbe terrarum cõstet esse diffusum. Sed ꝛ quomodo de illa egredit qui in illa nũq̃ fuit. Si autem adhuc in illa est qui de illa iubetur exire: quomodo potest non esse particeps deli// ctorum eius? Sed notandum est: ꝙ illum necesse ẽ accipe de plagis eius: qui vsq; ad horam percussionis eius mane in ea etiam si sit electus quem admodum ille latro qui in suspensus est cum Christo in cruce: ꝛ propter bonã confessionẽ audire meruit. Amen dico tibi: hodie mecuꝫ eris in para diso. Qui ergo non vult esse particeps fla// gellorum eius: aut omnino ascendat in mõ tem cum Abraam ad vitam spiritualẽ: aut saltẽ transeat moribus in egẽ: ꝛ cõueniat se in ea dignos interim faciens penitentie fructus. Alioquin: q̃ deus vltra non pati tur extollentiã babylonis: necesse est sicut dixi: vt flagelletur cum ea: qui negligit pre uenire horam desolationis ipsius: Sed q̃ re nõ patitur vltra deus: qui passus est: ha ctenus vsq; ad presens? Quia venerunt i// quit peccata eius vsq; ad celũ. Non enim sufficit filijs babylonis: ꝙ persequũt cõti// nue membra Christi: verum etiã ponẽtes os suum in celum quotiescunq; cõtingit eis aliquid aduersi nõ metuunt blasphemare vnigenitũ dei pro salute omnium pependit in cruce: ꝛ dicere verbũ in deum viuum. q̃ solẽ suum facit oriri sup bonos ꝛ malos: ꝛ pluit sup iustos ꝛ iniustos. Et quoniã pro nimia patiẽtia sua: visus est tradidisse obli tioni omnes iniquitates meretricis huius magne: in quibus peruersata est a diebus an tiquis. Cum inceperit percutere eam pla// ga insanabili ꝛ inaudita: videbitur accẽde

Jerem.

Genes.

re illud quod ibi protinus subiungitur est. Fit recordatus est dominus iniquitatum eius. Quarū iniquitatum? Illarum quas perpetrata est in persequendo filios Jerusalem quibus t dicitur.

Ter.4 ¶ Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis: & duplicate illi dupli cia secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum.

¶ Mirū quomodo electis nunc dicitur. Reddite illi: sicut ipsa reddidit vobis: t cum quasi eox manibus iudicanda tradatur: aut quasi i potestate illox sit quātum hec antiqua meretrix debeat puniri: maxime cū videatur cōtrarū verbo domini dicentis. Orate pro persequētibus t calumniantibus vos. Sed sciendū est q nō semper precipit dominus orandū pro inimicis: maxime si sint inimici dei: sed pro tēpore t ad tempus (hoc est) vsq ad tēpus statutum: in quo post diem patientie: sequitur dies iudicii: t tempus sanctorum i quo incipiet dominus iudicare mundū: t reddere vnicuiq secundum opera sua. Alioquin si semper orandum est pro iniquis: ergo: t inuita futura. Oramus siquidem pro impijs t iniquis: quamdiu spes est vt conuerti queant: ne forte qui putat reprobus sit electus. Quando autem inigtas impiorum peruenit vsq ad celū: t vsq ad blasphemiā spiritus sancti: t certū est q egressa sententia velit deus iustus auferre malum de terra: quis audeat contra sententiā Joannis orare pro peccantibus peccatum ad mortem: t odientibus ac blasphemantibus eum qui nos redemit sanguine suo? Reddent autem in die illa filij ierusalem fornicarie ciuitati: secundum q ipsa reddidit eis: t duplicabunt ei duplicia secundū opera ipsius: q secundum impropria t iniurias quas passi sunt ab ea subsanabūt illam: t duplo etiam confundent faciem illius q ipsi confusi sunt ab ea: cum venerit dies calamitatis sue. Scimus enim q filij huius mundi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt: t q infirma mundi t ignobilia t contemptibilia que elegit deus pro illorū simplicitate: tradita sunt dominio t potestati eorum qui esse in hoc seculo fortiores videntur. Et hoc quidē nō casu aliquo: sed permittēte iusto iudice deo qui aliquando filios israel tradidit potestati egyptiorum vt discerent non alta sapere: sed humilibus consentire. Dic sic t in hoc tempore voluit filios babylonis habere dominium t potestatem: filios vero ierusalem subijcere seruituti: quatenus per multas tribulationes t iniurias perueniant ad regnum dei: in quo pauperes: facile diuites difficile ingrediuntur. Sunt enim t diuites: licet per pauci: qui habēt plures familias: seruos t ancillas: t tamen perueniunt ad regnum dei: q: his quibus prelati sunt tēporaliter: ac si patres filijs misereātur: t eam in illis indulgentiam facere studeant: quam ipsi ab omnium domino cupiunt obtinere. Ceteri autem non sic: sed si quando subiecti eorum grauati onere seruitutis murmurant contra eos non considerantes q tales potius elegerit totius dominus creature: pro modico t contēnēdo verbo reddunt eis graues iniurias: vocātes eos seruos ne cij rusticos t periuros: operientes facies eorum ignominia: t cū magna confusione t reuerentia a suis conspectibus expellētes. Ergo t ipsi humiles cum venerit tēpus eox operiet confusione t reuerētia facie babylonis dicētes. Ecce ciuitas illa babylō ciuitas superbox: que oli opprimebat humiles in potentia sua: modo facta est quasi lutum platearum: t quasi stercus terre plena omni ignominia t confusione perhennis. Quasi ergo duplum reddent ei electi: improperantes eis miseriae calamitatis sue: q nō solū sup tēporalibus iniurijs quas incurrent: cōfundent faciem reddētes ei vicem p vice: verūetiā sup penis tartareis in quibus deputata est i eternum. Unde t mox subditur.

Ter.5 ¶ Quātū glorificauit se & in delitiis fuit: tm̃ date ei tormētū & luctū: quia in corde suo dicit. Sedeo Regina & vidua nō sum: & luctū nō videbo. Ideo in vna die veniēt plage eius: mors: & luctus: & fames: & igni cōburet.

¶ Glorificāt se filij huius mūdi: q nobiles sūt: q potētes: q diuites: q oēs alioq. Sz t verbū crucis t virtutē penitus ignorantes: in bonis ducunt dies suos: t assumunt multis deliris: sicut diues ille qui sepultus est in tuserno. Porro in die illo cū hec illis improperabunt electi: qui modo cōtēnunt ab eis nolētibus recipere correctionē eox: exterabitur ex hoc illis tormētū t luctus: videtes se omnino constitutos in arto: t nō posse redire ad assuetas delitias t honores seculi quos amiserunt. Nō enim ponūt hec ota in corde suo anteq veniāt vt leuius expta ferant: ideo intollerabilis erit luctus eorum t vreme diabilis afflictio tormentox suox: Quia in corde (inquit) suo dicit. Sedeo Regina t vidua nō sum: t luctū nō videbo. Ideo in vno die veniēt plage eius: mors: t luctus: t fames t igni cōburet. ¶ Multitudo hominū superborum gloriatur de regno mūdi: quod sibi videt esse contraditū: t q sedet quasi regina i deliras humilibus t paupibus terre. Dicit etiā se nō esse viduam: q confidit de viribus terrenox principū qui imperant in ea: ita vt nō se credat videre luctū cūctis diebus vite sue: nec sentire aliq de vniuersis plagis que scripte sūt in hoc libro: in ra illud euangelij. In hac die tua quē ad pacē tibi nūc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Ideo (inquit) vna die (hoc est) vno tēpore: venient plage eius: mors: luctus t fames. Hec sunt. n. spirituales reprobox plage a die obitus sui. ¶ Oriunt morte eterna: t ideo luctus sequet eternus: Et q non sic morientur vt esse desinant: esurient sine fine: t qō est deterius: ipsi q esurient: erūt cibus ignis eterni: Justa satis recōpensatio. Pro vita gloriosa: mors pro inepto gaudio: luctus p delitijs: fames pro refrigerio ignis. Et quasi quereret de eo qui ista facturus est: t quis sit tante potentie qui hoc facere possit: cum nulla videat in terra esse prās que ei fortitudine adequetur adiecit t am.

¶ Quia fortis est deus qui iudicabit illam. Ter.6

¶ Tale ē. n. ac si diceretur. Si moriturus assummeret bellū cōtra eaz: t indignatio omnipotētis dei: cuius ire resistere nemo potest: non esset in causa: posset forsitan vt vsq modo presumere de viribus suis. Sz q ille pugnat cōtra eaz q dicit p prophetā Dies vltionis in corde meo: frustra cōrendit resistere inimicis suis: q domini est voluntas vt vincat ab eis: q vtik eis quasi vafis mortis: sicut t de populo Assur dicit ipse dñs p Ysaiā prophetā. Ue assur virga furoris mei: t baculus ipse indignationis mee ira mea sup gentē fallacē mittā eū. Quec est autē gens fallax nisi que se esse simulat qō nō est? nisi que cōfitet se nosse deū factis autē negat? Uerūtū t si hic ex pte agit iudicium eius: nō ideo tū cū morte carnis cōsummationē accipiet. Sed erit quasi quedam ostensio iudicij futuri. Sequitur.

Ter.7 ¶ Et flebūt & plangēt se sup illā oēs reges terre, q cū illa fornicati sunt: & i delitijs suis vixerūt.

¶ Illi reges terre t rectores aiaz q pp delitias babylonis q̃ puenūt ad manus eox: sed q qō t opa eox testāt: gaudēt se esse prātes ecclesiaz: adeo vt malit offendere vicarium sūmi pastoris: q̃ precipere mūdi t babylonis nō poterūt nō plāgere i die illo: cum viderit trahere t nō reuerti qō dulciter amauerūt: t si p dñm valde iudiciū qō sustinebūt i hac vita cogāt intelligere penas eius eternas: ne per hoc studeant longe fieri a conuersatione eius p̃pter timorem tormentorum ipsius. Nam sequitur.

Apo.8 ¶Cum viderint fumum incendii eius longe stantes propter timorem tormentorum eius.

¶Si pugna regum deceꝫ materialis nõ esset: possemus in hoc incendio inferioꝛẽ tantum intelligere penam. Quia vero materialis erit: potest simpliciter ꝓ incendiuꝫ temporale eius quod passura est: designari ſuppliciũ. Inter fumum vero ⁊ incendium hoc ĩteresse cognoscitur: q̃ fumus plerũq; a longe videtur etiam ab his qui incendium videre non possunt: inueniendũ vero ne semper videatur: obstiterunt plerũq; siluarum nemora ⁊ colles obiecti. Sed vtrum magnum sit an paruum: de fumi caligine intelligitur. Incendium ergo babylonis: tormentum quod patietur in die illo designat: fumus vero famã que longius aduolabit. Stabunt ergo a longe ob timorem tormentorum: ⁊ quia parare se nõ audebunt ad prelium cõuertentur ad luctũ. Et plangent (inquit) super illaꝫ: omnes reges terre qui cum illa fornicati sunt: ⁊ in delitijs suis vixerunt: dum viderint fumũ incendij eius longe stantes propter timorem tormentorum eius dicentes.

Apo.9 ¶Veh veh ciuitas illa magna babylon: ciuitas illa fortis quoniam vna hora venit iudicium tuum.

¶Vbi qui nõ cõsiderãt in die pacis: quaꝫ nulla sunt omnia temporalia q̃ trãsire possunt: ⁊ gloriam principum huius seculi: q̃bus vt ⁊ ipſius pariter honorentur: cũ eis adherere contendunt: cum repente videbunt accidisse quod prius dicentibus non credebant: ꝑ amore quo colligati erãt eis: flebant amarissime: ⁊ lugebunt obstupescẽtes pro nouitate immutationis ipſius: ⁊ pro timore tormentorũ eius: pro posse longius recedentes: Et q̃ ei nõ poterũt adesse admirãtes pariter ⁊ dolẽtes dicturi sũt in cordibus suis. Vbi veh ciuitas illa magna: ciuitas illa fortis: que olim in multitudine populorum: ⁊ in fortitudine multitudine sue subiugauit orbem: quomodo tã subito absorta est: ⁊ redacta ad nihilum: ita vt nec vestigium supersit memorie magnitudinis eius? Unde ⁊ per prophetam dominus ait. Et erit babylon illa gloriosa in regnis inclita in superbia chaldeorum: sicut subuertit dominus Sodomã ⁊ gomoram ⁊c. Sequitur.

Apo.10 ¶Et negotiatores terre flebunt & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius.

¶Negotiatores terre qui sicut superius dictum est. Ipſi sunt sacerdotes bruti q̃ nesciunt que dei sunt: sacerdotes animales q̃ dati sunt in atrium exterius vt manducent peccata populi qui vendunt orationes ⁊ missas pro denarijs faciẽtes domũ orationis apotheca negotiationis: faciẽtes inq̃ſocum publicũ: ⁊ speluncam latronuꝫ. Debebunt ergo ⁊ flebunt super illã q̃ merces eorum nemo emet amplius: vt pote q̃ nec ita cõpuncti erubescent sup scelere suo: ſz tanq̃ animales ⁊ carnales hoc tantum cogentur deflere: q̃ pdiderunt quod amauerunt: q̃ non erunt quibus vendant mercimonia sua. Deficiet enim vendendi studium: q̃ ementium pertransibit concursus. Sola remanebit delusa ⁊ confusa cupiditas: que ablata sibi voluptatis materia in vocem fletus erumpet: q̃ iam quod libet non licet: ⁊ quod sibi erat proprium ⁊ familiare carebit. Quaꝫ vero pretiose sint ipse merces quas abutendo: dei munere ꝑ carnalitas vendunt aperitur cum subditur. Sacer. merces.

Apo.11 ¶Merces auri & argenti, & lapidis prætioſe, & margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, & cocci, & omne lignum tinũ: & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide

lapide prætioſo, & eramẽto, & ferro: & marmore: et cinnamomum: & amomum: & odoramẽtorum: & unguenti: & thuris: et uini: et olei: et ſimile: et tritici: et iumentorum: et ouium: et equorum: et rhedarum: et mãcipiorũ et animarum hominum.

¶Hec omnia ⁊ ſimilia ſpiritualiter intelecta: cõmiſſa ſunt ſacerdotibus ⁊ clero nõ vt cõmutentur ꝑ carnalibus: ſed pro ſpiritualibus (hoc eſt:) pro animabus fidelium ⁊ operibus bonis. Sed quid? Mungd nõ a principio preſto fuit ſymõ qui oblata pecunia petro ⁊ Joãni: vendi ſibi poſtularet donũ ſpiritus ſancti? Sed tũc ⁊ ſi fuit qui emeret: qui venderet: non fuit: ſed magis qui contradiceret tam nefando emptori. Nunc autem ⁊ ſi emptor piger eſſet ad emptionem: preſto tamen eſt venditor: ſollicitans animas miſerorum: nõ vt humiliter cõſequãtur gratiam: ſed vt infeliciter emãt non vt roborentur celeſti munere: ſed vt ruant pariter cum ruẽtibus. Deniq; non nullis commiſſum eſt aurum ſapientie: ⁊ argentum eloquentie ad vtilitatem eccleſie: ſed tũ propter hec dona nõ electos dei: (qui plerumq; deſpecti ſunt:) edificare queruntſed magis adherere diuitibus huius mundi: vt loquantur eis placentia ⁊ honorentur ab eis: ſicut quondam falſi prophete in ieruſalem qui decipiebant plebem in promiſſione pacis dicentes: pax: pax: cum non eſſet pax. Alijs cõmiſſa ſunt ſacramẽta diuina: deſignata in margaritis ⁊ lapidibus pretioſis: pro ſalute viuorũ ⁊ mortuorum: ⁊ tamen nolunt ea dare aliquibus niſi: aut accipiãt aliquid: aut accipere ſperẽt. Alijs datum eſt: poſſe operari opera iuſtitie: deſignata in byſſo ⁊ purpura ⁊ ſerico: ⁊ cocco: ſed tamen per hec hominibus ſecularibus: placere querunt magis q̃ deo: parumpendentes id quod dominus ait. Attendite vobis ne faciatis iuſtitiam veſtraꝫ coram hominibus vt videamini ab eis. Alijs commiſſa ſunt neceſſaria artificia ad operandum quod bonũ eſt manibus ſuis ſicut faciebat apoſtolus: deſignata in ligno thimo: ⁊ vaſis eboris ⁊ vaſis de lapide prætioſo: vtpote in edificijs baſilicarum: in cõſtructione monaſteriorũ: in deſcriptione librorum: ſed hec ipſa facere nolunt: niſi ſint qui larga manu offerrant ex eo quod abũdant niſi eis retribuatur in hac vita ꝑſenti. Alijs cõmiſſa ſunt exercitia corporalia: que pertinent ad vſum quottidianum: deſignata in erramento ⁊ ferro ⁊ marmore vt operentur manibus ſuis: ⁊ habeant vnde tribuant neceſſitatem patientibus: ſed tamen non ſolum eoꝝ que operãtur dare aliquid pro deo nolunt: verũetiaꝫ pro re vilissima charioꝛa extoꝛquere contẽdunt. Alijs data ſunt exercitia ſpiritualia deſignata in cinnamomo ⁊ amomo: ⁊ odoramentis: ⁊ vnguentis: ⁊ thure: ſed tamen pro eis laudes hominũ ſuſcipere non verentur negligentes illud quod ſcriptum eſt. Amẽ dico vobis receperunt mercedem ſuam. Alijs datũ eſt poſſe reficere corda fideliuꝫ omni doctrina ſpirituali: deſignata i vino ⁊ oleo: ⁊ ſimila: ⁊ tritico: ſed tñ eleuati in ſupbiaꝫ ad plationẽ aſpirãt: Alijs cõmiſſe ſunt anime fideles deſignate (pro diuerſitate intellectus:) in iumentis ⁊ ouibus: ⁊ equis: ⁊ rhedis: ⁊ mancipijs: ⁊ animabus hominũ vt eas cuſtodiant ad ſalutem: ſed tamẽ cũ eas deberẽt inſtituere i timore domini: vt placeãt ſoli deo: docent eos placere hominibus aliter q̃ oportet: vt poſſint ab eis cõſequi tẽporalia lucra: neſciẽtes illud quod ſcriptũ eſt. Dominus diſſipat oſſa eoꝝ qui hominibus placẽt ꝓfuſi ſunt: q̃m deus ſpreuit eos. Ecce hi oẽs ſunt negotiatores terre: q̃ cõmutant dona dei ꝑ rebus tẽporalibus ⁊ caducis aſſẽtiẽtibus eis: imo ꝓuocãtibus: filijs babilonis qui dicũt ſe eſſe fideles ⁊ nõ ſunt: ſed ſunt ſynagoga ſathane. Scimus. n. q̃ nulla gẽs eſt: aut populus i oi multitudine eoꝝ q̃ xpiana, ꝑfeſſione cẽ

sentur: que licet sit in magnis sceleribus: non querunt tamen habere ecclesias & sacerdotes & clerū: & etiam aliquando interesse sacris: licet qui indigna participatione/ dicium sibi manducet & bibat. Uerū quia filij ierusalem plerunq; pauperes sunt & despecti. Filij babylonis diuites gloriosi: quibus puras libentius adhærent hi qui non causa dei: sed causa honoris & lucri: sacerdotalem non tam accipiunt: q; usurpant & rapiunt dignitatem? Nō ne magis filijs babylonis: qui dat⁹ est: q; filijs paupercule tempestate conuulse. Et quoniam vtriq; ceci sunt vtriq; pariter in foueam cadunt. Uerumtamen quia causa tantorum scelerum in vbe fornicaria principaliter manet: ad iustam superni iudicis pertinet examē vt magna illa meretrix que prouocat alios ad delictum iudicetur prius: qui autem seduci sunt ab ea reservantur ad luctum videntes ablatum sibi gaudium: & letitiam seculi quam amauerunt. Non enim possūt mentes carnales de leui obliuisci eorū que amauerunt: maxime cum non habeant cōsolationem de celo: aut aliquid esse putent celi gaudia respectu terrenorum: scriptura attestāte que ait. Animalis homo non percipit que sunt spiritus dei. Sed quia mercēs negotiatorum diligentius annotauit: oportebat etiam beatum Ioannem mutata verbi persona: delitias exprimere babylonis (hoc est) illas delitias pro quibus ijdē negotiatores ad nundinas ipsius babylonis vniuersas merces suas detulisse videtur: facta. s. cōmutatione inter vtrasq; merces. Nam sequitur.

T.12 ¶ Et poma tua desiderii anime tuæ discesserunt a te: & oīa pinguia & præclara perierunt a te. & amplius illa tā nō inueniēt mercatores q̄ diuites facti sunt ab ea.

¶ Q̄z merces prauoq; negotiatoq; spūales sint: merces tū babylonis carnales: q̄: vz: merces carnales p̄ eoq; carnalibus sacerdotibus dulces nimis esse videt: tradūt q̄q; pretiosa pro concupiscentia gule: & commutant turpis lucri gratia spiritualia pro carnalibus: immitantes iudam proditorem: qui vendidit dominum pro triginta denarijs. In his autē tribus speciebus: manet principaliter concupiscentia gule. In polmis: in pinguibus: & in potionibus vini. Uerum hec & omnia & similia transibunt ab babylone: & iam nō erit qui vendat: & & si non desint qui emere querant. Unde & de eisdem mercatoribus: iam tunc frustratis a spe sua: consequenter adiungitur.

T.13 ¶ Longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes & lugentes & dicentes. Ve ve ciuitas illa magna quæ amicta erat byssо & purpura: & cocco: & deaurata auro & lapide prætioso: & margaritis quoniam vna hora destitutæ sunt tante diuitiæ.

¶ Hec verba lugentium mercatorum nō sunt spiritualiter accipienda: sed magis ſz consuetudinem lugentium: qui solent accipere verbum pro verbo: quatenus p̄ hoc quod dicitur amicta erat byssо & purpura & cocco: & deaurata auro & lapide prætioso: & margaritis: fuisse valde ditis: & gloriosis: & nobilis: intelligatur. Sequitur.

T.14 ¶ Et omnis gubernator: & omnes qui in longum nauigant: & nautæ: & qui in mari operantur. longe steterunt & clamauerunt videntes locum incendii eius dicentes: Que similis ciuitati huic magne?

¶ Dic: & Memor: in diuina pagina nō est vniuersaliter accipiēdū: ſz plerunq; alterū p̄ multis: alterū pro paucis accipiēdū est: Quod enim ait dominus. Omnes quot quot venerunt ante me fures fuerunt & latrones: non est accipiendum generaliter de omnibus: sed de multis. Et quod ait sanctus Joannes baptista de christo. Et testimonium eius nemo accipit non ita est intelligendum: hoc nemo: vt nec sancti apostoli accepisse illud intelligātur: sed q̄ pauci fuerunt qui acceperunt verbum eius respectu eoz̄ qui illud nō acceperunt. Scimus autem q̄ non solum nonulli episcopi & sacerdotes implicantur negotijs babylonis: vt diuites fiant: verumetiam nō nulli abbates: & monachi: & alij atq; alij religiosi: immo non qui sint: sed qui esse videntur. Nomine & enim gubernatores: prelati cenobiorum accipiendi sunt: nimiruz quia ipsa monasteria naues sūt spirituales. Quarum nauigatio: quia lōga est: nonnulli monachorum querunt elongari fugientes & manere in solitudine: & tamen ad extremum ad epulas redeunt babilonis: & ab ipsius execrandis delitijs astinere nō possunt. Quamuis non sit segniter accipiendum q̄ dicēs omnis gubernator & omnes qui in longum nauigant: adiecit: Et nauta qui in mari operāt. Scimus enim esse aliquos nautas: qui nō nauigāt in lōgum & aliquos operari in mari: q nusq̄ nauigāt sicut piscatores: quia nonnulli monachorū in ciuitatibus manent: nonnulli vero & parochias habere permissi sunt. Sed isti omnes lugebunt & flebūt sup̄ excidium babylonis: quam temporaliter amauerunt: videntes (inquit) locum incendij eius. Uidebunt enim ciuitates nobilissimas desolatas vbis monitissimas absq; habitatore. Et quoniam carnales homines nesciunt cogitare nisi gloriam carnis: nec credūt ea que scripta sunt in hoc libro de sancta ciuitate ierusalem: dicturi sunt ad inuicem in die illo: id quod in hoc loco scriptum est. Que similis ciuitati huic magne? Dicturi (ſz) sunt verbum istud: & si quod simile videntes desolationem tam innumere multitudinis & tanti regni: quod modo & si legūt in canonicis libris: aut ipsi tamen minus intelligunt: aut plene intelligentibus fidē exhibere non possunt. Et quia fortiter annexi sunt & corde & animo ruiture nescientes: aut non volentes viuere absq; epulis eius: non possunt in ruina eius lenire dolorem suum videntes quādoque & agnoscētes depisse pariter omne quod amauerūt. Nam sequitur.

T.15 ¶ Et miserūt puluerē sup capita sua & clamauerūt flētes & lugētes & dicētes. Ve ve ciuitas illa magna in q̄ diuites facti sūt oēs q̄ habēt naues in mari: de ptiis ei⁹ quoniam una hora desolata est.

¶ Sicut oleum significat gaudiū: ita pulueris designat tristitiam. Mittunt ergo pulueres super capita sua: qui mentes suas vehementer affligunt. Clamant flentes & lugentes: dum se dolere supra modum manifeste demonstrant. Volent autē propter illā: ſz magis q̄ miaz libidinis sue irrecuperabiliter amiserūt: iusta illud apostoli. Erūt homines seipsos amātes. Sz si illi deflēt ruinā eius q̄ eius familiares fuerūt: nūqd pro ea flebūt sancti q̄ ab illa occisi sunt: & exterminati de terra: fugiētes de domo i domū & ō ciuitate in ciuitatē? Absit. Sequitur. n.

T.16 ¶ Exulta super ea: cœlū & sancti apostoli & pphetæ: qm̄ iudicauit deus iudiciū vestrū de illa.

¶ Celū vocata est ecclesia sanctoz̄: Doctores sancti apostoli oēs sancti prelati: pphete vero doctores sūt q̄ scriptura p̄dicūt. Merito ergo oēs pariter letari iubent: super excidio babylonis: memores eorum que passi sunt ab eis oibus diebus peregrinationis sue. Sequitur.

¶ Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnū: & misit in mare dicēs. Hoc impetu mergetur babylon magna illa ciuitas: & vltra iā nō inuenietur.

¶Hoc ſi ad exẽplũ dictũ eſt:qđ dicit:hoc vult intelligi. Si autẽ myſterũ eſt: aliquẽ de regibus mundi:moralis iſte deſignat: quẽ angelus vnus fortis i abyſſũ deijciet eo ſoſitã ordine:aut cõſimili:quo rex quõdã Theodoricus in olla vulcani iactatus ẽ a papa ioãne:(vt in regis impijſſimi manifeſto iuditio:)quid multitudo peſſima mereaſ:agnoſcat. Clere.n.peritura in ſeculũ ⁊ in penis in eternum manſura:demergetur in thartarũ que actenus regnauit imũdo:⁊ nec ipſa inueniet vltra:nec ea inuenient que diligebat. Tranſibit enim ad horaz voluptas:⁊ pena voluptatis in eternũ manebit. Gaudia ceſſabunt:⁊ fletus ⁊ vllulatus non deſinent. Iam ſequitur.

T.18 ¶Et vox cytharedorũ & muſicorum & tibia canentium:& tuba nõ audietur in ea amplius; et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius:& lux lucerne nõ lucebit tibi amplius: & vox ſponſi & ſponſe non audietur adhuc in te.

¶Ecce qualis eſt portio:qui vite huius gaudia preferunt vite future. Bonũ erat eis per luctũ puenire ad gaudia quam de gaudijs tẽporalibus trãſire ad eterna tormẽta. Atqz vtinã ſufficeret eis:ſic gaudijs trãſitorijs pfrui:vt ſaltem alios homines dimitterent inquiete vt conſeruos ⁊ coequales ſibi habere conſortios paterentur:⁊ nõ eos vi ⁊ potentia ac moruz proprie ſubijcerent ſeruituti. At nõ ſolũ iſtud facere ſuperbiendo nõ metuunt:verum etiaz qđ peius eſt:eos quos ſibi ſubijciunt in errorẽ inducunt. Unde ⁊ mox ſubditur.

T.20 ¶Quia mercatores tui erãt principes terre:quia in ueneficiis tuis errauerunt omnes gentes.

¶Notandum qz ſuperius locutus eſt de regibus ⁊ negotiatoribus terre:quoz alteri principes terre ſunt:alteri ⁊ ſi non principes diuites tamen. Nunc autem mercatores babylonis:principes terre ſoze deſcribit. Uidetur ⁊ enim mihi de alijs mercatoribus hic qz ibi:ſermo eſſe prolatus. De illis ſi mercatoribus qui conueniunt cũ illis:de quibus ſupra locuti ſumus: ⁊ putãt ſe emere ſpiritualia p carnalibus ſuis: qđ autẽ dicit. Quia in veneficijs tuis errauerunt oẽs gẽtes(tale eſt)ac ſi diceretur: qz te in loco eminentiori cõſtitutũ:quo poſſes ab vniuerſis videri:eo grauiores facte ſũt ad inuẽtiones tue:quo exẽplo tuo omnes gentes que tibi erãt ſubdite:errauerũt: qz quo tendit caput:illuc ſequuntur ⁊ membra. Sequitur.

T.21 ¶Et in ea ſanguis prophetarũ & ſanctorum inuentus eſt:et omnium qui interfecti ſunt in terra.

¶Rurſum hoc pro more prophetico de ſecunda perſona ſermo cõmutatur ad tertiam. Id circo autem ſanguis prophetarum ⁊ ſanctorum omnium qui interfecti ſunt in terra:ſubauditur iniuſte:inuentus eſſe dicitur in babylone quia in radicibus (vt ita dixerim)ſuis: a Chaym primo reprobo inchoauit:⁊ quicunqz iniuſte occiſi ſunt:aut ab ea:aut per eam factum eſt: vt morerentur:qz ⁊ ſi forte aliqui electorum occidiſſ aliquos iniuſte leguntur:vt tamen hoc malum facerent:ex babilonis participatione habuerunt. Hucuſqz de ruina babylonis.

¶Explicit diſtinctio prima.

¶Incipit diſtinctio Secunda

Cap.19 Lect.1

POſt hæc audiui ąſi uocẽ magnam tubarum multarum in cœlo dicentium. Alleluia. Laus et gloria et uirtus deo noſtro:quia uera et iuſta iudicia

eius:quia iudicauit demeretricem magna que corrupit terram in pſtituti ne ſua:& vindicauit ſanguinem ſeruorũ ſuorum de manu eius:& iterum dixerunt: Alleluia:& fumus aſcendit in ſecula ſeculorum.

¶Cum babylon illa vetus percuteretur aſperſis:⁊ iudei liberati per cyrum regem: aſcenderent de babylone:qzta eidez populo oziretur letitia:liber qui vocatur Eſdre manifeſte declarat. Nec immerito. Si eniz cantare canticum domini i terra aliena nõ licet:ob memoriaz ſancte patrie:a qua exules erant:quomodo reuocati ad patriaz tacere a cãtionibus poſſunt? Sic.n. de hoc legitur in pſalmo. Super flumina babylonis illic ſedimus ⁊ fleuimus dum recordaremur tui ſyon. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos verba cantionum: ⁊ qui adduxerunt hymnuz cãtantes nobis de canticis ſyon. Nec aduerſarij. Sed quid illi reſpondent qui ſe captiuos eſſe cognoſcũt? Quomodo(inquiunt) cantabimus canticum domini in terra aliena. Et adiecerunt. Si oblitus fuero tui ieruſalem: obliuioni detur dextera mea. Non ergo licebat iudeis cantare canticum domini in terra aliena. Nec nos noua babylon cantare patitur alleluia:nec omnino in hoc exilio poſiti cantare corde pleno permittimur quouſqz peruenimus ad regnuz. Quia tamẽ in creatore noſtro gaudere nobis expedit: ⁊ letari:⁊ cum per ſingulos dies de perceptis beneficijs collaudare: quid magnum illud hebreorum tripudium in ieruſalem remeantium deſignet ⁊ qualiter annuente deo tẽporaliter quoqz ad impleniuz ſit: inquiramus tum quia preſens locus hoc exigit:tum quia per preſentia gaudia certiores efficimur de futuris. Quia ergo ⁊ no

Pſal. 136

Eſdre.

ſtri trãſmigratio manet ⁊ opaca adduc babylonis memoria chriſti vineaz necãt quãtum putas erit gaudium electis dei cum viderint vepres ⁊ ſpinas cuaſas eſſe de terra? Regnat babylõ ancillata eccleſia quia illa totam occupat:⁊ hanc ne fructum proferat necat: Preſocatur iſta:illa multiplicatur ⁊ germinat. Quid igitur mirum ſi gaudet:cum videt ſucciſas eſſe vepres ⁊ ſpinas:cui in hac die babylonis reſpirare non licet? Sicut inqz:filij iuda erepti a viculis babylonis:⁊ reuerſi ad patriam:canticum letitie cantauerunt:ita ⁊ nos in die illa cum percuſſerit deus emulam noſtraz: cantabimus:alleluia:non quia illa corruet ⁊ peribit:ſed qua nobis ruente ipſa: relinquetur libertas:⁊ qz templum quod combuſtum eſt:a caldeis:iteruz fundabitur de lapidibus viuis. Sic enim ſcriptum eſt in libro Eſdre qui ſub ſexto ſignaculo continetur. Fundato a cementarijs templo domini:ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cũ tubis:⁊ leuite filij aſaph cum cymbalis vt laudarent deum:per manus dauid Regis iſrael. Et concinnebant in hymnis ⁊ confeſſionibus domino:quoniam bonus: qm̃ in eternuz miſericordia eius. Omnis quoqz populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum:eo qz fundatum eſſet templũ domini. Facta eſt ergo hoc modo letitia magna in populo:⁊ hoc quater. Primo cum poſuerunt altare:⁊ fecerunt ſolemnitatem tabernaculorum. Secundo quando fundatum eſt templuz. Tertio qm̃ cõſumatum eſt opus ipſius templi. Quarto cũ conſumata eſſet ſtructura ciuitatis. Secundũ hoc:noua quedã ⁊ ipſa proſpera futura ſunt in eccleſia dei. Pro quibus nõ incõgrue forſan quater cantabitur:alleluia. Quater ſane:alleluia pronuntiatũ ẽ. Poſt hec(inquit)audiui quaſi vocem magnam tubarum multarum in celo dicentium alleluia. Poſt ruinam babylonis quaſi vox magna tubarum multarum audietur in celo:qz tanta exultatio electorum erit in eccleſia quanta non fuit a diebus Conſtã-

trini:ob magnā consolationez z letitiā:quā facturus est dominus super terram. Et q iam in ore multorum resonabunt cōcorditer aperta misteria:z etiā multa hactenus ora iudeorum aperientur ad laudem Christi patenti spirituali intellectu:quia veluti quidam flatus vehemens procedit de tubis diuersarum hystoriarum:recte dicitur tubarum multarum: quia concorditer in deorum vox audietur z gentium. Unde z in euangelio scriptum est, Turbe autem que pcedebant:z que sequebantur:z etiaz pueri hebreorum egressi a ierusalem obuiam christo clamabant dicentes. Osanna filio dauid:benedictus qui venit in nomine domini:osanna in altissimis. Jam enim incipit elucescere quid sibi velint laudes iste cantantium:alleluia. Quas z si exprimere sicut erunt:nequimus:q tamen in tali tempore future sint: securē possumus firmiterq promittere:non solum ex loci huius apertione:verumetiam ex his q actenus memorati sumus que omnia conuenient in sexto loco ostendentia:q in sextō pore magna ista laus erit in ecclesia dei:pp bona que superuenient reliquijs electoruz suorum. Sexto nāq signaculo inchoato pcussa est babylon mhetropolis chaldeoruz a medijs:z soluta(vt iaz supra commemorauimus)captiuitate iudeorum: edificatum est templuz z muri ciuitatis in angustia temporū:propter quod z filij iuda laudauerūt dominū super omni misericordia domini qua consolatus est eos. Solemnitas quoq palmarum in qua glorificatus est christus inchoata sexta hebdomada quadragesime sexto die. s. ante passionez domini celebratur annuatiz i ecclesia christi:haud dubium:q in typo eoz que futura sunt post pcussionē babylonis:quādo z iudeoz populus zuerteꝫ ad dñz. Turbe sane que pcedebāt:grecos: que sequebantur latinos:q āt occurerūt ad descensuz montis oliuaz: iudeos:vsq ad presens inimicos fidei:z nostros:tunc autem amicos z cōciues designat:qui z ipsi nobiscuz pariter cātabūt dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Unde z eidem populo hucusq infideli veritas ipsa dicit. Dico vobis:non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Erit ergo in die illo consumata seueritas z vexatio satis dira dabit intellectum auditui. Aperientur oculi eorum:z videbunt iesum dicturi:z ipsi vt iam dixi nobiscum. Benedictus q venit in nomine domini. Cātabitur ergo primum alleluia pro peremptione adultere:quod est predicare iustum dominuz: iustus est enim in omnibus vijs suis. Secundum pro libertate ecclesie:quod est:miseri eordem agnoscere. Uersus autem qui segtur alleluia expositio est ipsius gaudij: qđ significatur in alleluia:reperitio vero alleluia:geminum esse illud gaudium z solemnitatem demonstrat. Et re vera cum ipsius emedio fit gemunum gaudium exhibetur:seu quia oppressio definit:sed quia consolatio adhibetur. In vno ergo iudicio babylonis semel z iterum dicitur alleluia:q z malū quod erat esse definit:z bonum qđ aberat inuenitur. Sicut enim habet locus ipse nisi obliuioni tradidimus. Audiui quasi vocem magnam tubarum multaruz in celo dicentium. Alleluia. Deinde versus sequitur in expositione ipsius alleluia: dicens sic. Laus z gloria z virtus deo nostro:quia vera z iusta iudicia eius sunt:qui iudicauit de meretrice magna que corrupit terram in prostitutione sua: z vindicauit sanguinem seruorum suoruz de manu eius. Et iterū dixerunt alleluia. Quod aūt sequitur. Et fumus ascendit in secula seculorum:verum de babylone dictum sit: an de laudantibus dubitatur: quia posset sano intellectu ab vtroq referri. Fumus sane de electis:ascēdit cum laus z benedictio illorum dirigitur ad deum viuuz. Unde est illud. Ascendit fumus incensorū de orationibus sanctorum de manu angeli coraz deo. Ascēdit z de reprobis fumus murmur. s. z blasphemia cogitationis iniquez

iuxta quod in hoc libro scriptum est. Et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet. Utrunq autem in secula seculorum:quia z laus iustorum erit in secula:z murmur iniquorum eternū. Seqf.

Tex.2 ¶ Et ceciderunt uigitiquatuor seniores:& quatuor animalia & adorauerunt deum sedentem super tronum dicentes alleluia.

¶ Dubium non est gaudere sanctos de liberatione ecclesie:z ei rependere gratias qui facit hoc letari z cōgaudere nobis: cū nobis prospera fm deum ad salutem proueniunt. Unde non immerito in celo cantabitur alleluia pro liberatione iustorum: nec minus de conuersione iudeorum: vt impleatur z de eis:quod aliquando de nobis cōplerum est. Gaudium est coram angelis dei super vno peccatore penitētiam agente. Si autem coram angelis:q̄sto magis coram sanctis hominibus:qui eiusdez sunt conditionis z generis z nature? Cadunt autem sancti coram deo:cū ei dignū honorem z reuerentiam exhibent rependentes pro tot muneribus gratias tanq̄ patri z domino:quod facere miser ille noluit:qui coequari altissimo concupi noluit z ideo sic:z sic cecidit:vt non posset vltra surgere post ruinam. Eleuatus nāq in altum cecidit in profundum:sicut per se ipsam veritas dicit. Uidebam sathanaz quasi fulgur cadentem de celo. Et ille quidez sic. Si autem cadunt ne cadant. Humiliatur cum christo vt non allidant cum principe huius mundi. Sequitur.

Tex.3 ¶ Et uox de trono exiuit dicēs Laudem dicite deo nostro omnes serui eius & qui timetis eum pusilli ac magni.

Sepe dictum est in hoc libro q quatuor animalia spirituales ordines ōsignāt:thronus vero dei generalem ecclesiam Diximus etiam q quatuor spirituales ordines non nisi perfectos recipit z probatos thronus autem sic perfectos amplectitur: vt tamen in christo paruulos nō excludat dicēte dño de eisdē paruulis. Qui scādalizauerit vnū de pusillis illis qui in me credūt expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius z demergatur in profundū maris. Ita sane vita cōmunis repersta est apatribus sanctis:vt in ea sortes sint:qui cupiant:z infirmi nō refugiāt. Hoz.n. i se vita ista fructū centesimū:hoz sexagesimū:z trigesimū. Hoz.n. cōtēplatores in claustris:operatores in ministerijs:eruditores in scolis. Oiuz tamē vna erit letitia ḡbus par est voluntas:z si virtus inequalis differētiā faciat. Ubi ergo seniores cātabūt alleluia:vel pro illa letitia quā pcr:phimus:vel qđ amplius creditur:q̄ cōpleta iam erit aut prope erit plenitudo illa gentium de qua scribit apostolus. Egredietꝫ vox de throno(hoc est)de ordine generalis letitie:potiusq̄z clamoris:vox.n. exultationis z saluris in tabernaculis iustoz:vt iā nō solū illi gaudeant:q in quatuor ordinibus cōtinent:apostoli:vz:martyres:confessores z virgines: quos sanctos esse z cum christo iam regnare cōfidimus verūetiam omnes serui dei q reliquerūt oia:z secuti sunt xp̄z:tā. s. pusilli:q̄z magni:quia tempus adesse ceperit cōsolationis eoz: Unde z veritas ipsa dicit. Dies autem neri incipientibus respicite z leuate capita vestra:ecce appropiquat redemptio vestra. Non enim omnes qui relictis omnibus secuti sunt dominum a deo perfecti fuere:vt mox egressi de corporibus absq̄ dilatione peruenirent ad patriam:quia quod de solis magnis concedi tur:hoc profecto de pusillis negatur. Horo in die illa pusilli z magni laudabunt cōmuniter deum suum. Pusilli quia intrabūt in regnum dei: magni: quia exultabunt de sortietate ipsorum. Quātus z de presenti ecclesia hoc intelligi queat:q̄z q̄tuoz animalia z sedes z seniores p successionis propaginem:vsq ad diem illuum manent in mundo: z quod facient sancti prebendo

iter:hoc sancta mater ecclesia designata in throno:tam pusillis q3 magnis imitanda mandabit. Quare autem pusillis: z magnis? Q3 z qui pusilli sunt in Christo:desinent de reliquo esse pusilli: z qui magni sunt: mercedem accipient h3m suum laborem. Lz non immerito in hoc loco p3scribantur pusilli:vt intelligatur illud quod
Matt. scriptuz est. Qui se humiliauerit sicut parvulus iste:hic maior est in regno celorum. Non excludunt qui magni sunt:si z ipsi deum timent:sed p3ferunt qui refugiunt esse magni (dicēte domino.) Omnis qui se humiliat exaltabit. Sed quando istud? Haud dubium:q3 post ruinam Babylonis. Due sunt sane perfectoz ecclesie:que quasi cōmuniter inceperunt:vna que designatur (vt sepe diximus) in Petro: altera in Joāne:predicantium. s. vna:contemplantium altera. Et illa q̄dem que laborat precedit cum Petro:que autem p3templatur:segtur cum Joāne. Parit autem precedens masculum quasi militem bellicosum:sequens vero seminam virgineo candore decoram: Q3 vero quarta dies significant (vt iam diximus) hāc laboriosam etatem:pro eo. s. quarta dies additis duobus faciunt sex ebdomadas:z in eis significantur sex tpa huius sexte etatis:quasi mater cum filio:die quartodecimo recipietur in templum:q3 p3sumata erit omnis plenitudo iustoz: qui per vitam laboriosam huc usq3 domino placuerint:quinimmo vsq3 ad diem illum:in quo tempus istud laboriosum p3sumationem accipiet. Inde est q3 in hac sexta parte ad vocez que egressa est de throno exhortans dei filios: z dicens eis. Laudem dicite deo nostro omnes serui eius:z qui timetis euz pusilli z magni: protinus audita est vox multoz dicētiuz: alleluya:nimiz q3 per iudicium Babylonis:q̄d p3cesserit intelligef tempus gaudij sanctoz z agni quoq3 nuptias aduenisse. Unde z mox subditur.

Tex.4 ¶ Et audiui uocem quasi tubæ magnæ:& sicut uocem aquarū multarum:& sicut uocem tonitruorum magnorum dicentium Alleluya.

¶ Primo assimilatur vox ipsa quasi voci tube magne:deinde voci aquaz multarum:ad extremum vero:voci tonitruoz magnozum dicētium pariter:alleluya. Superius dixerat sanctus Joānes audisse se quasi vocem tubarum multaz in celo dicentium:alleluya:nunc autem dicit audisse se vocem quasi tube magne:z sicut vocem aquaz multarum: z sicut vocem tonitruoz magnozum dicentium: alleluya. Quare hoc? Q3 prima vox vna laudum quasi subito audietur in ore multoz:q3 pro iusto z manifesto iudicio q̄ facturus est dominus. Deinde incipiente aliquo viro dei:ordinata incipiet esse laus in ore multoz: ita vt que simplex esse putabatur in principio z in aliquo breui spatio coharrata paulatim:videatur esse multiplex:ac si aquarum multaz conuersis ad eam populis z linguis:z ad extremum seipsa maior effecta quasi tonitruorum magnorum perueniat sonus eius vsq3 ad fines terre. Sed quare istud?

genere regnare spiritus diuinus: quem dicimus esse istum angelum: qui delecdit de celo: ad capiendū spiritum iniquū: nisi eundē spiritū sanctum qui solus potest presentia calozis sui cōprimere spiritū aquilonis: hn illud quod dicitur in canticis. Surge aquilo z vent auster: z perfla hortum meū: z fluent aromata ipsius? Qd autem clauē abissi habere idem angelus dictus est non est eo modo intelligendū: quo intelligitur illud sub sexto angelo tuba canente. Et vi stellam de celo cecidisse in terram z data est illi clauis putei abissi: z aperuit puteum abissi: z ascendit fumus putei quasi fumus fornacis magne: sed iuxta illud quod dominus noster ait. Et habeo claues mortis z inferni. Illi. n. data sunt clauis vt aperiret puteum abyssi z ascenderent ex eo: locute ad puniendos homines qui non habent signum dei viui. Iste habet clauez vt claudat in eo regem earū locustaz: vnō seducat amplius gētes vsq; ad tēpus statutū: Qd si abissus (vt iā supza notauimus) populū infidelē designat: qd per clauez ipsius abissi nisi quandam potestatem exercēdi opera sua in populo infideli: quam aliq3diu habens diabolus male vtitur ea: vsq; ad tempus incarcerationis sue: nouissime autem possidebit illam spiritus sanctus iure victorie qui numia bonitate sua vincit malitiam sathane auferēs illi regnū z potestatē vt sit de cetero incarceratus z inclusus in reliquijs illius populi qui vocat abissus? Sic sic virtus ipsius spiritus comprimet in corde infidelū spiritum tenebrarū: ne audeat cōmouere ipsos infideles ad persequēdos fideles: q; cessante causa delicti: amouebitur pena: z non inuento qui flagelletur: auferetur flagellum. Et. n. cum adhuc diabolo licent multa que libet non solum ipse: non se potest continere: vt maneat quietus in corde suozum: verumetiam producēs secū multitudinez armatoz: nō cessat perturbare z persequi regnū xpi. Facit autē istud q; potestatē habet aperiēdi puteū abissi z producendi ex ea bestias z reptilia terre ꝓpter pecata hominum impioz eoz: q; confitentur se noscere deum factis autē negāt. Sane in die illo auferet ab eo ꝓās illa magna quaz possedit ab origine mundi: z dabit in manu christi qui dicit. Data est mihi oīs ꝓās in celo z in terra: z in manu populi sancto rū altissimi: in quo regnaturus est spiritus sanctus: ita vt nō liceat diabolo egredi foras ad psequēdos electos sicut ꝓius: q; sileat z cōtabescat in carcere populi infidelis: qui adhuc in vltimis terrarum angulis (sicut patet inferius) relinquit vt seducat illos in tpe statuto: qū z oportet eum soluī modico tēpore: vt eleuet semel adhuc i altū: z corruat in eternū. Ablata ergo clauē abissi a diabolo: angelus eaz habere dictus est: q; nō solū in electis hominibus exercebit in die illo: potestatē suam spiritus sanctus: verumetiam in populo infideli: ita vt q aliquī erat diabolo in robur regni: de cetero sit ei in carcerē z in penā doloris. Et benedictus est isdem angelus habere cathenam magnam in manu sua: quia magna é virtus concordie quam habet spiritus sanctus in potestate sua ad seruanda cozda fidelium in vinculo pacis: z sola ipsa est cathena qua tenetur diabolus compeditus: dum non potest inuenire qua parte ingrediatur: vt noceat: neq; qua immittens caput effundat ꝓ solito virus suum. Et apprehendit: (inquit) draconem serpentez antiquum qui est diabolus z sathanas: z ligauit eum per annos mille: z misit eum in abyssum ligauit spiritus sanctus diabolū ex parte: z ligabit eum plenius in die illa: donec compleatur tempus quod significatum est in die illa: donec completur tēpus quod significatū est in mille annis: a tempore resurrectionis dominice vsque ad tempus solutionis ipsius: concludens eum in cordibus gentium strictaz contra libitum suum: non quia noluit ouz sibi aliud nō licet inhabitare: vel in eis: sed quia non licebit ei producere gentes ipas: infideles in prelium contra multos christi:

nec trāsire: vt seniat vltra terminos cōstitutos. Unde z recte subūgitur. Et clausit z signauit sup illum: vt nō seducat amplius gētes donec ꝯsumenē mille āni: nimirū q; ostiū vacillātiū in fide xpi: supuenīte gratia spiritus sancti: querref velut i pariete z in muro munitū: vt sit cōtinue oppositū ipsius prestiture suggestioni non valēte eo resistere signo sancti luminis quo signati erūt electi. Nō est aūt eo modo dictū. Signauit sup eū: quo illud quod dicitur in psalmo quarto. Signatū est sup nos lumē vultus tui dne: sz ita accipiēdū est ac si diceret. Clausit z munuit sigillo suo: qđ nō licet soluere nisi ipse q ligat: nimirū q; vbi deus sic statuit aliqd vt nequeat immutari: nemo est qui possit eius resistere voluntati. Tunc. n. vera pace frui poterit ecclesia christi: cū ita erūt alligate gētes ille: z diabolus in eis virtute spiritus sancti: vt iam nō liceat eis qđ libet: sz maneāt cōtabescētes in iniquitatibus suis. At ne qs extimaret: hoc dictū de pace illa eterna que erit i octaua etate: primus adiunctū est. Et post hec oporter solui modico tēpore. Igit post ruinam septimi capitis erit p̄ x: z post pacē: psecutio designata in cauda. Interiz tñ cōplendum est illud qđ apostolus dicit de christo. Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis iudeos. Uz: z gentiles. Nam sequitur.

Tex 2 ¶ Et vidi sedes & sederunt super eas: & iudiciū datū est illis & aīas decollatoz pp testimonium iesu & pp verbū dei: & q nō adorauerūt bestiā neq; imaginē eius nec acceperūt characterē eius in frōtibus aut in manibus suis: & uixeruut & regnauerunt cū xpo mille annis. cæteri mortuoz nō uixerūt donec cōsumāt mille āni.

¶ Hec verba si sane intelligūt reperiunt scripta in Daniele: vbi dicit. Uidi q; aliaz bestiaz ablata est ptās: z tēpora vite cōstituta essent eis vsq; ad tps z tps. Et post aliquā. Et iudicium sedebit vt auferat potestatē: subuertat illius regis: z disperat vsq; i regnū aūt z potestas z magnitudo regni q̄ē subter oē celū: detur populo sctō: uz altissimi: cuius regnū sempiternū é: z oēs reges seruient ei. Oportet. n. aias decollatoz (hoc est) sanctoz martiz z aliox iustoz q nō adorauerūt bestiā z imaginē eius: nec acceperunt characterē in frōtibus aut i manibus suis (hoc est) aut in praua eoz cōfessione: aut i nefanda opis exsecratione viuere z regnare deo: sum ab alijs: quoz nō sunt equalia merita: vt ꝓius regnēt cū xpo q̄s veniat finis mūdi. Et bene aias decollatoz z aliorum iustoz vsq; esse cōmentorat: q; sicut vita corpoū cōsistit in animabus ita vita animaz inuisione dei: qđ qdē qbusdā iustoz cōcedit ab ipsa hora obitus sui sicut concessum creditur ei qui dicit. Cupio dissolui z esse cum christo: quibusdam qui minꝰ aliq̄d habent a vera perfectione: cōcedit in fine. Et hoc regnū beate vitionis z pacis qđ sm plenitudinem sui dabitur multitudini iustorum post ruinam septimi regis: ab ipso resurrectionis dominice tempore: inchoationem accepit: recte mille annis manere dicitur: vt idē tēpus intelligatur incarcerationis draconis z regni sanctoz: q; z alteq; alterius causa dignoscit. Non autem vniunt cuz christo ceteri mortuorum donec cōsumentur mille anni: q; ad iustum cuiusq; temporis pertinet iudiciuz: vt hi qui segnes fuerunt ad prelium z nolunt pati ꝓ christo: etiam si alias digni habeātur misericordia felicitatis tamen illius regni: saltem vsq; ad cōgruuz annoz finē detrimenta patiantur: soluentes interiz debitum delictoz suoz. Et quia multi sunt qui negligunt: ñ bonū extimantes sibi sufficere si saltez in extremo articulo misericordie munera non āmittāt: volēs ostendere scūs ioānes q̄z grauiter sint arguēdi q̄ eiusmodi sūt: sequit subsequēter z dicit.

Tex.3 ¶Hæc resurrectio prima ē: beatus & sanctus qui habet partē in resurrectiōe prima. Et quasi quereretur causa: ī his (inquit) secda mors non habet potestatem.

¶Quid autē felicius viro iusto cui sic datur transire ex hac peregrinatione ad patriam vt non relinquatur ei debitū post mortem: quo compellatur vel ad tempus secū de mortis: que est anime supplicium: subijci potestati? In his (inquit) secunda mors non habet potestatem.

¶Sed erunt sacerdotes dei: & christi: & regnabūt cum illo mille annis.

¶Sed hoc est a tēpore resurrectionis dominice ſm partem: a ruina vero regis septimi ſm totum vsq; ſ. ad tēpus Gog: z zMagog. Ilaz sequitur.

Gog

Tex.4 ¶Et cū consumati fuerint mille anni: soluetur sathanas de carcere suo & exiet & seducet gentes quæ sunt super quatuor āgulis terre Gog & Magog: et congregabit eos in prelium quorū est numerus sicut arena maris.

¶Soluetur Sathanas de carcere suo: vt liceat ei adhuc semel seducere gentes sicut prius: z complere omne consilium prauitatis sue: vt nec in magno nec in minimo vacet aliquatenus excusationez habere. Exibit autem: quia adhuc semel apparens manifestus in perdito homine quez assumet: pugnabit contra castra sanctorum: z forsan sis non tam insignis mendacibus sicut prius: sed velut in gloria maiestatis: vt quasi in omnibus z per omnia similem se esse altissimo cuius semper est emulus: mentiat.

Eyudi. Notandum vero q̄ in Ezechiele propheta eo modo quo: hoc librorum ordo habetur de primo de resurrectione mortuorum: z postea de aduentu Gog: cui z dicit. Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorum venies ad terraz que reuersa est a gladio. Et post aliqua. In nouissimis diebus eris. Videtur autem vterq; sentire cū apostolo qui ait. Mortui qui in christo sunt resurgent primi: deinde nos qui viuimus: q̄ relinquimur: excepto q̄ hic dicit Joannes. Ceteri mortuorum non vixerunt; donec consumentur mille anni: nisi forte intelligamus sanctos protinus post resurrectionez suam absq; terribilis illius iudicij examine z absq; interuallo dieruz, intraturos ad veram vitam: ceteros vero non statim: sed post consumationem iudicij. Sed z illud quomodo intelligimus: si constat adhuc seducendas gentes. Nunquid naz z post resurrectionem mortuorum fas est credere relinquendas esse gentes aliquas que seducē de sint a diabolo? Alit igitur eo modo intelligatur: quo superius dictum est: aut dimittamus intantum quousq; veniat dñs qui illuminabit abscondita tenebrarum: z manifestabit consilia cordiuz. Ut quocūq; modo istud se habeat: illud tamē omnino cōstat esse verum q̄ circa finem mundi seducet diabolus gentes istas z adducet illas contra electorum ecclesiaz que erit dilecta christo sicuti Rachel viro: vt iducat super illas z super se tempestate iudicium z eternum: nec habeat vltra tempus z locū persequendi ecclesiam. Nam sequitur.

Tex.5 ¶Et ascenderunt super latitudinem terre: et circuierūt castra sanctorum & ciuitatem dilectā.

¶Erūt eo tpe cenobia monachoz quasi castra z ecclesias generalis dilecta z electa sicut sol: q̄ sicut apte oñdit: in Ezechiele pax erit tunc in orbe terraz: z nihil hoies suspicabunt mali. Et q̄n deus diliget eos: protinus iudicabit Gog z exercitū eius. Nam sequitur.

Ezc.

Tex.6 ¶Et descēdet ignis adeo de cœlo et deuorabit eos.

¶Et illoz q̄dē finis talis erat: qualis aūt draconis q̄ auctor est oīuz maloz istoz?

¶Et diabolus (inquit) qui seducebat eos missus est in stagnū ignis: et sulphuris vbi et bestia et pseudo propheta cruciabuntur die: ac nocte in sæcula sæculorum.

¶Mota diligēter q̄ alio tpe mittenē i stagnū ignis bestia z pseudo propheta: alioquin poze draco q̄ est diabolus z sathanas. Ipsi enim mittenē in eo in fine sexte etatis: iste. i. diabolus in fine septime: post dies. ſ. illius q̄ vocat gog: q̄ egressurus e ad suggestionē diaboli z venturus vt iam dixi: cōtra ciuitatē dilectā in cōsumatione seculi: nisi forte dicat aliqs ipsuz gog esse eū qui dicit apostolus: aduersari z extolli supra oē quod dicit deus: aut qd colit: quē dñs iesus interficiet spiritu oris sui: z destruet illustratione aduentus sui: maxime cum hoc magni doctores videant magis sentire. Teneat ſmitez z hec opinio ſi sic placet: z eligamus ipsi quoq; ambigere cum multis: vbi diuerse sunt z multiplices opiniones maloz: quo usq; superueniat hora illa quam statuit nobis dominus in euāgelio dicēs. Cū videritis abhominationem desolationis que dicitur a Daniele propheta: stante in loco sctō q̄ legit intelligat. Et in ipso daniele. Clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad tps statutū: z impie agēt impij neq; itelligēt omnes impij. Doctor docti intelligēt. Quāuis vt iā diximus in p̄fatione huius operis nō videatur iste gog esse ipsuz antichristū: sz princeps exercitus antichristi: alioquin cū antichristus sit auctor seductionis propter eū q̄ corporaliter habitaturus e in eo nō oportuerat dici. Exibit z seducet gentes q̄ sunt sup q̄tuor angulos terre: Gog z zMagog: ſz potius. Egredietur Gog z seducet gētes ad faciēdū hoc z illd. Cū magis videat q̄ nō sit gog ipse antixp̄s: ſz magis princeps exercitus ei⁹. Post cuius iudiciū: etiā ipse diabolus cū p̄prio tēplo suo mittet: vt hic dicitur in stagnum ignis.

Gog

Doctor.

Dani.

¶Explicit septima pars libri.

¶Incipit octaua pars libri.

Vltimo festiuitatis die legit iesus clamasse magna voce in medio populi ac dixisse. Qui sitit: veniat ad me z bibat z flumina de ventre eius: fluent aque viue Joan. ¶Hoc aūt (ait) euāgelista dicebat de spiritu quē accepturi erat credētes in eū. Quare autē vltimo festiuitatis die: nisi q̄ in vltimo oīuz festiuitatū: erat hec p̄missio cōsumanda: nimirū: q̄ vt initiū oīs iustitie videtur ptinere ad patrē: ita p̄sumatio ptinet ad spiritū sctū? Præcesserūt opa patriarcharū secuta sunt verba pphetaz p̄mittētia xp̄m. Venit tādē ipe q̄ p̄mittebat idutus limo fragilitatis nostre. Qui postq̄ baptizatus e a Joāne pgregauit discipulos q̄bus se ostēderet mortuū z viuētē: descēdētē ad inferos z ascēdētē in celū. Et hec q̄dē oia precesserūt vt sequeret illud vnū q̄d cōpletuz est vltimo festiuitatis die (hoc est) in die pēthecostes. Hūc figdē tā solēnē z tā celebrē die p̄cedit observatio q̄dragesime in afflictione ieiunij: deinde tps q̄ vocat paschale: in iocūditate epulaz distinguēte inter vtrūq; tps resurrectione dñica. Qz verotē pus ipsuz ieiunij sex sacris ebdomadibus dedicatū est: cōcordat valde in misterio cū sex partibus libri huius: nimirum quia in eisdem sex partibus agit de totidē tpibus erūnosis hui⁹ sexte etatis: q̄ idrirco in tpibus diuisa est: q̄z vita que vocat activa: solicita est: z turbat erga plurima. Sane q̄ tēpus paschale totū accipit pro vna die: z illa; vtiq; de qua dicitur per psalmistā. Hec dies quā fecimus dñs: exultem⁹ z letemur i ea: merito subvna septima pte libri septimi etatis mūdi simpliciter cōtinet: nimirū q̄ ad ipsam pertinet vita contemplatiua cui benedixit dominus: de qua z dictum est marthe sollicite erga plurima. Doctor vnū est necessarium: z maria optimā partē elegit que nō auferetur ab ea. Et q̄ius breue existimemus tempus ipsius septime etatis quod reliquum erit post finem sexte: p̄ co

Psal.

q̃ initiatio eius iam precesſit ſimul cum ſexta : non tamen breue erit gaudium conſolationis tuſtorum : dicente domino. Iterum autem videbo vos : ⁊ gaudebit cor vestrum : ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Deniq; ⁊ etas ſecunda tante breuitatis fuit reſpectu prime : vt Noe qui tam vixerat ſexcentos annos ante diluuium vſq; ad finem ipſius etatis ⁊ initium tertie permanſiſſe tradatur. Et forte hoc ipſum ad rem pertinuit : cum conſtet q̃ ſicut in illa prima etate vſq; : ſcilicet : ad ſexcenteſimum annum vite Noe ſignificate ſunt ſeptem etates mundi : ita in reſiduo vite Noe : ſeptima etas in qua ceſſantibus aquis diluuij : erit pax ⁊ ſabbatum diligentibus deum. Igitur vt ſex partes libri pertinent ad Martham que turbatur erga plurima : ita pars ſeptima pertinet ad Mariam : que ſedet ſimpliciter ſecus pedes domini Ieſu. Et ſicut in ſex temporibus laboriosis deſignatis in ſex ebdomadibus quadrageſime continetur ſexta etas : ita in vno tempore pacis deſignato in vno tempore paſchali continebatur ſeptima : quamuis (vt iam dixi) initium ſeptime etatis : a principio ſexte illuxerit huic mundo : quod quadratione geſtum ſit ſufficienter nos in hoc opere enodaſſe meminimus. Illud tamen non eſt pretermittendum : q̃ pro eo : quia Latinus populus ad honorem filij proprietate myſterij electus eſt : Grecus ad honorem Spiritus Sancti : non caſu accidiſſe credendum ſit traditum eſſe grecis a maioribus ſuis tempore quadrageſimali : cantare ſolenniter alleluya : nobis autem a maioribus noſtris ſilendum eſſe tempore eodem ab eodem cantico vſq; : ſcilicet : ad tempus paſchale : quatenus in hoc ipſo aperte daretur intelligi : q̃ ex eo tempore quo Chriſtus venit in mundum : non ſolum traditum ſit electis Dei ſuſcipere ⁊ amplecti verbum crucis : quod pertinet ad Chriſtum ⁊ ad ſextam etatem : ver̃ tñ etiam ex parte non modica : gaudium vite contemplatiue : quod pertinet ad Spiritum Sanctum : de quo p̃r Apoſtolum ſcriptum eſt. Vbi ſpiritus domini : ibi libertas. Verum ⁊ ſi tempus illud beatum : quod reputatur in ſabbatum omnino pertinere dicimus ad Spiritum Sanctum : cuius eſt omne gaudium ſpirituale ⁊ letitia : qua vnctus eſt dominus pre conſortibus ſuis : non tamen eo modo quo ſeculum illud futurum : quod deſignatum eſt in vltimo feſtiuitatis die (hoc eſt) in die pentecoſtes : quando eo modo repleti ſunt apoſtoli ſpiritu ſancto : quo antea repleti non erant : nec quando : vq; baptizati ſunt in Chriſto nec quando in die paſche inſufflauit dominus : ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum : quorum remiſeritis peccata : remiſſa ſunt : ⁊ quorum retinueritis retenta ſunt. Deniq; ⁊ in Ezechiele prophetа : poſtquam agitur de ruina Gog : ⁊ exercitus eius : protinus adiungitur eſt. Ponam gloriam meam in gentibus : ⁊ videbunt omnes gentes iudicium meum q̃ fecerim : ⁊ manum meam quam poſuerim ſuper eos. Et ſciet domus iſrael q̃ ego dominus eor̃ a die illa : ⁊ deinceps. Et poſt aliqua. Et non abſcondam faciem meam ab eis : eo q̃ effuderim ſpiritum meum ſuper omnem domum iſrael. Sed ⁊ ſicut Joannes poſt ruinam Gog ⁊ Magog paucis interpoſitis : incipit agere de gloria Hieruſalem : ita ⁊ Ezechiel de quodam hedificio quod vigebat ad auſtrum : Sed iam nunc retenta pauliſper velut in quodam gurgite relaxanda eſt vela ſermonis : quatenus de die illo terribili : qui erit poſt nouiſſimum tempus : que deus conceſſerit : eloquamur. Aut enim poſt ea que ſcripta ſunt ab eo : ⁊ a nobis quomodocunq; expoſita : Sanctus euangeliſta Joannes.

¶ Et uidi thronum magnum candidum et ſedentem ſup eum Tex. 6

a cuius conſpectu fugit terra et cælum : et locus non eſt inuentus ab eis. Et uidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni & libri aperti ſunt : et alius liber apertus eſt : qui eſt uitæ : et iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erãt in libris ſm opera ipſorum.

¶ Aſſumens dominus parabolam de homine nobili qui abyit in regionem longin quam accipere ſibi regnum : ⁊ reuerti : indicauit ſe venturũ ad ponẽdam rationem cum ſeruis ſuis hora qua non putarẽt : remuneraturũ bonos ſeruos : malos autem inertia puniturum. Deinde cum aliqua peroraſſet : adiecit ⁊ ait. Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua : ⁊ omnes angeli eius cum eo : tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue : ⁊ congregabuntur ante eum omnes gentes : ⁊ ſeparabit eos ab inuicem : ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidem a dextris ſuis : hedos autem a ſiniſtris. Igitur poſtq̃ venerit dominus in maieſtate ſua : ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue : vt ſeparet bonos a malis : ſed vtrũq; mox vt venerit : an poſt multos ſeu aliquot dies : incertum eſt. Si enim ſm patrum ſententiam : reſiduum erit ſpatium temporis poſt caſum Antichriſti (licet hominibus ignoratum) liquet q̃ ſi venerit tunc dominus vt iudicet Antichriſtum : ſm ſententiam Hieronymi ſuper locum illum epiſtole Pauli ad Theſſalonicenſes. Quem dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui : ⁊ deſtruet illuſtratione aduentus ſui : opz̃ intereſſe aliquod tempus : quod vocatur oris. noniſi mus : ſm ſententiam Auguſtini : medium ſiue ſtatuens quidem bonos a de

Hiero.

Augu.

xtris : malos autem a ſiniſtris. Si vero nõ ipſe per ſe veniet ad iudicandum Antichriſtum : ſed Archangelus Michael ſm ſententiam aliquorum : videtur q̃ dies ille idẽſt tempus quod vocatur iudicij : incipiet quidem a caſu Antichriſti (hoc eſt) a tempore illo quando pſeudo prophetа ⁊ beſtia mittentur in ſtagnum ignis : ſed tamen ad conſumandum ipſum diem : venturus ſit dominus circa finem : ⁊ mox vt venerit : ſeſſurus ſit ſuper ſedem maieſtatis ſue vt iubeat ire impios in ignem eternum : iuſtos autem in vitam eternam. Quod ſi ita erit : quid putari poteſt de eo quod ait Apoſtolus de Antichriſto. Quem dominus quidem Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui : ⁊ deſtruet illuſtratione aduentus ſui : niſi vt in die illo : in quo incarcerabitur Sathanas : intelligatur ſuperatus eſſe a ſpiritu ſancto : ⁊ in extremo cum venerit dominus deſtruatur omnino : quando ⁊ mittetur in ſtagnum ignis : vbi ⁊ beſtia ⁊ pſeudo Prophetа? Quod ſi ſecundum Hieronymum : ipſe per ſeipſum dominus veniet ad deſtruendum Antichriſtum : cum in igne eum venturum ſcriptura commemorat : videtur q̃ ille ignis ſit quem commemorat Petrus occidendus eſſe dicitur Gog : ⁊ exercitus eius : vt quod de eius iudicio dicitur ſpecialiter hoc intelligatur pertinere ad ea que inuenta fuerint in hac vita membra Dyaboli terribili illo igne etiam temporaliter puniẽda. Verum inter has anguſtias ⁊ ambiguas opiniones : quid aliud fateri poſſumus : niſi id quod dominus ait. De hora illa nemo ſcit : niſi ſolus pater? Si enim aperte loqueretur ſcriptura de aduentu filij dei : vt : videlicet : in ſuo ordine (ſicut multa alia) ſcriberetur : nec ipſe filius diceret. De hora illa nemo ſcit : nec nos in exhibitione ipſius aduentus tantas anguſtias pateremur. Dz̃ q̃ eius ſic eſt vt nemo ſciat quaſi repugnãti bus ſibi auctoritatib⁹ diuinis anguſtiamur

pariter in hac parte:hebetamur oppꝛimimur:ꝛ deficimus scientes illud quod scriptum est. Tenebrosa aqua in nubibus aerio. Restat ergo vt discussis aliꝰ partibus libꝛi:ꝛ distincte per tpa designatis de occulto aduētu iudicis fileamus:hoc solum tam libere ꝙꝫ secure dicētes:ꝙ post finem etatis septime: de qua multa loquuti sumus:sedebit dñs sup sedem maiestatis sue vt separet reꝓbos ab electis:ꝛ reddat vnicuiqꝫ ꝓm opera sua. Quaꝝ vero gloriosa erit ista sedes: que est ecclesia iustoꝝ:in qua sedebit dñs in die illoꝝꝙꝫ.ſ.magna meritis:ꝙꝫ candida fulgore iustitie:ex huius loci presentia apꝛitur cum dꝛ: Et vidi thꝛonum magnum ꝛ candidum. Qꝺ autem ait. Et sedentem sup eum:a cuius ꝓspectu fugit terra ꝛ celum:ꝛ locus non est inuentus ab eis: non est ita segniter intelligendum vt reputentur a ꝓspectu Christi fugere celuꝫ ꝛ terra. Sed qꝛ omnis ornatus celi ꝛ terre reputabitur pro nihilo ꝛ'inani,re spectu glorie Christi ꝛ sanctoꝝ eius:iuxta illud qꝺ per prophetam dꝛ. Erubescet luna:ꝛ ꝓfundetur sol cum regnauerit dominus exercituꝫ in monte Syon ꝛ in Hierusalez:ꝛ in ꝓspectu seniuꝫ suoꝝ fuerit glorificatus. Sicut enim a ꝓspectu solis videꝫ tur deficere stelle celi:non qꝛ esse desinunt id qꝺ sunt:sed qꝛ deperit ꝛ inanescit claritas splendoꝛis eaꝝ:sic manente celo ꝛ terra in ordine suo:absconditur decoꝛ ꝛ speties pulchꝛitudinis'eoꝝ:ꝛ non erit eis locus:aut preciuꝫ inter ea que preparauit dominus diligentibus se. Qꝺ autem ſegtur. Et vidi, mortuos magnos ꝛ pusillos stantes in conspectu thꝛoni:apostolus quoqꝫ Paulus manifestat: cum dicit. Oēs nos opꝛ astare ante tribunal Christi vt referat vnusquisqꝫ ꝓut gessit:siue bonuꝫ:sine malum. Unde ꝛ bene subditur. Et libꝛi aperti:sunt:ꝛ alius liber aptus est:qui est vite: ꝛ iudicati sunt mortui ex his que scripta erāt in libꝛis ꝓm opera ipsoꝝ:vt intelligaꝫ illud qꝺ alio loco per apostolum dꝛ. Nolite iudicare ante tempus donec veniat dñs qui,illuminabit abscōdita tenebꝛaꝝ ꝛ manifestabit ꝓsilia coꝛdium. Libꝛi eteniꝫ clausi:coꝛda hoꝝ abscondita sunt:quoꝝ intentiones ꝛ desideria solus ille nouit: qui vita est:qui ꝛ ipse quem modo ꝛꝫ clausum ꝛ occultum:in die illo notum faciet:ꝛ aper et libꝛum iustitie coꝛdis sui: vt separet a ꝓsortio reꝓbꝛoꝝ eos quos scriptos semp habuit in memoria eterna:iuxta illud apostoli. Firmum fundamentum dei stat habens signaculuꝫ hoc. Nouit deus qui sunt eius. Notandum vero qꝺ in hoc iudicio illi de qbus supius dixerat. Dixerunt ꝛ'regnauerunt cum Christo mille annis:iudices ꝛ ipsi erunt cum Christo vt compleat in eis ꝓmissio 'domini dicentis. Vos qui sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hois in sede maiestatis sue:sedebitis ꝛ vos sup sedes duodecim:iudicā tes duodecim tribus israel. Quocirca ꝛ hi dicat apostolus. Oēs nos opꝛ astare ante tribunal Christi:vt referat vnusqsqꝫ ꝓut gessit siue bonum:siue malum:non est tm intelligendum:vt peccata de qbus iudicati sunt electi in hac vita a vicarijs Christi ꝛ remissa sunt:referenda sint itez in die,illo:sed boni astabunt vt referant bona que gesserunt ad confusionem maloꝝ mali: ꝛ si inuiti:vt referant mala ad honoꝛez bonoꝝ. Sicut enim operibus bonoꝝ iudicabuntur reꝓbi:ita operibus reꝓbꝛoꝝ magnificabuntur electi. Quapꝛopter in hoc loco nequaquam simpliciter mortuoꝝ nomine: mortuos accipiendos extimo: sed magis peccatoꝛes homines:qui mortui sunt in delictis: quoꝝ tamen aliqui penitentes ꝛ dolentes de reatibus suis: ꝛ si non vsqꝫ ad dignam satisfactionem'ꝛ qua protinus post obitum carnis mererentur veniam: post penas tamen purgatoꝛias consequenter indulgentiam: dicente de eis quodam loco' Dauid:homines ꝛ iumenta saluabis domine: quoniam multiplicasti misericoꝛdiam tuam deus. Et de his quidem sic. Quid veꝛo ꝛ de illis qui ꝛ regnant cum Christo

Psal. mille annis:anteqꝫ isti ꝓueniant ad eternam vitam. Filij (inquit) hominum in tegmine alarum tuaꝝ sperabunt. Inebꝛiabuntur ab vbertate domus tue:ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos. Sicut autem sancti dei non astabunt ante tribunal Christi vt referant mala opera sua que cōfessi sunt coram sacerdotibus: ac si etiam hic starent nunc ante tribunal Christi:ꝓpter quod ꝛ digne satisfacientes de eis ꝓsequuti sunt veniam: ita qꝺ dicit hic Joannes. Judicati sunt mortui ex his qui scripta erant in libꝛis ꝓm opera impioꝝ: non est intelligendum:quasi iniquitates remisse:referende sint iterum ad iudicium: sed ꝓm opera mala: de quibus non egerunt penitentiam in vita sua:ꝛ ꝓm opera bona que intuitu pietatis probabuntur egisse. Illi enim quoꝝ nomina suscepta dei filius satisfactione scribit in libꝛo coꝛdis sui post debitas peccatoꝝ penas recipientur in consoꝛtio electoꝝ:consequentes veniam in die illo. Qui aūt dñi adhuc viuunt negligunt donum dei:data sentētia districti iudicis:ibunt protinus in ignem eternum. Unde ꝛ moꝛ subditur.

Tex.7 ¶ Et dedit mare mortuos suos qui in eo erant: & mors: & infernus dederunt mortuos qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis ꝓm opera ipsorum: & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc mors secunda est stagnum ignis.

¶ Et qui non est inuentus in libro vitæ scriptus: missus est in stagnum ignis.

¶ Si stagnum ignis intelligimus illum locuꝫ:qui vulgo cognominatur infernus: qua ratione moꝛs ꝛ infernus mitti dicuntur in stagnum ignis:nisi qꝛ aliud per aliquod ꝓm litteram:aliud est in spiritu intelligendum? In quarta parte vbi dictuꝫ est eum qui sedebat super equuꝫ pallidum vocari moꝛtem:sequi vero eum altez qui vocetur infernus. Diximus nomine mortis intelligendum esse pseudo prophetam Sarracenoꝝ:nomine vero inferni eum qui regnaturus est in fine ipsius regni:regem.ſ.illum vndecimum:de quo in hoc libꝛo tam multa loquuti sumus. Quia vero preter illos mortuos qui continentur generaliter in genere humano: tam multi specialiter adheserunt ei qui vocat moꝛs: ꝛ adherebunt etiam ꝙplures illi qui vocatur infernus: quasi mare cogitur dare mortuos suos:ꝛ suos nihilominus moꝛs: ꝛ infernus:qꝛ quos diu possedit mundus quasi proprios homines.ſ.qui vocantur mundani tenere vltra non poterit: quin resuscitati a mortuis veniant ad iudiciuꝫ: ꝛ quos illi quoꝝ vnus vocatur moꝛs: alius infernus: possident quasi proprios in comitatu suo:iuxta illud Ezechielis ꝓphete. Vidit eos Pharao ꝛ cōsolatus est. Oportebit: velint nolint accedere ad iudicium vt iudicentur de singulis:ꝓm opera sua. Mittentur autez in stagnum ignis principaliter moꝛs ꝛ infernus: vbi prius etiam fuisse creduntur:cum omnibus qui fuerunt ex parte eorum: illi.ſ.qui vocati sunt bestia ꝛ pseudo propheta qui etiam viui referunt missi in stagnum ignis. Sed si priusꝙꝫ veniat hoꝛa ista magni ꝛ extremi iudicij:viui mittendi sunt in stagnum ignis:ad quid vocandi sunt iterum ad iudicium: nisi vt referant opera sua mala: quatenus qui prius per occultum indurā tur iudicium:in die illo:non solum ipsum iudicium: verumetiam iusta causa illius appareat manifesta? Verumtamen ꝛ si viui ꝓm litteram (quod tamen dubiuꝫ est) descendent (vt legimus) in infernum: sicut Dathan ꝛ Abyron: non ideo tamen credendum est non esse animas eorum a coꝛporibus separandas: vt quasi nec moriantur in coꝛporibus:nec resurgant:qꝛ ꝛ si viui descendunt in infernum: vt ceteri

Barrasceni.

Bathā

Universidad de Deusto
Biblioteca

metum habeant: mox tamen vbi mortalia eorum corpora arrabuntur doloribus: parturient nequaq̃ animas deputatas impenis: ipsa eorum pentur sicut ꝛ ceteroꝝ: quatenus recepturа que gesserunt mala cum ceteris a morte resurgãt. Quod si ita erit qđ tamen deus melius nouit: non solum propter illud qđ superius diximus: vocandi sunt ad iudicium: verumetiam: vt quod prius in animabus tñi: a die illo deinceps etiaꝫ immundis corporibus eternum sustineant detrimentum. Hoc ergo modo mors ꝛ infernus: ꝛ prius ꝛ posteriꝰ mittentur in stagnum ignis: prius. s. per occultam sententiam: ad vltimum vero per manifestam. Quod autem ait. Hec est mors secunda: stagnum ignis ad litteram dicit mortis prime que fit in corporibus quando anime separantur ab eis. Et sciendum q̃ resurrectio prima beatoꝝ est resurrectione secunda. mors autem secunda infelicior morte prima. Quare hoc? Qꝛ resurrectio prima pertinet ad gloriam sanctoꝝ: mors autem secunda ad eterna supplicia reproborum. Unde ꝛ illic dicitur. Beatus ꝛ sanctus qui hꝫ partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem. Quo contra in hoc loco de reprobis subsequenter adiungitur. Et qui non est inuentus in libro vite scriptus: missus est in stagnuꝫ ignis. Sequtur.

Ca. 21. Exp. 1 ¶ Et uidi cælum nouum: & terram nouam. Primum enim cælum: et prima terra abiit: & mare iam non est.

¶ Discedente Juda Traditore a cetu discipulorum: protinus dominus loquutus est dicens. Nunc clarificatus est filius hominis: ꝛ deus clarificatus est in eo. Similiter ꝛ in loco illo vbi proposuit parabolam de inimico homine qui seminauit zizania in medio tritici: in fine expositionis ipsius parabole: simile aliquid loquutus est, dicẽs. Mittet filius hominis angelos suos: ꝛ colligent de regno eius omnia scandala: ꝛ eos qui faciunt iniquitatem: ꝛ mittet eos in caminum ignis: ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Quod cum dixisset: adiecit ꝛ ait. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Separatis siquidem iniustis de medio iustoꝝ: fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: qꝛ nimirum non potest dies esse in perfecto splendore quãdiu pars aliqua tenebrarum lucis crepticulum obfuscando denigrat. Sed quomodo discedentibus tenebris dies clarus effulget: sic retrusis impijs in infernum: apparebit celum nouuꝫ ꝛ terra noua. Vidi (inquit) celum nouum ꝛ terram nouam: primum enim celum ꝛ prima terra abiit: ꝛ mare iam non est. Celum in hoc loco vocat ecclesiam sanctorum: quorum cum adhuc viuunt in carne: conuersatio ꝛ actus in celo est. Terram alioꝝ fidelium qui ꝛ ipsi per clementiam creatoris expectant videre regnum dei. Primum autem celum ꝛ prima terra abire dicuntur: qꝛ seminatur corpus animale: ꝛ resurget corpus spirituale. Quasi autem aliud celum ꝛ alia terra q̃ş que prius erant ostenduntur: non qꝛ alia erit natura: sed qꝛ alia erit pulchritudo ꝛ gloria. Sed ꝛ mare quod modo esse videtur: in die illo esse definet: ꝛ arescet: qꝛ multitudo infidelium que terrore suo turbat ecclesiam: preteribit velut umbra: non qꝛ esse desinet quo ad naturaꝫ: sed qꝛ cessabit fluctuatio psequutiõis ipsius. Sequtur.

Exp. 2 ¶ Et ego Ioãnes uidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo a deo paratam sicut sponsam ornatam uiro suo.

¶ Non est rekrenda ista visio ꝛ iste descensus ad horam illam vltimam in qua manifesta erit gloria Hierusalẽ: sed ad tempus (vt ita dixi) natiuitatis ipsius: qñ parcha num quoddam ꝑfectum voluntatis dei descendit quasi filia: a deo viuo ꝛ vero: iuxta

illud ipsius Joannis dicentis in euangelio. Quotq̃ot autem receperunt eum. i. Christum: dedit eis potestatem filios dei fieri. Qui non ex sanguinibus: neq; ex voluptate carnis: neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Scimus enim q̃ omnis qui nascitur: descendere dr ab eo cuius filius est: non qdem per degradationem: sed per generationem. Unde vnigenitus dei filius: veritas dictus est: qꝛ voluit descendere de celo vt honoraret eum qui misit: illum. Ille enim verax est qui ꝓfitetur veritatem: qui non dedignatur esse subiectus ei a quo est. Quo ꝓtra de patre mẽdacij dictum est: q̃ in veritate non stetit: quia voluit coequari altissimo qui crequit illum. Et bene ciuitas Hierusalem a deo de celo descendere dicta est: qꝛ eoipso intelligitur nata esse ex deo: quo per affectum humilitatis: descẽdit a gloria vocationis sue: qidem ꝛ per gratiam filiaꝫ se esse intelligit summi dei: ꝛ tñ non se filiaꝫ cognominat: sed ancillam sciens illud qđ scriptum est. Excelsus dñs: ꝛ humilia respicit. Et iterꝝ. Deus superbis resistit: humilibus autem prestat gratiam. Cognominatur autez nouа Hierusalem vt non intelligaꝫ dictum de illa veteri que seruit cuꝫ filijs suis. Unde ꝛ parata dicitur esse sicut sponsa ornata viro suo: vt ipsa esse intelligatur illa regina: de qua loquens psalmista in spiritu regi Christo. Astitit (inquit) regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Sed qualia esse creduntur ornamenta ipsius? Nunquid visibilia aut manufacta? Absit. Quid enim conferre potest glorie cultus exterior mercenarijs? Siquidez ꝛ Babylon deaurata esse scribitur auro ꝛ lapidibus preciosis: ꝛ tamen non ad gloriam: sed ad confusionem ipsius. Porro Hierusalem parata semp est ad nuptias Christi obseruans ne appareat in ea aliqđ deformitatis inde sedatione vitiorum quo possit offendere oculos sponsi sui: ꝛ ornat se quottidie ornamẽto virtutum: ac si quibusdam monilibus aut lapidibus preciosis: sciens q̃ nequaq̃ sponsus eius exteriorem pulchritudinez: sed interiorem requirat. Sequitur.

Ter. 3 ¶ Et audiui uocem magnam de cælo dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis: et ipsi populus eius erũt: et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit: neq; luctus: neq; clamor: neq; dolor erit ultra quæ prima abierunt.

¶ Sedes dei: ciuitas dei: populus dei: semper ꝓ eadem electorum multitudine indifferenter accipienda sunt. Cum tamen simul ista ponuntur: vnumquodq; ꝑ partem sua proprium aliquid ꝛ distinctum designat. Thronus siquidem dei: significat in loco isto ordinem prelatoꝝ: per quez deus qui presidet exercet quottidie iudicia sua: ꝛ exercebit manifestius in die illo. Porro ciuitas Hierusalem: reliquam multitudinem sanctoꝝ: hoies siue populus: innumerabilem q̃titatem fidelium: de throno aũt dei audita est vox dicẽs: de ciuitate Hierusalem que est ecclesia sanctoꝝ: ecce tabernaculum dei cuꝫ hoibus: qꝛ pastores ecclesie testati sunt id qđ ipsi credimus de futura gloria sancte matris ecclesie: vꝫ: q̃ ipsa sit veꝝ tabernaculuꝫ dei non qdem manufactum ꝛ transitorium sicut tabernaculum Moysi: ad cuius hostium ꝓgregabantur multitudines ouium: hyrcoꝝ: taurorꝝ: ꝛ vitulorum mactande sup altare ipsius in typo futurorum: sed tabernaculum non manufactum: in quo congregantur turme hominum: qui creati sunt ad ymaginem dei: quatenus ꝛ ipsi sint populus eius: ꝛ oues pascue eius: ꝛ ipse dominus sit eorum deus: ꝛ maneat cum eis vsque

Ps. 44

in sempiternum. Qui bene quoq; dicitur abstergere lach:ymas ab oculis eoꝝ: non quidem quottidie: ne quottidie extimenᵗ flere: sed semel educēs illos de valle lachꝛymaꝝ: ꝛ transferens ad regnum claritatis sue. Quod autem sequitur. Et mors vltra non erit: neq; luctus: neq; clamor: neq; dolor: que primo abierunt: sicut dicitur ad litteram: ita ꝛ intelligatur. Sequitur.

Tex.4 ¶ Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

¶ Mouum celum: nouaq; terram: nouam Hierusalem. Jam enim (inquit in cāticis) hyemps transijt: ymber abijt ꝛ recessit. Mouum quid videtur esse estas respectu temporis hyemalis: ꝛ omne pene qđ videtur pulchꝛum oculis nouitatis speciem videtur habere. Sequitur.

Cant.

Tex.5 ¶ Et dixit mihi. Scribe qa uerba hæc fidelissima sunt & uera.

¶ Scribe (inquit) hec calamo lingue in corde fidelium: ne quis verba ista friuola esse putet ꝛ nō credens: qꝝ fidelissima sint: inuitatus sepe sepius dissimulet venire ad nuptias. Bene autem sequitur.

Tex.6 ¶ Et dixit mihi. Factum est.

¶ Qꝛ hoc verbum. Factum est: consumationem designat. Dicit autez istud: vt non iam pro futuro: sed pro presenti qđ di acciatur: qꝛ mille anni ante oculos tuos tanꝝ dies externa que preterijt. Vnde ꝛ archani illius verbi: quod scriptum est in capite libri.

Psal.

Tex.7 ¶ Ego sum. &. &. o. principium & finis.

¶ Repetitio facta est: vt ea facilitate credant homines ꝓsumationem rex: qua nō possunt hesitare de creationis principio. Si enim cum hō mortalis inchoat aliqđ opus bonum: qđ sit ei vel vtile: vel amabile: tristat ꝛ erubescit: si non potest pducere ad effectum: quāto magis ignominiosum esset deo vino ꝛ vero: frustra incipe opus qđ explere non posset? Qꝛ si multi sunt qui audiunt ꝛ non credunt: ꝛ ideo negligunt accipe ꝛ possidere regnum dei: loquitur adhuc ille qui redemit nos in sanguine suo: ꝛ patefactēs inenarrabilem thesaurum bonitatis ꝛ clementie sue: prestatur ꝛ dicit. Ego sitienti dabo de fonte aque vite gratis (hoc est) de gratia spiritus sancti. Et adiecit.

Tex.8 ¶ Qui uicerit: possidebit hæc: & ego ero illi deus: & ipse erit mihi filius. Timidis autem & incredulis: & execratis: et homicidis: et fornicatoribus: et uenefi cis: et ydolatris: et omnibus mēdacibus: pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure: qđ est mors secunda.

¶ Verba huius capituli admonitione indigēt: nō expositione. Quid enim dulcius facientibus bonum: qꝝ frui dono spiritus sancti ꝛ possidere gaudia Hierusalem: nsup ꝛ esse filium dei: heredem. s. dei patris: cohere dem autem Christi. Et qđ amarius facientibus malus qꝝ habere partem in stagno infernali ardenti sulphure ꝛ igne? Timidos autem vocat illos qui metuunt relinquere presentia pro futuris: qui timēt eos qui occidunt corpus: ꝛ non potius eum qui pōt etiam ꝛ corpus pdere in gehēnaz. Sequtur.

T.10 ¶ Et uenit unus de septem angelis habentibus phyalas septem: plenas septem plagis nouissimis et loquutus est mecum dicens. Veni ostēdam tibi sponsam uxorem agni.

¶ Paulo supius dixerat vidisse se Hierusalem nouaz descēdentem de celo: ꝛ modo dicit se esse vocatum ab vno angelorum septem: dicēte sibi. Veni ostēdam tibi sponsam vxorem agni. Aut igit recapitulando replicauit

replicauit quod dixerat: vt ordinem expri/meret visionis aut verius qđ creditur illud dixerat de peregrinante in terris istud autem adiunxit de regnante in celis. Qua si enim illud vidit per se: istud per alium: quia multa scripta sunt de gloria presentis ecclesie que vocatur ierusalem: que non solum legi potuerunt: ꝛ intelligi sm litteraz a discipulis veritatis: verumetiam videri oculis ꝛ auribus audiri. Quia vero illa qꝛ sursum est ierusalem: que tamen de lapidibus istius edificat: non est dubium. nō potest modo videre oculis: nec in scriptura sicuti est inuenitur expressa necessarius erat doctor spiritualis q traheret perfectos discipulos ad anagogicum intellectum: ꝛ ꝓ ea que nota sunt in scriptura de peregrinā te in terris raperentur ad spiritualez visionem illius: que gloriatur in celis. Vnde ꝛ mox subditur.

T.11 ¶ Et sustulit me i spiritu i mōtem magnum & altum.

¶ Mons iste magnus ꝛ altus ille est de quo dicit psalmista. Quis ascendet in mōtem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Mons iste: celum est spirituale adqđ oportet ascendere qui volunt celestia contemplari. Ipse est anagogicus intellectus: qꝛ re vera magnus ꝛ altus est: quia magna sublimia comprehendit. Litteralis deniq; intellectus indicat sm se transitoria ꝛ terrena. Typicus: statum peregrinantis ecclesie que agitur quodammodo inter terram ꝛ celum: Anagogicus vero qui superior est: statum illius vbi se que in celis est. Verum tamen ꝛ ibi ꝛ hic dicta est ierusalem descēdere de celo adeo: quia tam in presenti seculo: qꝝ in futuro: nouit humilibus cōsentire: ita vt ꝛ semper descendat: ꝛ semper sit cum deo a quo semper descendit. Sicut. n. fluuius semper manans a suo fōte ꝛ a loco eminentiori: ꝛ descēdit ad ima: ꝛ tamē semper est vbi manat: ꝛ vnde manat: ita ierusalem illa superna semper manens in celo: semper: ꝛ sine fine per humilitatem descēdit: quia quo magis de se continue humilia sentit: eo firmius manet in gloria: aqua non situ loci: sed humilitate descēdit. Maz sequitur.

¶ Et ostēdit mihi ciuitatem sanctam ierusalem descendentē de cœlo: adeo habentem claritatē dei: lumē eius simile lapidi prætioso tanquā lapidis iaspidis sicut cristallum. T.12

¶ Quia non eleuatur in superbiam sicut ille qui ait. In celum ascendam super astra celi: ex altabo solium meum: sed econtrario a celo (hoc est) a gloria sibi data per humilitatem descendit: digna efficitur que habeat claritatem dei: sicut ꝛ luna claritatem solis: vt fulgeat: ꝛ ipsa sicut sol in regno patris sui. Sed quare lumen eius simile esse dicitur lapidis iaspidis: ꝛ sicut cristalli cuz diuersi coloris sint: iaspidis: ꝛ cristalli: nisi ꝛ fides ꝛ contemplatio lumen est animorum: ꝛ alterum horum designatur in iaspide: alterum in cristallo. Prius enim accipit homo lumen fidei: quod viuificat animam: deinde lumen scientie: que magnificat viuificatam. Quos enim inquit apostolus: prescisit: hos ꝛ vocauit: ꝛ quos vocauit hos ꝛ iustificauit: quos autem iustificauit: illos ꝛ magnificauit. Justificauit vtiq; vtiq; illos per fidem designatuz in iaspide qui viridis est coloris: nimirū quia iustus ex fide viuet: magnificat per scientiam designatam in cristallo: cuius splendor est similis claritatis lune: vtiq; quia ꝛ luna cristallo similis esse perhibetur. Sequitur. Esa.

¶ Et habebat murum magnū & altum habens portas duodeci & in portis angelorum duodeci & nomina scripta quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorū israel. Ab oriente porte tres. Ab aquilone porte tres. Ab austro T.13

porte tres. Ab occasu porte tres.

¶ Murus ciuitatis exercitus est sanctorū q̄ eleuatus ad superiora: ornatus est ad p̄fectionē: & defensionē ecclesie. Audiui (inq̄t) numerū signatoꝝ centuꝝ. 44. milia: ex omni tribu filioꝝ israel: & cetera que sequunt. Et infra. Vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat. Ipsa turba magna cuꝝ illis quos sub certo numero signatos nominat: murus est ciuitatis. De portis ciuitatis: & de angulis dicetur postea. Segtur.

T.14 ¶ Et murus ciuitatis habēs fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina duodecī apostolorum, & agni.

¶ Quot vnus sit lapis de quo loquunt scripture: supra quem iacta sunt fundamenta ecclesie testatur ipsa veritas que dicit. Super hanc petram edificabo ecclesiam meā: & porte inferi non p̄eualebunt aduersus eam. Dixit autem hoc dominus Petro: qui est vnum & primum duodecim fundamentorum: fundamēta (inquit) eius in montibus sanctis. ¶ Montes sancti sunt duodecim apostoli in quibus cōtinēt fundamenta ierusalem. Duodeciꝝ sane fundamenta esse duodecim apostolos nomina quoq; ipsa: operaq; testant. Sicut enim ipsi duodecim fundati sunt supra firmam petrā: que est xp̄s iesus: ita supra fidē eoꝝ fūdata est multitudo fidelū. Segtur.

T.15 ¶ Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundinem auream: vt metiretur ciuitatem et portas eius & murum.


¶ Arūdo aurea quam habet angelus in manu sua: est consideratio rationis que concessa est spiritualibus viris: ad existimandam mensuram siue ordinem illius speciosissime ciuitatis scientibus & intelligentibus: q̄ qui creauit omnia in sapiētia: mensuram & numerum seruare voluit in operibus suis: ne quid in eis inordinatuꝝ ne quid deformē: aut indecens appareret: maxime autē ne ab imagine dei & spiritualium virtutum dissimilia esse viderentur. Que bene quoq; arundo aurea esse p̄hibetur: quia pura est quasi aurum consideratio sanctorum & nihil habēs in se falsitatis admixtum. Sequitur.

¶ Et ciuitas in quadro posita est T.16
longitudo eius tanta est: quanta & latitudo. Et mensus est ciuitatem de arundine aurea: per stadia duodecim milia. Longitudo et latitudo et altitudo eius æqualia.


¶ Dēsus est c uitatē de arundine aurea: quia qui nolunt contemplari spiritualia: consideratione verissima rationis: comprehendunt statum & ordinem ciuium superiorum. Unde & bene subiunctuꝝ est. Per stadia duodecim milia: quia duodeciꝝ sunt turme sanctorum martiruꝝ qui electi sunt & signati ex omni tribu filiorum israel. i. simul omnes centumquadragintaquatuor milia: quod tamen in spiritu: vt iam diximus: intelligendum est: p̄eter turbā illam magnam quaꝝ dinumerare nemo poterat: qui omnes pro perfectione fidei siue: admiros pertinent ciuitatis. Qui vꝝ sacer numerus: si discreta consideratione pensatur: non solum longitudinem ciuitatis: latitudinem & altitudinem equalia esse demonstrat: verum etiam quare hoc: manifeste p̄penditur. Si enim multitudinem ipsaꝝ celestium legionum diuidimus in quatuor partes: & easdem legiones seriatim signantes in formam vertimus ciuitatis: q̄ sint equalia longitudo: & latitudo: & altitudo ex ratione quadam senarij numeri: qui magnam significat perfectionem: indagare valemus: quandoquidem isdeꝝ numerus tribus illis p̄scriptis modis: clarus & integer reperitur.

In p̄ima parte trigintasexmillia.

Altitudo.




In scēa parte. 36. millia.




Simul omnes centūq; quadragintaquatuormilia.

In quarta parte. 36. millia



Latitudo



In tertia parte. 36. millia.

Oluisus siquidem p̄scriptus numerus in quatuor partes: triginta sex in singulis. i. sexies sex: hoc repitur. Si autem senarius numerus p̄fectus est in seipso: cum sumpliciter ponit & absoluit: quāto magis: cū vsq; sexies multiplicatus inuenit? Quvero oīs numerus multiplicatus in seipso vsq; ad se: si hoc nō vsq; quater multiplicatus fuerit: & in domum quadrate domus dispositus: ita in lōgitudine & latitudine. q̄ etiā in altitudine sui recipit equalitatem: recte vt hanc quoq; perfectionem haberet ciuitas illa que in quadro posita esse narratur maxime vt per hoc apte detur intelligi q̄ regnum illud summe pacis: ibi summe cōcordie: vtpote in quo nihil vsquam aut diuersum: ibi summa equitas regit. Ibi est stadia duodeciꝝ milia: hoc est duodecim p̄scriptas turmas p̄fectoꝝ designent: ibi sequēs numerus manifestatuꝝ dicitur.

LE x

L.17 ¶Et mensus est muros eius cen/tum quadraginta quatuor milia: cubitorum mensura hominis q̃ est angeli.

¶Si.n. 12.milia stadia totidẽ magnas legiones designãt:qd p cubitos.144. milia nisi.144.milia signatoꝝ iex quoꝝ moderata multitudine cedez.12.turme suis ꝓprietatibus distinguunt̃.Dicturus siquidẽ ioãnes.Ex tribu iuda.12.milia signati ꝛ sic de reliquis ꝑmisit dicens. Audiui numeꝝ signatoꝝ.144.milia signati:ex omni tribu filiorũ israel.Quasi ergo ꝑ singulis millenarijs:singuli cubiti accipiẽdi sunt: vt id esse videat numerus ꝓfectus in sanctoꝝ collegijs:qõ circa muroꝝ spatia cubitus in mensura:Qõ aũt subdit in eodẽ loco.¶Mẽsura hois que est angeli:ad illud p tinere videt qõ tenet opinio sanctoꝝ. Ese vȝ mensura vna ãgeloꝝ ꝛ electoꝝ homiñ:iuxta illud qõ scriptũ est.Cõstituit terminos gentiũ:ꝟ numerũ angeloꝝ dei:vel certe mensura ipsa cubiti:hominis ꝛ angeli esse perhibet:qꝛ ꝑm rationeȝ spiritualiũ rerꝝ:ordinata sunt humana misteria:iuxta illud quod ait dominus ad Moysen seruo suo. Vide:vt omnia facias:ꝟ exemplar quod ostensum est tibi in monte.Sequitur.

L.18 ¶Et erat structura muri eius ex lapide iaspide:ipa vero auro mũdo:simile uitro mundo.

¶Duas esse perfectas : vitas ecclesie : ꝛ doctrina scriptũ nouimus ꝛ exemplo.Aliȝ enim data est fortitudo fidei: vt agerent viriliter vsq; ad mortẽ:aliis data est ꝓspicacitas cõtẽplationis:vt speculãdo que dei sũt clariores efficiant̃ auro qõ ꝑ ignẽ probat: Quia vero color iaspidis:qui etiam herbarũ viriditatis habet speciẽ:ꝛ aptus noscit ad sculpturã fidei viriditatẽ:atq; pseueratiam designat recte structura muri ierusalem ex lapide iaspide esse perhibet: nimirum qꝛ sancti martires:fidẽ vicerunt regna:operati sunt iustitiã:adepti sunt repromissionem. Unde ꝛ per prophetam dicitur.Et ponam iaspidem ꝓpugnacula tua.Et qm̃ auri mũdi species similis vitri mundi:mũditiam cordis sanctoꝝ:qui in pace ecclesie pugnauerũt cõtra vitia carnis:ꝛ spiritus eoꝝ serenissimã ꝓpitiationẽ designat:recte ipsa ciuitas similis auro mũdo:ꝛ vitro mũdo:esse perhibet:profecto qꝛ de ipsis ꝑcipue scriptum est.Beati mundo corde quoniã ipsi deũ videbũt.Et hec quidẽ dicta sunt i genere:de vniuersa illa celesti ciuitate:ꝛ multitudine sanctoꝝ:que innumerabilis est sicut stelle celi:quẽ ꝓ multitudine numerari non possunt.De his vero que spiritualia sunt specialiter subsequentur adiungitur. L.19

¶Fũdamẽta muri ciuitatis omni lapide prætioso ornata.

¶Que.n.virtus non est inuẽta in quolibet sanctoꝝ apostoloꝝ:qui adhuc viuẽtes in carne primitias spiritus acceperũt. Verũtamen:ꝛ si vnus quisq; eorum omnuꝝ muneribus particeps fuit nihilominus tñ singuli:eoꝝ singula ꝓgratiua alicuius gratie:data est:vt aliqua differentia muneris inesse singulo videret. Vñ ꝛ moꝝ subdit.

L.20 ¶Fundamẽtũ primũ: iaspis secundus saphyrus: tertius calcedonius:quartus smaragdus: quintus sardonis:sextus sardius:septimus chrisolitus: octauꝰ berillus: nonus topatius:decimꝰ chrisopaxus:undecimus iacinctus: duodecimus americtus.

¶Hoꝝ.12.lapidũ colores: ꝓprias designãt virtutes que singulis apostolis data esse nõ est dubiũ:ꝑm qꝰ vnusq;q; ꝓpriũ donũ habet ex deo:alius quidẽ sic:alius vero sic:qõ ideo tñ sigillatim eos dẽ apostolis nõ ꝑsumimus aptare:qꝛ nõ idem ordo in descriptione ipsoꝝ apud omnes euangelistas vniformiter tenet:ꝟ aliqui ꝓscribunt

qui est: ⁊ qui venturus est. ¶Nec vox sanctorum frequens: iugis ⁊ communis electorum confessio. ¶Nullus sanctum animal esse potest: qui huius excellentiam professionis ignorat. Quis est enim catholicus ⁊ omnium: nisi frustra sibi nomen orthodoxum ascribat: qui hoc die nocteq; non clamet? qui deum omnipręcem non vnum cõfiteatur ⁊ trinum? Omnes hoc vna voce: vna confessione fatentur. Est enim Deus vnus sine confusione personarum: trinus in personis: sine diuisione substãtie. Semper est id quod est: nec vnquam potest esse nisi trinus ⁊ vnus. Non potest immutari: non potest viuidi: nõ pati: non minui: nõ augeri: sed sicut scriptum est. Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Non maior est in tribus personis q̃ in singulis: quia nec maior potentia: sapientia: charitas esse potest: qua potest: sapit ⁊ amat pater: nec maior qua potest: sapit ⁊ amat filius: nec maior qua potest: sapit ⁊ amat spiritus sanctus. ¶Nec substantia que deus est: vna est: ⁊ summe vna ⁊ supra q̃ dici possit simplex est: ⁊ vna natura. ¶Nec negamus trinitatem in vnius confessione substantie: sed partium scissiones: quas carnalis sibi fingit intellectus horremus veracissime enim tres personas hoc vnum: ⁊ hocvnum tres personas: pie ac fideliter confitemur patrem a nullo: filium a patre: ab vtroq; paraclitũ. Nasciso filiũ a solo patre: spiritum vero sanctum ab vtroq; procedere. Tres itaq; vnum sunt: ⁊ vnum tres: non diuisi natura: vt terra: aq̃: ⁊ ignis: non personarum distinctione: vt tres homines eiusdem nature: non situ locorum: vt stagnum: ⁊ fluuius deriuatus ab ipso: sed nec omnino vt omnia que creata sunt: quia non potest opus opifici: aut factura coequari factori suo: nec potest figmẽtum in eum qui se finxit operatione subsistere. Quia tamen inuisibilia eius que exsuperant oc̃z sensum: nõ potest infirmitas captiuitatis nr̃e nisi per res visibiles contẽplari studet. Ipsum ipsum hominem: cum de illa maiestate loqui cupit: ad creaturas nobiliores contemplandas extendere: vt est in rebus visibilibus: lux ⁊ in inuisibilibus ꝓpria que hoc cogitat anima ⁊ seipsum homo cõprehendere potest: inueniet in seipso similitudinem dei. Si etiam semetipsum cõprehendere nequit: studeat incunctãter credere spiritualibus viris quibus datus est spiritus scrutans omnia ⁊ etiam ꝓfunda dei ⁊ suam imprudentiam ab hac temeritate cõpescat: Iniquum est enim in circũscriptum lumen corruptibilibus coequare corporibus: quibus stultum est vel animaz aut angelum compare: ⁊ satis est infidelis ⁊ improbus qui seipsum discutere nescies: deum qui supra se est: (sicut vere est:) comprehendere se posse ratione confidit. Non igitur diuinam substantiam aut vnum deum: quem trinum esse audis: sic in tres ꝓsonas diuisam putes: vt tria diuisa arbitreris sicut oliua: mirtum: ⁊ palmam: que diuerse sunt natura ⁊ genere: sed nec vt tres olinas: que vnius sunt nature: sed tamen corporuz ꝓprietate disiuncte: neq; vt tres ramos vni radici infixos: vt substantia radicẽ ⁊ tres ramos ipostales arbitreris: iuxta aliquorum perfidiam: quod est inducere quaternitatem: sed si coactis aliqua necessitate: figura visibilis accipienda est: saltem quod nobilius est in rebus ratione carentibus. Lucem istam accipiamus quam cõstat illius vere lucis habere qualemcunq; imaginem: que non tam oculos exteriores reproborum hominuz q̃z corda illuminat electoꝝ: ⁊ ex q̃ manat semp illa lux q̃ illuminat oc̃z hominẽ venientem in hũc mũdum: ⁊ pcedit ille calor qui vitificat omnia. Siquidem ex luce ista que vocatur sol ⁊ radius indefinenter nascitur: ⁊ calor indefesse procedit: qui etiam sic ad terram ꝓueniunt: vt ex fonte quo procedunt: non recedant: haud dubium q̃ in typo filij quos illuminare descendit non recedens ab eo: qui se miserat pater: ⁊ in typo spiritus sancti: qui cum eo nobis pariter donatus est vt nemo gelu pellens desidat: siue nos ignis
Joan. 1.

charitatis accendere ad amandum: quatenus ꝛ in luce que castus est: videamus quid sit agendum: ꝛ in caloꝛe spiritus sancti operari valeamus quod nouimus. Habes ergo in vno sole mysterium trinitatis habes multo melius q̄z in coꝛporibus tribus: ꝛ tamen a puritate illa quam creatoꝛ solus ostendit cum dicit. Pater in me est ꝛ ego in patre: ꝛ qui diligit me: sermonem meum seruat: ꝛ pater meus diliget eum: ꝛ ad eum venientes ꝛ mansionem apud euz faciemus: amplius longe est q̄z ortus distet ab occidente: q̄z sol cum suo radio venire nequit: venit autem pater cum filio: haud dubium q̄ in spiritu sancto. Non enim potest vbilibet esse sine filio pater: aut quoq̄z sine patre ne filius aut Spiritus sanctus: quia vbique pater est: vbique Spiritus Sanctus: ꝛ totus in patre filius est: ꝛ in filio pater: totus in vtroque Spiritus Sanctus: ꝛ in eo pater ꝛ Filius: quia vnum sunt. Unde ꝛ simpliciter esse dicitur vnus: qui est veraciter trinus deus: quia sic sunt veraciter tres personę: vt alia sit in alijs: ꝛ nulla vnquam ab alijs queat esse diuisa. Quia si radius ꝛ caloꝛ solis sic veraciter duo sunt: vt tamen nulla possint ratione partiri: quante cecitatis est non posse credere trinum Deum nisi vnitatis veritas elongek in fide? Inter caloꝛe ꝛ splendoꝛem scissionem facere nequis: ꝛ tamen eos non dubitas esse duos: ꝛ diuinam vis substantiam scindere: vt trinum deum credere possis. Item q̄ pius nequius est: nescio que tria preter substantiam noua ad inuentio assignare presumpsit: vt in altero vnitas: in altero trinitas demonstretur: quasi cum substantiam illam ignem̄ que in celo est: ꝛ radium qui ex ea nascitur: ꝛ calorem vnum solem esse dicimus: Quartum aliquod solis nomine assignamus: ꝛ non potius hoc dicentes scissionem fugimus illoꝛum: tamen ꝛ vnitatem in qua manent indiuise ꝛonstramus. Quid enim vidisti in sole nisi illa tria? Aut quid ibi aliud ostendere possumus dicentes ea esse vnuz solem: aut vnam substantiam: nisi hoc tantum q̄ esset illa tria ostendimus indiuise? O humana temeritas quam ceca semper, O inimica semper humane pietati presumptio. Si sic extimasti simplicem diuinam substantiam vt seoꝛsum a personis cogitaueris illam. Sabellium sub Arrio palliasti. Si seoꝛsum a substantia tres personas. Arrium sub Sabellij palliatione excusas. Non hoc sancta animalia clamant: non hoc cantat Dauid in decaꝛdo Psalterio: non vtiq̄z Seraphin que vidit Esaias: sed sensus animalis sibi ista composuit. Sancta vero animalia quid cantent audiuimus: sed iterum atq̄z iterum audire non pigeat quod semper electos dei dicere ꝛ audire delectat. Sanctus: Sanctus: Sanctus: dominus deus omnipotens qui erat ꝛ qui est ꝛ qui venturus est. Hoc fidei testimoniū plus est contemplari animo quam oꝛe proferre. Si discuti queritur hebetatur sensus ꝛ non sufficit egena capacitas puritatem verbi huius in discussione seruare. Sabellius enarrare voluit: allisa est nauis eius in siccum. Arrius vitare querens: deiectus est in limum profundi. Sabellius enim dixit vnam deum esse personam: pro suo velle: esse patrem esse filium: ꝛ esse Spiritum Sanctum. Arrius hoc detestans tres personas fatetur esse: quot nephas est dicere: distinctas essentia ꝛ maiestate: in laudare ergo deum nisi sunt: sed exciderunt: quia cum sanctis animalibus nihil erat illis commune: de propꝛijs loquebantur: ꝛ ideo exciderunt a fide: sicut per se ipsam veritas dicit. Cum loquitur mendacium: de propꝛijs loquitur quia mendax est ꝛ pater eius: quia contra sancta animalia clamant Deum trinum ꝛ vnum: laudant eum in Psalterio ꝛ cythara sicut audierunt in Psalmis. Confitemini domino in cythara: in psalterio decem coꝛdarum

psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione: quia rectum est verbum domini ꝛ omnia opera eius in fide. Verbo domini firmati sunt: ꝛ spiritu oris eius omnis virtus eoꝛum. Ipse dixit ꝛ facta sunt. Ipse mandauit ꝛ creata sunt. Hos psalmi versiculos ad quid proponere voluimus: in sequenti monstrabitur. Nunc autem quantum ipsa donauit: de qua ꝛ loqui cupimus: diuina maiestas: Psalterium decem coꝛdarum: quod propꝛie est in causa: sacra mysteria perscrutemur: quia ne quaquam instrumentum illud tam celebre nomen suscepisse credendum est: vt ex eo liber psalmoꝛum tale vocabulum soꝛtiretur: si magnum in eodem vase non lateret fidei sacramentum cum vtiq̄z minima queque: ꝛ que plerunque audita ipsa fastidiunt: habere mysteria notum sit: quoꝛum est numerus infinitus. Ne cesse est ergo vt multis pꝛe'eratur mysterijs: ex quo multis prelatus notum sibi vendicat liber iste. Liber vtiq̄z psalmoꝛum: qui non modo que diuina sunt referat: sed per quem diuinitati paratur: iter vt ad nostroꝛum penetralia coꝛdium inuitata descendat. Psallamus ergo ei inhoneste: sed vt iubeamur si sufficimus sapienter. Nec tantum in decacoꝛdo psalterio in quo preceptoꝛum decalogus ꝛ totius summa fidei continetur: verumetiam ꝛ in cythara psallendum est: quia ꝛ ipsa in diuina pagina satis celebris est: ꝛ in sacris voluminibus non minus quam psalteriuz reperitur. Quam multum tamen distet inter vtrunq̄z ignoꝛare non possumus: si illoꝛum alta mysteria vigilanter pensamus. Cythara nouum hominem qui secundum deum creatus est: simul cum suo coꝛpore: quod est ecclesia manifeste designat: cuius summa mysterij in tribus superextensio coꝛdis ꝛ concauitate consistit. Concauitas cythare que sit audiamus: nisi quis abrenuntiauerit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus. Et iterum. Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra: quia vbi est thesaurus tuus: ibi est ꝛ coꝛ tuum: quod cum recte feceris ꝛ tenueris: tunc te ad electoꝛum numeruz pertinere confidas: cum tribus spiritualibus coꝛdis laudas assidue deum tuum. Harum prima coꝛda operatio est: secunda lectio: tertia psalmodia: vel certe prima fides: secunda spes: tertia charitas: ꝛ hoc maxime cum scribatur sola vti in libro Apocalypsis. Ne igitur causerio literarum inopiam: ꝛ ob hoc differas conuerti ad Deum dedit in diem: breue admodum est: ꝛ cunctis pene discibile quod audisti. Vende omnia que habeo: ꝛ da pauperibus: ꝛ habeto sicut expedit coꝛdas istas: ꝛ sufficere tibi possunt ad eternam salutem. Quia tamen inter perfectum ꝛ perfectum: dictura est: cum constet luce clarius aliam esse perfectionem que pertinet ad vitam actiuam: aliam que pertinet ad vitam contemplatiuam. Sic accipienda sunt duo vasa ista: que simul scribuntur: vt in altero quod vocatur Psalterium: accipiamus illa institutiam: que propꝛie pertinet ad amoꝛem dei: in altero quod est cythara: illam que spectat ad amoꝛem proximi. Si ergo te delectat contemplatio dei: ꝛ cupis ꝛ sufficis speculatione suspendi accipit secretius decacoꝛdum Psalterium: ingredire ad Archana mysteria: infra cellaria coꝛdis tui: ibi forsitan speculari incipies quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in coꝛ hominis ascendit. Nec mirum si tanta prerogantia mysterij in Psalterio manet: quia per ipsum paratur iter paraclyto veniendi ad nos: ꝛ ipse spiritus: vt testatur Apostolus: scrutatur omnia: etiam profunda Dei. Diximus autem superius quod ꝛ sepe dicendum est: q̄ simplici illi nature que Deus est: cuius vt (ait) Psalmista: sapientie non est numerus: cuius magnitudinis nō est finis: nō potest humanis verbis certa simili

Universidad de Deusto Biblioteca

tudo aptari:quia necesse est vt cedat quantitas illi magnitudini: que quantitatem non habet:z visibilis forma inuisibili nature:z comprehensibile corpus incomprehensibili dettari. Si enim tãtus est vt eius immensitas capi nequeat:si tam subtilis z inuisibilis: vt eius species videri non possit:que nam potest esse figura que illi congrue possit aptari? Quid igitur? Censemus his omnino super sedendum ne aliter sermo accipiatur? Si sic expedit: frustra iam fateamur esse scripta:frustra in diuinis libris tam veteris testamenti:q̃z noui:ad significandum reposita. At ficibus diligenter excoctus: ne noceat stomacho pertimescitur:multo magis timenduz est: ne crudus appositus:magis absit. Nequa q̃z vt oppinor:trinitatem abnegaret. Sabellius si sane intelligeret verbum veritatis dicentis. Ego z pater vnum sumus. Et audi israel. Deus tuus vnus est. Nequaq̃z vnitatis fidem laceraret. Arcius si substantiam trinitatis vnius esse nature: sentiret. Sic sic qui male intelligit quod ait dominus. Ego z pater vnuz sumus de facili potest labi in errorem Sabellij. Et qui male intelligit quod ait Joannes. Tres sunt qui testimonium dant in terra:Spiritus. sanguis z aqua:z tres sunt qui testimonium dant in celo:pater:verbum:z spiritus sanctus:de facili coniungitur tertio: quorum alius trinitatem:alius vt diximus:vnitatẽ negauit. Nos autem opitulante deo: z per sanctorum orthodoxorum patrum gradientes itinera:in quoruz explanatione: plures sustinuerunt labores. Confiteamur:deum vnum:z summe vnum. Confiteamur trinum z veraciter trinum:patrem a nullo:filium a patre:non factum:non creatũ: sz genitũ:spũz sctũz ab vtroq̃z nõ sctũz nõ creatũ:nõ genitum:sed procedentẽ. Cõfiteamur eum sic procedere a filio vt tamen hoc ipsum filius a patre habeat:a quo est: non donatione gratie:sed simplicis vitate nature. Ostendit hoc filius vbi dicit. Cuz venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. Al patre inquit:quia sicut ipse est a patre:ita z spiritum sanctum habet a patre:quia sicut pater nunq̃z esse potuit:nisi quod est:ita nec filius:nec Spiritus sanctus. Neq̃z enim quia filium a patre esse dicimus:z a patre z filio:spiritum sanctum: idcirco aliquid prius:posterius:vt in trinitate esse fatemur:sed cõfitemur totas tres personas eeternas sibi esse: z coequales: Psallamus super hoc in decacordo psalterio:fide potius z intellectu q̃z voce. Possumus enim aliquid intelligere: non vt iam possimus scire quomodo est: sed vt credere possimus quod est. Diximus superius nullam esse similitudinem que tante materie posit sufficienter aptari: z tamẽ plura esse mysteria: que ad se inuestigandum constituit secundum illud supra memoratum: quod per Joannem dicitur. Tres sunt qui testimonium dant in terra. Spiritus aqua z sanguis. Et faciamus hominem ad imaginem z similitudinem nostram. Et multa alia quorum ad presens mentionem facere non est locus. Inter cetera ergo opera domini: que mysterium exibent trinitatis magnum tenet locum decacordum Psalterium. Est enim vt diximus: vas vnum musicum: quod z si diuidi per partes potest quia corpus est non tamen vt esse possit decacordum Psalterium: quam diu ergo Psalterium est indiuisum est. Si diuidatur in partes: mox esse desinit id quod erat. Igitur vas ipsum vnum est: sed tamen triangulatum: sed tamen in tribus cornibus mira modo consistens. Adeo enim tria cornua ipsa vnitas possidet indiuisa:vt z tria videantur esse vnum: z vnum tria: quod melius in ipsa figura cerni potest: q̃ verbis competentibus explanari. Non enim aliquod trium si totaliter horum quod libet contemplari volueris: (hoc est) pro quantitate duarum linearum que conueniunt in angulo vno distincte ibi occupat partem suam z aliquid seorsum: a duabus attingit: sed ipsa in diuisa

sa similitudo substantie mirabiliter sufficit ad ipsa tria:ita vt in vno quolibet duo necessarie accipiantur. Si ergo ad contemplandam illius summe essentie vnitatem que non est corpus sed spiritus:aliquid vestigium similitudinis res attrectabilis habere potest:q̃z sit hoc multis aliis preferẽdum facile intelliget vir peritus:q̃zuis nõ corpus ipsum:tanto huic deseruiat sacramẽto:sed forma. Neq̃z enim in hoc celesti organo de tribus dissimilibus rebus agit: vt sunt:panis:vinuz: z oleũ:vt sunt aqua sanguis z spiritus:z his similia:in quibus hin quid inuenitur misterium trinitatis: sed de forma ipsa que trina est: sed tamen simplex z indiuisa:de figura ipsa vel arce que vocat psalteriũ. Qui hoc minus intelligit:nescio vtrũ sane valeat itelligere que sequunt. Nauis vnũ est vas:nec tamen ex vno ligno:sz ex multa lignoz materia:manu artificis diligenter extructum. Significari autem in naui orthodoxam ecclesiaz nulli sane sapienti dubiũ esse potest quero vbi sit hec figura:respõdebis in naui: quero quid sit nauis:formã mihi:credo non lignoz siluã ostendes. Non enim ligna ipsa de qbus cõposita est nauis:naturaliter:nauis sunt:sicut naturaliter ligna sunt: sed illud vas dicitur esse nauis: quod ex eis constat esse compositum. Sicut nec lapides aut cementuz simplr murus sunt qũo id quod sunt:sed quod ex eis est cõpositũ: murus ẽ. Possumus mille talia exibere:ẽpla:sed tamẽ fideli pauca infideli nec multa sufficiũt. Sic sic celeste organum discrete considera:z mirũ illũ quod querimus: speculari valebis. Accipienda sunt ergo tria cornua in triũ similitudine personarum: nec confuse vt quod vel referas ad patrẽ:quod velis ad filiũ vel ad spiritũ sanctũ:sz distincte prout res expostulat: vnumquodq̃z in misterio proprietatis sue: vniuersum vero vas ipsuz in similitudine diuine substantie que vna est trium nõ in partes diuisa: sed tota simul nimirũ. q: in patre est filius z spiritus sanctus:in filio pater z spiritus sanctus:in spiritu sancto:pater z filius: qz vnũ sunt. Neq̃z.n: audemus dicere vnus sunt:sed vnũ:nisi quãdo addit deus. Cum enim dicimus vnũ sunt:substãtiã vnã trium accipimus in hoc vno:sicut z veritas ipsa dicit. Ego z pater vnum sumus. Sic igitur tria cornua trinitatẽ designari:integritas psalterij vnitatẽ. Et hoc q̃z mirabiliter diligẽter attende: aliud sonat vnus: aliud sonat vnitas. Unus.n.absolute dici negt:nisi de vna psona. Unitas vero ꝓprie dici non potest nisi de duobus ad minuo. Neq̃z.n.cuz iubemur cõsistere in vnitate ad singularez psonam referri posse credendũ ẽ. Licet ad populũ ad cõgregũ:ad plebẽ. Cũ.n.dicit absolute:vnus est: hic aut illic nõ est in loco ille nisi vnus:psonã incũctãter intelligo:cũ vero dicit:vnitas est in loco illo:profecto nihil aliud itelligimus: q̃z multoz eoz vnũ z animã vnã:hoc est vnã voluntatẽ z vnũ cõsensuz. Si vero sic dicitur. Unus est in loco illo:vt protinus addat quasi:potest vnus:accipi de collectione multoz:vt vnus populus:vna plebs. Sic igit cũ dicimus:pater z filius z spiritus sanctus:nõ audemus dicere vnus sũt: nisi cõsequẽter addat deus. Si ergo dicimus tres psone:vnũ sunt: catholica cõfessio est. Et si dicimus tres psone vnus deus sunt catholica confessio est. Qui autem dicit pater z filius z spiritus sanctus vnus sunt:Sabelliane hereseos asseueratoz efficitur. Cõstat igit ꝙ neq̃z trinitas neq̃z vnitas:de vna persona simpliciter dici potest. Sed trinitas dicit de tribus psonis. Unitas de substãtia vna:nõ vnius psone:sz ipsaz triũ psonaz. Qua in re notãdũ ẽ ꝙ neq̃z in hoc verbo quod est trinitas: psones ipsas:neq̃z in hoc nomine qõ ẽ vnitas substãtiã simpliciter intelligimus:quasi eo ipso intelligamus esse personas quo intelligimus esse tres aut eo ipso intelligimus esse substantiã quo intelligimus esse vnã: quia possumus aliqua tria intelligere que non sunt psone:z aliquod vnũ quod nõ sit substantia:vt tres horas noctis:z vnaz noctẽ

cum vero adduntur illa ad que dicta sunt tria vel vnum: tunc intelligimus que sint illa tria ⁊ quid sit illud vnum: tres: scilicet persone ⁊ vna essentia: quamuis a diuinis eloquijs vtriusq; testamenti nomen persone vel substantie peregrinum sit: nec queat inuenirt aliquod nomen in prophetis ⁊ apostolis quo vna trinitatis essentia demóstret nisi deus ⁊ dominus: ⁊ aligd simile ⁊ illud quod dictũ est a dño ille. Qui misit me a vobis: nec aliquod nomẽ quo itelligant tres persone: nisi in hoc qõ deus: deus: deus: sanctus: sanctus: sanctus ⁊ siquod simile. Neq; enim propterea dicuntur persone quia tres: nec ideo dicitur substantia: quia vna trium. Diceretur enim persone etiam si tres non essent: ⁊ diceretur substantia etiam si vna non esset. Cum ergo queritur quot sunt ipse persone? Respondemus tres: nec vna tan persona pater cum filio ⁊ spiritu sancto esse putet ⁊ singularitas personarum: quod falsum est ⁊ nõ magis pluralitas predicet. Et cũ querit de substãtia diuina: dicimus eã esse vnã: ne go ipsas tres psonas inequales extimet aut diuisas ignoras verbũ dñi dicẽtis. Ego ⁊ pater vnũ sumus. Ad aligd ergo dicta est trinitas: ad aliquid vnitas. Trinitas ad vitãdã singularitatem psone. Unitas ad cauẽdã vnius diuisionẽ substãtie. Aliud. n. portat vnitas: aliud singularitas: aliud pluralitas. Trinitas vt iã dixi de cõmunione pluriũ dicta est: nõ de vna trĩ psona: q; nisi singularitas est: vnitas eẽ nõ potest. Singularitas autẽ dicit de vna aliqua psona: que sola est: pluralitas de duabus ⁊ supra ⁊ vt iam dixi: nõ vbi singularitas: sed vbi pluralitas: ibi vnitas est: q; igit tres psone ibi sunt: nõ vna trĩ: ⁊ ipse ilecessibiles a seipsis: recte ibi ieste vnitas: ⁊ ipsa vnitate pluralitas: nõ singularitas p̃dicat. Credimus ergo hãc sbãz q̃ vna ẽ esse tres psonas tõ vnã trĩ: ne singularitas sicut accidit Sabellio occurrat p vnitate: ⁊ tres psonas: vnã substãtiã: nec ipis trib⁹ psonis diuisio ineste putet. Credimus vnã

Exo.

personam vocari patrem: quia habet filiũ aliã vocari filiũ q; habet patrem aliã vocari spiritũ sanctum: q; ab vtroq; spiratur: (hoc est) q; ab vtroq; procedit ⁊ ab vtroq; donat: aut figd dignius posse credit: huic sancto nomini conueniunt aptari. Nomẽ ergo trinitatis a sanctis ⁊ catholicis patribus nobis traditũ est: vt p hoc nomẽ vnũ deũ esse tres psonas veraciter itelligamus. Nomen vnitatis: vt vnius esse substantie illas tres personas confiteamur: (hoc est:) vt credamus illas indiuisas ⁊ inseparabiles a seipsis: ita vt sint summa vnum: ⁊ veraciter tres. Cum autem dicimus deum esse sapientiam: vitam: charitatez: iustitiã: veritatẽ: ⁊ his similia: secundum substãtiã accipiẽdũ est. Similiter ⁊ nomẽ psone sm substãtiã accipiẽdũ est: ita tamẽ: vt quomodo dicimus deũ patrẽ: deũ filium: deũ spiritũ sanctũ: nec tũ tres deos: sed vnũ deum: ita dicamus psonã patrie esse substãtiã: psonã filij esse substãtiã: psonã spiritus sancti esse substantiã: nec tũ tres substãtias sz vnã substãtiã. Nõ credũt hoc Sabelliani: quia nesciũt p visibilia mũdi: cõsiderare invisibilia dei: nec p res humiliores ⁊ minimas: contemplari sublimia. Videmus sepe vnũ ignẽ ferro seu carbonibus adhereret: videmus flãmam ex eo genitaz: que nihil est aliud q̃z splẽdor igneus exsomẽti substãtia cõspissatus. Sentimus in vtroq; esse calorẽ qui ex igne pariter ⁊ flãma indefinenter procedit: nec tĩ tres ignes sunt in quo hec tria cernimus: sed vnus ignis. Antiq tamẽ patres disputãtes aduersõ arciũ qui filij negabat eternitatẽ: flãmam siue ignem similitudini paterne dedũt: lucẽ filio qui coeternus est patri. Ego autem tanq̃z fidelibus non infidelibus loquens: ignem patri: flammam filio conuenientius dari puto: quia ⁊ flãma illa rubi que apparuit moysi: filij similitudinem gerit: ⁊ omnis flamma que per lignum seu stipulam manifeste apparet: siquidem antea occulta est: in eo: q; sic apparet in substantia palpali ⁊ terrena: ipius filij apparentis in carcere simili-

tudinem gerit: calor autez spiritus sancti. Rursum in cõparatione illa qua dicimus: tria hec vnus sunt ignis: ⁊ vnus ignis hec tria: si illa lux intelligitur tantum que lõgius diffunditur extra flammam non ita cõgrue dari potest in secundo loco similitudo ipsius lucis quomodo flãme que ignis est: presertim quum aliud sit sapientia genita cuius similitudo est in flamma aliud spiritus sapientie: qui est vnum de septem donis: cuius recte in luce illa longius diffusa: similitudo est: vtpote: que non est flãma: sed de flamma procedit. Nec illud cuius recte in luce illa similitudo est: vt potequ de igne ⁊ flamma procedit. Nec illud mouere debet q; flamma que materialiter latet in igne non simul a principio reuelatur cum eo: quia nec filius a principio voluit hominibus reuelari: sed manifit in abscondito vsq; ad tempus statutuz: sicut ⁊ per prophetam dicitur. Domine quis credidit auditui nostro: ⁊ brachium domini cui reuelatum est. Et notandum q; ceneribus non solum flamma tegitur: sed ⁊ ignis quamuis amplius flamma: quia in verbis testamenti prioris: plerunque ipse pater: sepius autem filius qui est verbum patris in rerum immaginibus occultatur: que tamen si velud quodam flatu spiritualis intelligentie exterſa fuerit: mox apparet non solum pater qui designatur in igne: verum etiam sapientia eius que est Christus q; ⁊ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Verum hoc contra Sabellium qui nomina tantum vacua: ⁊ non etiam subsistentes personas quas Greci dicunt substantias predicabat. Unde Augustinus in libro de ciuitate dei. Non propter hoc naturam summi boni simplicem dicimus quia sola est ibi nominum trinitas sine substantia personarum: sicut Sabelliani putauerunt: sed quia est hoc quod habet exceptio q; relatiue quoq; persona ad alteram dicitur: nec est ipsa. Et hoc quasi intelligẽdum sit: docet Hiero. scribens ad Damasum papam: pp eos qui ypostases alias q̃z dicet: intelligebãt. Interrogemus (ingt) qd tres ypostases arbitrent intelligi tres personas subsistẽtes aiunt. Respondemus nos (ingt) ita credere: sz nõ sufficit eis iste sensus. Quare non sufficit eis iste sensus? Quia nescio qd aliud in hoc verbo conabant exprimere: p qõ aut psone singularitatem: aut pluralitatem substantie conarent asserere. Sz quocũq; illi ducant spũ: quocũq; sensu nos psonas tres sm substãtiam ꝓfitemur: nõ sm nudas voces. Scõm q; ẽt Scũs ac venerabilis pr Bernardus abbas clareual Ber.
lẽsis in lib. de cõsideratione: scribẽs ad Eugenium papam. Nõ enim (ingt) noia vacua sũt: neq; absq; significãtia calle voces. Querit enim qs: quo hoc possit esse: sufficiat ei tenere sic esse: atq; hoc nõ rõm ꝓspicuum: nec tũ opinioni ambiguũ: sz fidei psuasum. Sacramẽtum hoc magnum est: ⁊ qdem venerandum nec scrutãdum: Quo pcalitas in vnitate: ⁊ hec vnitate: aut ipsa in pluralitate. Scrutari hoc temeritas est: credere pietas. Itaq; non cassas voces: ⁊ noia vacua tres psonas credere phas est: ⁊ tñ vna est substãtia trium: diuina ipsa natura que dr essentia: vt nihil ibi diuisuz: nihil secessibile esse aliqs suspicet. Sz ergo tres psone sm substãtiam dicant: sz essentia psonaz sm substãtiaz dicat: hoc tñ interest q; nomen psone platum in plurali numero pluralitatẽ indicat: singularitatez demitat ⁊ nomen substãtie vnitatem retinet nihil scissionis aut diuisiõis admittẽs. Quãuis inq̃z psone sm substãtiam dicte sint: ⁊ quãuis essentia sm substãtiam dicta sit: hoc tñ interest q; nomen psone pluralez admittit numez: itq; vt tres esse dicantur: essnetia vna trium modis oibus execrat scissionẽ: nõ q; nomen istud hz hoc in ꝓprietate sui: sz q; ita positum est a pribus: vt esset quo respõderemus hereticis querẽtibus a nobis: que tria? vel qd vnum? q̃zuis melius quereremur: quõ vnum tria? ⁊ tria vnuz: q̃z que tria sint ⁊ qõ vnũ: q; nõ aliõ est ibi vnũ: ⁊ aliud tria: sz ad aliõ. Nõ aliõ dixi: sz

Esa.


Jo. 1

Augu.

Exo.

Hiero.

ad aliud: qz ipse quidem tres persone sunt vnum: z hoc vnum ipse tres persone: z tñ ad aliud dicte sunt ibi tres psone: ad aliud vna substantia vel essentia: q illud dr vt intelligant etiam tres: istud vt intelligat qz ipsi tres nõ sunt a semetipsis aliqua partium scissione diuisi. Neqz enim aliq̃ pars est ibi pr sicut radix arboris: que qz ammodo a nullo est: alia filius vt surculus: qz a radice in qua z manet: ascendit: alia spiritus sanctus sicut cortex que pertinet ad vtrũqz: qz nulla corporalis imago põt summam illaz exprimere vnitatem in qua nõ est minus aliqd in singulis q̃z in tribus: q̃uis si illa tria que pprijs exprimunt vocabulis non sunt tres arbores: sed vna arbor: qd miz si tres psone dicunt esse pr z filius z spiritus sanctus: z tñ vnus deus: vna essentia: vna natura? Ubi enim vnitas ibi gaudium: z vbi diuisio ibi meror. Quo circa si illud gaudium inextimabile est: restat vt illa vnitas ineffabilis sit. Sed si trinitas psonaz in combus designata est: in quo vnitas? Nam multum interest inter assignationem trinitatis z assignationem vnitatis: z nõ eodem põdere rõnis demõstrat vtrũqz. Non enim inuenio aliqd quartum qd possiz ostẽdere scissitanti: quõ ostẽdimus illa tria: z ideo necesse habemus reducere mẽtis oculos ad tres ipsas psonas: in qbus assignauimus trinitatem z dicere tria ipsa esse vnum: esse vnam substãtiam: vnum deum: quõ vt nõ rem similem: sed dissilem dicam: tribus Juda: z tribus Beniamin: z tribus Leui que remanserunt filijs Dauid: z templo dñi: vnus simul populus dicte sunt. Neqz enim cum dico: vnus populus: quartum aliqd assigno: sed dico qz vnitas est in tribus illis: eo qz non sint scisse vel diuise a domo Dauid quõ relique decez tribus. Q õ cum ita sit: qd possum ostẽdere cum interrogor de vnitate: niſi qz vas ipsum in quo sunt tria cornua: vnum est. Qz tñ aliud est esse vnum: aliud est esse diuisum: siquidem hec duo ptraria sunt sibi adinuicem: vident quodãmodo hec duo contraria pugnare aduersus illa tria: dum mera vnitas vult illa tria: vt loquar improprie mãe pluncta: apta diuisio scindere z partire. Igit nec per hoc qz dr aliqd vnum esse: nec per hoc qz dr aliqd esse diuisum notat aliqua substãtia: sz sunt quedam voces intellectuales: qbus innuitur aliq̃z substantiam esse diuisam: aliquaz esse indiuisam simplr. Igit nec vnum esse nec diuisum notat aliqõ substãtiuum: sed sunt quedaz voces intellectuales qbus innuit aliquam substantiaz esse vnam: aliq̃z esse diuersam. Tenuit autem hoz vnum Arrius: altez catholici tenent. Nam vox ipsius Arrij scissionem sonabat: que posset notari in tribus ẽgulis a seipsis distinctis.

Figura Arrij sic. 


vox catholicoz 

Figura catholicoz

ruz vnitatem: que notatur in figura triangulata. Nez qz aliud intelligimus in ipsa simplici natura: cum dicimus deum esse trinum: aliud cum dicimus trinitatem esse vnum deum: non incõgrue infra ipsaz tria cornua psalterij: figura quedam rotunda fieri pstituit: vt in ipsa: vz: rotunditate intelligamus verissimam vnitatem substantie. Igitur figura ipsa rotunda que manet media inter tria cornua: nõ est accipienda quasi substãtia: qz nec est. Est enim substantia totum vas: sed quasi quedam vox materialis predicans totius vasis (hoc est) substãtie vnitatez: ne qs cum audit trinuz putet esse diuisum. Igit z si tria cornua trinitatem predicãt: z circulus vnitatem: nõ ideo tñ sicut tria cornua tres psonas: ita orbiculus ille: quartuz aliqd designat: quasi diuina essentia quartum aliqd sit: sed innuit tñ trium psonaz vnitatem: z tãtam vnitatem: quanta in nulla re simili inueniri queat: z in ipsis cornibus simile aliquid notari queat: si id qd est in eis extremum vel acutum: pro voce accipit materiali: vt

neqz in

neqz in quo dicitur trinum: quod vnum est: neqz in quo dicitur vnum quod trinum est: patiatur veritas detrimentum: propter hoc enim cum sint tres persone: vna substantia dicte sunt: quomodo tria cornua illa: vna res: vna substãtia: z vnum vas: quomodo autem dixi similitudinarie quid nõ causatiue: quia aliud est dare imaginem: aliud est exprimere causam. Ubicunqz ergo occurit: vt ita positum sit: quomodo: vel sicut: sic accipiatur vt intelligit ijs qui scribit: quia (vt ait vir serenissimus Sanctus Hylarius in libro de Trinitate) non sermoni res: sed rei est sermo subiectus: oportet enim lectorem discutere scribentis intentionem: non impropietatem verbi: que vix in tam altis rebus pro loquẽdi inopia seruari potest. Si enim quartum aliquod esset essentia diuina: nõ dicerent sancta animalia: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus Deus omnipotens: sed dicerent simul o tres Sancti: z postea subiungerent: dominus Deus omnipotens: quia illi tres: z iste vnus. Sed quia ideo dicitur vnus deus: quia nõ sunt diuise tres persone: sicut nec tria cornua vasis huius: dicitur quidem semel: Sanctus: propter patrem: semel propter filiuz: semel propter Spiritum Sanctum: z ad extremum datur causa: quare non sint ausi dicere: o tres Sancti: cum addatur in fine: dominus Deus omnipotens. Quapropter z si cornua ipsa psalterij: indiuisa sunt z totum simul possident ipsa tria: ita vt extra ea non sit aliquid exigendum: sed totum fatendum z confitendum: qz tria vnum sunt: extremitates tamen eorum videntur z ipse: sicut z circulus voces esse materiales: vt quomodo extremitates ipse indicant tria cornua: z rotunditas vasis integritatem: ita tres ipse extremitates: videantur clamare: Sanctus: Sanctus: Sanctus: rotunditas autem: dominus Deus Sabbahoth: quia z quod acutum est: personam indicat: z quod rotundum non vnius persone: sed ipsarum triuz per

Hilar.

sonarum veram z simplicem vnitatem. Scimus enim q in circulo: nulla est anguli differentia: sed est quodammodo circulus summe vnum. Si hoc de aliqua re preter q̃z de Deo dici possit: eo qp res rotunda: tota simul in seipsa esse vniformem videatur: z non sit in ea aliquid quod angulis: siue cornibus ostendatur diuisum. Si ergo sic esset Deus in substantia vnus vt non esset trinus in personis (quod falsum est) ei profecto figura vnius virgule: z neqz figura rotunda: neqz triangulata in tanto mysterio conueniret. Et si ita esset trinus vt non esset etiam vnus Deus: sic ei conueniret figura triuz virgularum: vt ei neqz triangulata: neqz rotunda conueniret. Quia vero in personis trinus est z in substantia vnus: neqz vnius virgule: neqz trium maxime inequalium z disiunctarum ei in mysterio conuenire dignoscitur: sed potius trãigulata pariter z rotunda: iuxta quod in libro Apocalipsis: ipse sibimet testimonium phibet: dicens. Ego sum Alpha z. ω. fm hoc enim forma Psalterij decacordi vtriusqz huius elementi figuras demonstratur habere. A. O. Sine ergo extremitates trium cornium: siue triangulatum elementum: i. quod grece dicitur Alpha: nihil aliud sonat q̃z Sanctus: Sanctus: Sanctus: z siue rotunditas illa que inter tria cornua sculpta est: siue elementum rotundum: qd est. O. nihil aliud resonat q̃z dominus Deus omnipotens: tibi est gloria z imperium in secula seculorum. Amen.

Apoca.

Apoca.

¶ Explicit Distinctio prima. Incipit Distinctio secunda libri primi.

Quia vidimus annuente Deo: quomodo tres persone sint vnus deus: z vnus deus tres persone: superest quere re z inuestigare: quomodo totus pater intelligatur esse in filio: z totus filius in patre: z totus Spiritus Sanctus in patre z filio. Ut autem (prestante domino) dari

Universidad de Deusto
Biblioteca

quear:recurrendum est ad exempla. Ne/
que enim quod scriptum est de rebus hu/
manis:longe dissimile est a diuinis: alie/
num est a fide per dissimiles similitudines
ascendere ad notitiam creatoris:nec diuer
sum a ratione assignare aliquid in distan/
tibus rebus:quod longe altius veruz est:
cum hoc asseritur in creatore. Nam si lux
candele que deficit ad momentum: lux
quomodolibet dici potest: quanto id ve
rius dicitur de luce Solis:que tam indis/
similiter maior est:z non ad horam depe/
rit vt lux cãdele:sz ptinua manet? Sic si ō
creatura dī aliqd qō sit bonū z felix:necel
se est vt dicaī verius de eo qui sine q̃litate
aut q̃titate:bonus z felix est:hūs essentia
liter in seipso qp cōicet ex ipe electis suis:si
cut per imaginem z filitudinē sinam:sicut
p gr̃e largitatez. Quocirca:q; ipse in vnita
te trinus est:q̃suit semp z queret:quo plu
res homines z diuersi populi conuenirēt
in vnum:sciens q; nulla possit esse felici/
tas vbi scissio z diuersitas est. Omne enim
Regnum in seipsum diuisum desolabi/
tur. Inde est q; filius orat pro electis suis
vt sint vnum ad sue z patris sui filitudi/
nem vnitatis:dicens sic. Pater sancte ser
ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: Joan.
vt sint vnum sicut z nos. Et hoc quidem
de Apostolis. Deinde post pauca que re/
tulit:adiecit z ait. Non pro his rogo tan
tum: sed z pro eis qui credituri sunt per
verbum eorum in me: vt omnes vnum
sint:sicut tu Pater in me:z ego in te: vt
z ipsi in nobis vnum sint. Et paulopost.
Ego claritatē quam dedisti mihi dedi eis
vt sint vnum sicut z nos vnum sumus.
Certe audiuimus ex verbo veritatis quō
nos velit filius esse vnū ad imaginez z fili
tudinem illius vnitatis:qua ipse z pi vnū
sunt. Est aūt vnitas ista in spiritu:ſm illud
qō scriptum est in actibus Apl̄oz. Multi/ anz
tudinis aūt credentium erat cor vnū z aia
una. Scōm hūc modum vnitatis:accipie
duz est illud qō Apls ait. Qui adheret do
mino:vnus spūs est. Hac filitudine vsus
est Augustinus in assignatione vnitatis Augu.
inter Patrem z Filium: dicens. Sic di
catur Deus de Deo: vt singulis hoc no/
men: Deus: conueniat. Sed quare di/
cens illud Augustinus addidit istud: ni Augu.
si quia sicut multum differt inter diuer
sum z q̃iunctionem:ita multum interest
inter q̃iunctionez diuersaz naturaz:z na
turalez vnitatē illaz rez:que nec naturaz
habent diuersam:nec sbam:vel essentiam
partium scissione diuersam. Quocirca si
de diuisione ipsa agitur in primo loco: de
coniunctione in secundo: de simplici vni
tate in tertio: liquet q; scissio diuisionem
facit: coniunctio vnitatem quidem: nec
tamen ita simplicem in vna re quomodo
in alia:nec ita in corporalibus rebus quo/
modo in spiritualibus. Quis enim pos/
set ita coniungere corpus alicuius homi/
nis corpori alterius: quomodo coniun/
gitur ignis igni: vt quamdiu ita manet
coniunctus:nulla ibi diuisio inesse videa/
tur? Quanto magis autem sic adheret spi
ritus spiritui: vt vnus spiritus sit? Quan
to ineffabilius vna substantia sunt z vnus
spiritus:siquidem Deus spiritus est:tres
persone Deitatis: que non ex tempore
sunt coniuncte: sed semper in ea vnitate
in qua sunt: manent simul tote z indiui/
se. Ergo quia ineffabilis vnitas in trini/
tate est: ita vt in Patre sit filius: z in fi/
lio Pater: z in eis illorum compar spiri/
tus ab vtroq; procedens: ad ipsius bea
titudinem pertinet vnitatis:vt quicquid
ibi dicitur ſm substantiam: idest: quic/
quid ibi dicitur q; substantiam alicuius
persone demonstret: totum dicatur esse
vel in Patre: vel in Filio:vel in Spiri/
tu Sancto: dicente Augustino. In Dei
substantia quicquid excogitari potest:sub
stantia est: z nihil est in Deo q; non sit
Deus. Est enim substantia genita: in in/
genita z econuerso:z nihilominus proce/
dens substantia ingenita:z in ingenita:z
econuerso:ita tamen vt propter summam
vnitatem:sic alia persona dicatur:z sit sub

stantia ingenita:alia subgenita:alia proce/
dens: vt tamen simul tres persone non
sint tres substantie: sed vna substantia.
Psallamus super hoc in vase celesti:z qd
in eo sit repositum:de tanto mysterio vi/
deamus. Psalterium (vt sepe diximus)
vnum est instrumentum:z tamen in ipso
tria cornua sunt:non vnum. Non autem
ita sunt tria cornua inserta siue sculpta in
ipso:vt aliud sit Psalterium:z aliud tria
cornua eius:sed illud idem. Quomodo il
lud idem? Quia totum Psalterium:tota
tria cornua:z tota tria cornua totum psal/
terium:z tantum continet vnum cornu:
quantum simul tria. Verum z si sic vna
est in tribus substantia ipsa: que vocatur
Psalterium:vt tamen singulum cornuz
habeat ſm aliquid ꝓprietatem suam:nec
vnitas tamen singularitatem infert: nec
singularitas cuiuscunq; trium vnitatem
excludit. Quare? Quia meta z distinctio
vniuscuiusq; cornu non potest inueniri
nisi in plenitudine aliorum. Quocirca dā
da est vnitas vniuersitati Psalterij: cu/
iuslibet autem persone:singularitas alicu
ius trium. Singularitas autem dico non
(quod absit) vt aliqua psona intelligatur
ibi esse singularis:cuz hoc sit ibi omniuz:
quod vnius (dicente Domino.) Et tua
Pater mea sunt: z mea tua sunt: sed ad
differentiam vnitatis (hoc est) vnius sub
stantie trium personarum:ne quis (quod
absit) sic accipiat vnam trium personaruz
essentiam:quomodo essentiam cuiuscun
que persone: cum ibi nomine essentie in/
telligamus simul:ingenitum:z genitum:
z procedentem: hic aut solum Patrem:
aut solum Filium: aut solum Spiritum
Sanctum:Cum enim dico vnam substan
tiam: tota simul tria cornua complecto:
in vno vase:ac si vnum psalterium:vnaz
substantiam nominarem. Cum autem di
co tres personas:non quia tres personas
nomino:scissionem facio vnitatis:sed di/
stinguo quid pertineat ad singulam perso
nam. Deinde si tria cornua ipsa quero me
tis distinguere:non sufficio:quia q; dicere
sicut est: non est facile tria illa esse figilla/
tim intuenti:z tamen tria vnum:z vnum
tria:z duo in vno:z vnum in duobus: z
alterum in altero:ita vt non sint plus tria
simul q̃z vnum:nec vnum minus q̃z tria.
Qui potest capere capiat. Qui autem nō
capit istud quod deorsum est:z oculis cor
poreis videri potest:quomodo valebit ca
pere quod videri non potest? Verumta/
men ne se aliquis de difficultate excuset:
dabimus operam pro posse nostro facere
facilia que difficultatem minantur. Quā/
uis autem Deus omnipotens sine quan/
titate magnus sit:res tamen quibus eum
assimilando intelligere querimus:quanti
tate:necesse est:terminentur: alioquin fi/
gure ipse incomprehensibiles foxent:sicut
z ipse incomprehensibilis est:qui ꝓpteres
sensus nostri acumen z capacitatem exce/
dit: quia ipse incircunscriptus spiritus
est: nos autem locales z circunscriptibi/
les sumus. Omnis ergo res que cingitur
meta:de spatij sui quantitate:consideran/
da est:vt est ciuitas infra muros:vinea cir
cuncincta maceria:z his similia. Nunc er
go considerare est sepe scriptam figuram
quam esse diximus triangulatam cuius/
modi sint exitus cornuum eius: z quali
sint spacio terminandi. Fortasis etenim
in hac figura ita necessaria cornua tris illa
vocauit:quomodo Pater:verbum:z Spi
ritus Sanctus necessitate loquendi: tres
psone a patribus dicti sunt:nō inuenienti
bus cōe nomen qō eis plurale conueniret.
Nō igit tria illa que vocauit cornua sic in
telligas: vt illoz trinimodo extremitates
accipiendas existimes:q̃z tum due lince
capiāt ex aduerso simul decurrentes:ad an
gulum. Quapp si incipies a principali cor
nu q̃titatez ipsius cornu que dilatat deor
sum vsq; ad limitem suum:vigilāter attē
das:videbis cornu ipsum occupare totū:
qō trium esse videt:nullum preiudiciū in
decurrentibus aliis:qui minus z ipsa id sint
pariter qō fuerunt. Sili z in secundo cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit: primum ⁊ secundum totaliter sunt: ⁊ in tertio pariter secundum ⁊ primum. Tantum est ergo vnum eorum: quantum simul tria: ⁊ duo in vno: ⁊ vnum in duobus: quod oculis contemplari melius q̃ verbis intimare valemus. Inde est q̃ perfectus Deus pater: perfectus Deus filius: ⁊ perfectus Deus Spiritus Sanctus: perfectus Deus tota Trinitas predicatur: quia (vt ait Beatus Bernardus: cuius supra secimus mentionem) deus verus trinitas est: deus verus singula personarum. Sed hinc penset vnusquisq̃ q̃ promptus debet esse ad fidem dei: q̃ facilis ad credendum quod testantur Scripture de domino Deo creatore suo: ⁊ quod nobis patres catholici crediderunt: quando vmbra veritatis inexplicabilis est. Si enim illud inexplicabile est quod mysterio seruit: quis de veritate ipsa que deus est loqui se posse digne: aut sufficienter confidat? Satis est nobis videre sudarium quod fuerat supra caput Jesu: explicare nobis illud nõ licet vsq̃ forte ad diem illum in quo illud dominus ipse explicãdum constituit. Cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amẽ.

Bern.

¶ Explicit Distinctio secunda. Incipit tertia.

QUod de simplici illa natura que deus est: a patribus catholicis: ⁊ orthodoxis: nobis traditum est: subtili est scrutatione pensandum: quomodo in deitate trinitatis: quicquid est potens: quicquid eminens: quicquid glorioſum: aut felix: totum esse dicatur: credatur ⁊ intelligatur cuiuscunq̃ psone: ita vt plenitudo ipsa diuine sublimitatis: non minor sit in singulis q̃ in tribus: immo vt quod trium esse dicitur: non per singulas personas: diuidatur in partibus: sed totum sit integre singulorum: excepto q̃ proprium est patris: esse patrem: proprium filij esse filium: proprium spiritus sancti esse spiritum sanctũ. Nam si hoc est ibi singuli quod simul trium: propter ineffabile vinculum vnitatis: quomodo maius aliquid habere ibi possunt tres simul q̃ singuli? Ut enim loquamur aliquid de vsu humano. Si aliquis Rex assumeret in societatem Regni: siue (vt accidere potuit) filium ⁊ nepotem: siue aliquem alium de sanguine suo: dans illis in omnibus omnem plenitudinem potestatis: quatenus simul tres: simili honore venerarentur ab omnibus: in quo minus honoratus esset vnus q̃ simul tres: aut q̃ magis possent in Regno tres simul q̃ singulus eorum: cum ea potentia dominaretur ibi vnus: qua simul tres: ⁊ eo honore quo tres simul frueretur vnus? Ceteruꝫ si res diuerse conferuntur simul: multum interest inter res corporeas ⁊ incorporeas ⁊ spirituales. Certe si in aream pergis laturus triticum: si ad torcularia vinum: si demuꝫ ad fontem hausturus aquã: causaris non immerito ⁊ sollicitaris de vase: ne forte si paruum est minus afferas q̃ res aut necessitas exposcit. Si autem carbones ignis ad succendendam stipulam: siue ligna ferre queris: nonne in ferendis illis frustra de quantitate causaris: quum tanta virtus sit in vno carbone quanta in tribus: ⁊ non magis succendatur ex tribus q̃ ex singulis: etiam si id quod cernitur oculis: maius in tribus q̃ in singulis esse videatur. Neq; enim quantitas corporalis rei a sli mitanda est Deo: sed quantitas virtutis. Alioquin si aliquid interesse vis inter tres carbones ⁊ vnum: fatemur ⁊ nos in personis deitatis: dicentes plures esse tres personas q̃ duas: nec tamen maioris potentie: aut virtutis: quia id potest singula quod simul tres: Si autem inter aquam ⁊ ignem tanta inequalitas est: quantam inter ignem ⁊ Deum esse putas? maxime cum vnusquisq̃ trium sine quantitate magnus sit: sine indigentia creator? Si enim maius aliquid essent tres q̃ singulus trium: haberet profecto terminum immensitas singulorum: ac per hoc nullus oipotens. Si autem singulus

eoꝫ sine quantitate magnus est: quomodo possunt maius aliq̃d esse tres q̃ vnusquisq̃ eoꝫ: quum ea magnitudine sit q̃q̃ magnus in semetipso: qua maius aliq̃d esse nõ pot? Illꝫ enim ⁊ istud simplicitas illa in qua non est aliqua partium siue diuiño voluntatum: sed summa vnitas ⁊ inscissa maiestas. Ut enim a supernis illis redeamus ad ima nostra illud boni semp ⁊ vbiq̃ habere vnitas pfecit: vt q̃ singuli est prius: plurimum faciat esse cõe. Si autem id agit per hoc bonum vt id habeat singulus q̃ habent omnes: q̃d possunt habere omnes q̃ non habeat vnus? Verum hoc apud homines. Apud deum autem non agit hoc quicq̃: sed est id q̃ est: ad cuius summi boni similitudinem formanda erit rationalis creatura: non in plenitudine maiestatis assumpta: sed ad imaginem ipsius participatione gratie sublimata. Tanta vero vnitas est in summa illa trinitate: vt id habeat maiestatis singulus q̃ habent tres: hoc possit singulus q̃ possunt tres: excepto q̃ hoc pater hꝫ a nullo: filius a patre: spiritus sanctus a patre ⁊ filio: non largitione gratie: sed simplicis veritate nature: Neq; enim pater: q̃ voluit: genuit filium sicut omnia que voluit fecit in celo ⁊ in terra: sed sicut ipse semp est: ita ⁊ filius cum spiritu sancto semper est apud eum: qui id circo ipsius patris predicatur equalis: q̃ sicut pater eternus est: ita ⁊ filius coeternus. Q̃ vero idem filius cum spiritu sancto non est separatus a patre: sed semp manet cum eo ⁊ in eo in vnitate perfecta: nec pater potuit amittere q̃d dedit filio ⁊ spiritui sancto: nec ipsi possunt non habere quod visum est fieriſſe in ꝓprietate paternа: si tñ aliqua datio aut proprietas in illa eterna vnitate esse potest: nisi intelligatur quomodo esse possit: ſm q̃ ⁊ vir serenissimus Augustinus luculenter exponit. Dicit enim filius de seipso. Sicut pater hꝫ vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso. Et de spiritu sancto. Ille me clarificabit: q̃ de meo accipiet. Qua liter autem hoc ⁊ similia intelligẽda sint: per multa ⁊ prolixa verba Augustinus exponit. De illis autem proprietatibus que sic esse videntur singulorum proprie: vt nõ inueniantur communiter pmanere in tribus Et ipse: ⁊ alij multa loquuti sunt. Nõ nulli vero sequentes ista tria quibus perficiuntur omnia: vꝫ: posse: scire ⁊ velle: patri attribuerunt potentiam ſm illud libri Job. Deus potentes non abijcit: quum ⁊ ipse sit potens. Et illud sacratissime matris domini. Quia fecit mihi magna qui potens est. Sapientiam filio: de quo dicit Paulus. Nos predicamus Christum dei virtutem ⁊ dei sapientiam. Voluntatem vel amorem: spiritui sancto: quod voluntate esse intelligendum: vbi dicitur per psalmistam. Tita in voluntate eius. Et vbi dicitur per Joannem. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniaꝫ filium suum vnigenitum misit deus in mundum vt viuamus per eum. Et notandum q̃ sapientia dicitur ⁊ fortitudo dei: charitas dei: amor vel dilectio dei. Et his similia sepe reperiũtur in diuinis eloquijs: ⁊ per hec spiritus sanctus intelligitur. Potentiam vero dei non me recolo alicubi legisse: sed tñ potentem ⁊ omnipotentem: ne forte q̃ subiungitur: dei intelligeret filius: aut spiritus sanctus: sicut intelligitur filius nomine sapiẽtie dei: ⁊ spiritus sanctus nomine amoris dei. Si tamen ⁊ hocipsuꝫ studioſus lector in scripturis sacris inuenerit: noscat ibi nomine potentie: filium esse intelligendum: quia quo tendit modo impetus noster: id omnino dicturi ⁊ probaturi sumus q̃ quicquid in illa simplici trinitate dicitur ſm substãtiam: ⁊ videtur esse ꝓprium alicuius persone: sic intelligendum est ſm aliquid esse proprium alicuius persone: vt tamen velut in genere ostendatur esse cõmune. Verbi gratia. Pater dictus est potentia: quia faciens iudicium de peccatoribus: semper se ostendit inuictum. Filius dictus est sapientia: q̃ noluit potentia vincere: sed humilitate. Spiritus sanctus di-

Joh.

Joãnis

Augu.

ctus est amor: q̄ qui plene amat aliquem: dat ei quem diligit ⁊ se ⁊ omnia sua. Propter hoc quippe ⁊ bonum ⁊ donator est spiritus sanctus: q̄ ⁊ se dedit ⁊ sua: quamuis horum vnum magis ad patrem ⁊ filium: qui dederunt eum videatur referre. Et si hoc catholice dici possit: nec tamen q̄ seipsum dedit seipsum misit: vt nonnulli delirant: quia missio ad eum pertinet ⁊ſi qui alium vel aliud mittit: donatio ⁊ ad eum potest pinere qui mittitur ⁊ ad eum qui mittit. Dr solo autem filio intelligi potest: q̄ ipse se misit: ⁊ ab alio missus sit: propter gemine nature substantiaz: in qua est verus deus ⁊ verus homo. Nam ⁊ homo quilibet: quia in duobus consistit: dicitur emittere spiritum quando exit anima de corpore mortali: pro eo. ſ. q̄ homo interior est qui emittitur: homo exterior qui emittit. Frustra ergo conantur aliqui asserere in simplici: quod in gemina substantia a viris catholicis assignatur. Sed de hoc alias. Ut autem que proposita sunt reducamus in summam. Ecce pater dictus est potentia: filius sapientia: spiritus sanctus charitas: propter ea que superius dicta sunt: vel si qua sunt alia digna affatu: que huic tante significationi conueniant: ⁊ tamen tota trinitas persecta potētia est: tota trinitas persecta sapientia: tota trinitas persecta charitas: alioquin nullus esset perfectus. Si autem ꝑm q̄ Augustinus docet in typo memorie rationis ⁊ amoris: vnu'quisq; est potentia: ſapientia ⁊ amor: restat vt nihil minus sit singulus: q̄z simul tres. Bene ergo in figura illa triangulata tantum continet vnum cornu: quantum simul tria: quia nō maius aliquod sunt vel habent simul tres persone: q̄z singula trium: nec minus aliquid singula q̄z simul tres. Ille autez videatur impossibile quod ratione probatuz est: non quidem his qui rōnem ipsaz capere queunt: sed his qui firmiores sunt intellectu: considerandum est saltem eis quantum differat inter creaturam ⁊ creatorem: vt sciant quid differre queat inter humana ⁊ diuina: inter egenam naturam: ⁊ nullo indigentem bonorum omnium creatorem. Quod se vidisse refert Augustinus in libro de ciuitate dei. Lapidi cuidam adhibitum est ferruz: ⁊ mox virtus lapidis attraxit ferrum ad lapidem: ⁊ adiunxit se illi: ita vt viderentur duo ipsa quadam validissima vnitate ligari. Amotum est autem ferrum a lapide: ⁊ appositum est ferrum ferro: ⁊ inuēta est ea virtus esse in ferro que erat in lapide: in nullo in lapide imminuta. Amotum est autem ⁊ ferrum quod tetigerat lapidem: ⁊ appositus est aliud ferrum illi ferro quod tetigerat ferrum: ⁊ inuenta est eadem virtus in ferro: etiaz in tertio gradu: puto q̄ ⁊ in quarto ⁊ in quinto. Si igitur tanta est virtus ipsius lapidis vt propagata non minuatur: quamuis non sit in re ista imago patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti: ⁊ similitudo doni spiritus sancti: quod concessum est ecclesie sancte dei. Quid miruz si fine quantitate magnus est pater: sine quantitate filius: sine quantitate spiritus sanctus: ita vt non sit vel habeat minus aliquid singulus q̄z simul tres. Quia ergo non sapientia illi deest: nec virtus ad probandum quod est: ascendat qui potest intellectu ad contemplandam speciem celsitudinis eius: qui non potest admiretur virtutem ⁊ credat: qui minus lucide intelligere potest: dicens assidue cum psalmista. Magnus deus noster ⁊ magna virtus eius: ⁊ sapientie eius nō est numerus. ꝑ. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non est finis.

Augu.

¶ Explicit distinctio tertia. Incipit distinctio quarta.

Tenendum est ad illud articulum: ex quo pendet notitia personarum. Quod vt recte fiat: principale illud cornu ex quo ars tota sumit originem: in primo loco trium quemadmodum expedit statuamus. In quo nimirum cornu: non

aliud q̄z deus pater intelligendus est: a quo filius ⁊ spiritus sanctus: alter quidez nascendo: alter procedendo: id acceperunt esse: quod ipse est. Hec igitur principalis persona: in principali cornu psalterij designata est: q̄ quasi principale principium duorum esse videtur. Ibi enim (vt supra diximus) manet initium totius vasis: ⁊ quasi aqua ex fonte manans: in quedam larga maria dilatatur. Quod ergo ipsum cornu quod principale est: videtur aliquantum a duobus dissimile. Illud profecto in sinuare videtur: q̄ pater quidem ficut a nullo est: ita nunquam legitur ad homines missus: vtpote qui non habuit principium a quo mitteretur. Filius vero cuz spiritu sancto influens ciuitatem illam celestem ⁊ replens gratia sua: nouem ordines angelorum: ac ſi cuiusdam fluminis impetus saluaturus humanum genus ad inferiora confluxit. Venit enim querere quod perierat: ⁊ chordam inferiorem in qua pro chordarum dispositione tota ars terminatur ad ostendendas diuitias bonitatis sue in genere humano perficere. Quod ſi pater: ficut a nullo est: ita nunq̄z legitur missus: filius vero ⁊ spiritus sanctus: alter quidem in carnis substantia: alter in columba ⁊ igne: ab eo qui a nullo mittitur: missi sunt: ⁊ ita missi ad homines: vt eum qui se misit non dimitterent: sed in eo ⁊ cum eo fine fine manerent: q̄z conuenienter cornu primo locus primus ascribitur: duobus concurrentibus: hinc ⁊ inde: non minus est mirabile q̄z apertum. Tradunt etiam nobis patres catholici: q̄ prater sit principiuz filij: filius cum patre principium spiritus sancti: principium ergo pater: principium filius: principium inquam filius: de principio patre: nec tamen duo principia: sed vnum principium. Similiter ⁊ spiritus sanctus principium est: nec tamen tria principia: sed vnum principium. Sed cuius esse principium fatemur spiritum sanctum? Principium omnium bonoruz que ab ipso sunt: principium creaturarum omnium: quas ficut deus omnipotens ad suam creauit gloriaz. De hoc Augustinus in libro quinto de trinitate. Si quicquid in se manet ⁊ gignit aliquid vel operatur: principium est ei rei quam gignit: vel ei quam operatur: non possumus negare etiaz spiritum recte dici principium: quia non eum separamus ab appellatione creatoris. Et scriptum est de illo: q̄ omnia in omnibus operatur ⁊ vtiq̄z in se manens operatur. Non enim in aliq̄d eoz ipse mutat: ⁊ vertit: ⁊ que operatur vide. Unicuiq̄z datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: alij quidem datur per spiritum: sermo sapientie: alij sermo scientie: ꝑm eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu ⁊c. Et paulopost. Omnia autem hec operatur vnus atq̄z idem spiritus: diuidens propria vnicuiq̄z prout vult: ⁊ vtiq̄z sicut deus. Quis enim tanta illa potest operari nisi deus? Si autem omnium que operatur recte dicitur principium: spiritus sanctus: quis audeat negare illum esse principium hominis Christi Jesu: sicut ⁊ pater qui fecit omnia: ⁊ verbum quod erat ab eterno: per q̄d facta sunt omnia. Quod ne quis inter dubia ducendum crederet: tota illa operatio noui hominis: eidem spiritui sancto attributa esse monstratur: cum dicitur. Inuenta est Maria in vtero habens de spiritu sancto: ⁊ quod in ea natum est: de spiritu sancto est. Et in euāgelio angelus ad Mariam. Spiritus (inquit) sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Et in Symbolo. Credo in Jesum Christum filium eius: qui conceptus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine. O mira mysteria. Unigenitus dei filius visitas mundum: sic humanam naturam in psone vnitate suscepit: vt cuius erat filius nōdum hō: eius esset filius factus homo: ⁊ tamen hoc scriptura non dicit: q̄d tam clare ⁊ tam pspicue verz est: sed illud magis dicere voluit: q̄d nisi intelligatur in spiritu: qualiter verz sit: non apparet. Quia

Augu.

Luce.

Actuz

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ratione ꝓceptus esse dr de spiritu sancto qui ſm neutram naturam filius est spiritus sancti? Scdm quippe diuinam naturam filius est trimodo dei patris: ſm humanam: Abrae: z Dauid: z aliox quos ex maio. i parte scriptura sacra cōmemorat. Sed facile istud soluitur: si verbi apostoli memoramur dicētis. Factus est primus Adam in aiam viuentem. Scds Adam in spiritum viuificātem. Ecce respice: Adam hō terrenus: Christus celestis: Adam homo aialis: Christus spiritualis. Quare? qz illi data est aia que eum viuētem faceret z agentem. Nunc non solum aia data est: sed z spiritus dei viui. Nō solum inquam aia vacua inanis: sed plena gratia spiritus septiformi: nimiz qz vt aia corpus: ita rem nō similem: sed dissimilem dico: spiritus sanctus viuificat aiam creatam ad imaginem dei: quox altex primo homini datuz est: alteruz scdo: vt qui ad primi hominis imaginem aiati sumus: viuificati ad imaginem secundi: gloriemur in specie glorie filiox dei. Habes scriptuz in Ysaya de nouo homine Christo Jesu. Requiescet sup eum spiritus domini: spiritus sapientie z intellectus ꝛc. Non autem sic requieuit spiritus sanctus sup eum: vt prius eum creasse credendus sit: z postea introierit in illum: sed eum ipse preuenit: cuius z receptaculum factus est. Ideoq; non immerito dictum est de eo: qꝫ ꝓceptus sit de spiritu sancto: qz prius affuit gratia in mente virginis qꝫ ꝓciperetur in ventre matris: nec tamen spiritus sanctus ingressus est in eum ſm qꝫ in electos alios: qui in peccatis ꝓcepti sunt: sed ab initio ibi affuit simul cum verbo: sacrumq; illud dei vasculum sibi pro suo velle aptauit. Quocirca: nec vnqꝫ fuit non plenus spiritu: sicut nūquam non fuit dei verbo vnitus. Et si causa mysterij actuz sit: vt non qñ conceptus est de virgine: sed quando baptizatus est a Joāne descenderit spiritus sanctus corporali specie: sicut columba in ipsum: z mansit super eum: propter eos. s. in quos descendit qñ baptizantur in Christo. Non igitur incongrue dictus est Christus ꝓceptus esse de spiritu sancto: cuius corpus nō immunda libido: sed virtus diuina operata est replens illud gratia septiformi ab ipso initio ꝓceptionis sue: vt iure diceret homo celestis: hō nouus: homo specialis: tanquaz si non esset caro: sed spiritus. Sic enim mirō modo dei filius venit in carne: vt tū legem carnis nō imponeret: sed deleret: non illam dico legem quam venit: non soluere: sed adimplere. Sed illam de qua dicit Apostolus. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: z captiuum ducentem me in lege peccati. Ex hoc idcirco diximus vt sciremus spiritum sanctuz principium esse hominis Christi Jesu: qui ſm qꝫ deus est: ipse spiritus sanctus: vnuz est cum patre principium. Et sciēdum qꝫ si spiritus sanctus a solo verbo procederet z non a patre: nō parum videretur absurdum: vt idem filius homo Christus Jesus diceretur missus a spiritu sancto: vel etiam esset vnctus a spiritu sancto: vel accepisse ꝓmissionem spiritus sancti: z si qd simile. Qz qui semel assumptus fuit a verbo in vnitate persone tam non potuit non habere eum: qui procedit essentialiter ab ipso verbo. Quis vero idem spiritus: qui principaliter procedit a patre: dictus spiritus dei patris: iuxta illud euangelij. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Dictus est z spiritus filij: ſm illud Apli. Misit deus spūm filij sui in corda nostra clamantia: abba pr. Recte a patris spiritu idē filius dr missus dicente eodem filio in Esaia prophecta. Esa. Ece dño misit me z spiritus eius. Ut deo specialiter idez spiritus intelligat mittens filium: qꝫ procedit a pre. Sic igit pater principiū filij: filius cum pre principium spūs sancti: ſm qꝫ deus est: non ſm qꝫ homo: ꝫz vero qꝫ homo est: nō ipse spiritus sancti: ꝫz magis spiritus sanctus principiū eius est: sicut z oiuz que creata sunt. Non aūt hoc

Esa.

sacramētuz fidei: sicut nec quecūqꝫ alia vni vero deo: qui nescire seipsum negt necessarium erat: sed nobis me qua forte in nobis oriret suspitio non esse equalem spiritū sanctum genitori z genito: ac per hoc minus essemus catholici: si non sicut oportet veneraremur deū: qꝫ qui minus deuotionis aut fidei: vni psone qꝫ alit tanqꝫ aliam alij preferēdo tribuit: criminaliter errat: z in mente sua hereſim: z si ore nec dū proferat nutrit. Ut aute hec que fide tenemus: etiā atq; etiā contēplari possimus. Psallendū est adhuc in decacordo psalterio: z ad eius misteria recurrendum. Si enim sic exponitur vas ipsuz: vt principale eius cornu: qd ascribit patri respiciat ortū solis: psecto cornu illud quod respicit aquilonē: filio ascribendū erit: qd aute respicit meridiē: spiritui sancto. Et hoc qdez cōgrue satis. Cui enim magis ꝑgruit pars orientalis: qꝫ illi psone ex qua semper natus est sol iustitie Christus: z ex quo omnis paternitas in celo z i terra nominat? Aut cui magis pars aglonis: qꝫ illi qui ingressus est prouinciaz aglonis pugnaturus ꝓtra principē mūdi huius: z per sinistram passionis qua sponte sustinuit ad tps superauit z vicit? Cui vero melius par australis: quam illi cui dicit in canticis. Veni auster z pfla hortū meū z fluent aromata illius? Certe Deus pater ꝓncipiū filij: pater simul z filius principiū spiritus sancti. Vis istud agnoscere i sepe scripta figura? Incipe scribere a superiori parte z peruere vniuersas lineas que corda qz loco depicta sunt in ea z habebis profecto in principali cornu: principale principiū tā ad illud qd ascribit filio: qꝫ ad illud qd ascribit spiritui sancto. Inde enim incipis scribere. Qz vero sic incipis a principali cornu: vt tū per singulas lineas que infra sunt incipias ab illa pte q̄ ad aglonē spectat: ita miro modo vtrūqꝫ cornu: (hoc est) z illud qd ptinet ad patrē: z illud qd ptinet ad filium: apparent esse simul vnuz principiū ad illud quod ptinet ad spiritū sanctum. Ut magis ꝓtemplationi oculoz subiaceat: qꝫ vt verbo oris (sicut est) sufficienter valeat enarrari. Si autez queritur descriptione hebreoz qui incipiētes a dextra parte definunt in sinistra: nec ipsuz a ꝓfecto misterio vacare posse credēdum est: haud dubiū ꝓp illud: qd dicit apostolus ō verbo dei. Cū in forma dei esset semetipm exinaniuit: formā serui accipiens in similitudinē hoiuz factus: z habitu inuētus vt homo. Est aute pro vt supra digessimus principium eius spiritus sanctus: ꝫz qꝫ homo est: non ſm qꝫ homo: z ob hoc ꝓuenīeti misterio: hebrei incipientes a dextera perueniunt ad sinistram statuentes ibi finez vbi nos gentiles principium non qdem q̄ztū ad illud cornu qd pertinet ad patrem: sed quantū ad illud qd videt pertinere ad filium. Sed quare a dextera incipit populus hebreoz qui prior fuit: nisi quia apud illos humiliatus est filius vt ꝓciperet de spiritu sancto ex maria virgine: ita vt diceret ipse de spiritu sancto: z de se ipso. Spiritus domini super me eo qꝫ vnxerit me? Qd aūt christianus populus incipiens a sinistra pergit ad dexterā: designat illud: qd dns ipse ait. Nisi ego abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si aute abiero: mittā euz ad vos. Tale est enim ac si diceret. Propterea non mitto vobis modo spiritū sanctū manens adhuc in humilitate carnis: qz ſm hoc nō est meū ostendere hominibus formā largientis munera: sed accipientis quousqꝫ compleam cursum humiliationis mee: z doceam vos audiores fieri a principio ad accipiendam intelligentiam maiorz: qꝫ vt ipsi alijs ipudic: vīz sciētiolā ipartire velitis. Unde z de eodem humilitates magistro Joannes ait. Spiritus nonduz erat datus quia iesus nonduz erat glorificatus. Igit z qꝫ hebrei incipiunt a dextera: z qꝫ gentiles a sinistra: causa est aperti misterij in filio z spiritu sancto: quorum vna est eū patre maiestas: cui est cuz eis honor z gloria in secula seculorum. Amen.

Esa.

Joan.

Joan.

¶ Explicit distinctio quarta.

Incipit distinctio quinta.

Non est acutuz superius comu sicut duo inferioza: sed aliquantulum latū ꝛ cuidens pre duobus: vt apte ab ipso vno duo reliqua comua que infra sunt: trahere videant origine. Nec mirum. Pater enim deus a nullo genitus deo: habet in semetipso sapientiam ꝛ amorem: filium. s. ꝛ spiritum sanctuz: per quos pacificat sibi omnez electam creaturam: siue que in celo est: siue que in terra. Non enim eo modo filius ꝛ spiritus sanctus: mittunt ipsum patrē: aut solus filius sine patre mittit spiritū sanctū ꝑm deitatem: aut solus spiritus sanctus sine patre misit filiuz: ꝑm qꝫ filius homo est: vt in omnibus que dicunt de patre ꝛ filio ꝛ spiritu sancto: vna similitudo teneat. Et ideo primū comu psalterij dissimile esse debet a duobus: vt vbi sit principium: vasis per id quod est dissimile intelligat. Dz aūt ꝛ filius in seipso spiritum sanctum: sicut ꝛ pater: sed hoc ipsum filius a patre habet: sicut ipsemet filius demōstrat cuz dicit. Cū
Joan. venerit paraclitus quē ego mittā vobis a patre. Et alio loco. Sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit ꝛ filio vitam habere in semetipso. Dedit autē hoc pater filio: non quasi voluntate propria aut gratie largitate: sed hereditate nature. Que cum ita sint: recte principale comu respectu duorum inferiorum: artitudine caret: quia ab ipso procedunt ꝛ mittuntur filius ꝛ spiritus sanctus. Inferioza autem dixi duo comua: nō quasi inequalia: sed quasi humiliora pertentia: ad designandum illud quod dominus ait. Qui a semetipso loquitur: gloriaz propriam querit. Qui autem querit gloriā eius qui misit illum: hic verax est: ꝛ iniustitia in illo nō est: Et de spiritu sancto. Nō
Joan. enim inquit loquetur a semetipso: sed quecunque audiet loquetur: ꝛ que vera sunt annuntiabit vobis. Igitur principale comu non incipit ab artitudine ne in principio solus pater fuisse putetur. Duo vero inferiora definunt in cacumine: vt vnus esse intelligatur filius qui natus est de patre: ꝛ vnus spiritus sanctus qui a patre filio que procedit. Non enim versa vice filius aut spiritus sanctus mittit patrem: aut a filio vel spiritu sancto procedit: aut mittitur pater: vt poni modo in omnibus comunibus statuamus principium: sed in vno tantum principale principiuz: in alijs duobus que definunt in acumine consumationem intelligamus: nimirum quia vnus filius ꝛ vnus spiritus sanctus. Neqz enim a quolibet duo sunt: vt sicut filius ꝛ spiritus sanctus sunt a patre: ita pater ꝛ spiritus sanctus sint a filio: aut pater ꝛ filius a spiritu sancto: vt in quolibet trium indifferens principium statuamus: ꝛ in vno principium in duobus finem: nequis quartaz: aut quintam personam querat in illa simplici trinitate: in qua vnus ab vno: ꝛ alius a duobus. Et quia pater simul ꝛ filius vnum principium sunt ad spiritum sanctum: ita qꝫ vt hoc filius habeat a patre: a quo ꝛ mittit illum: non oportuit propter hoc secundum comu a tertio dissimilitudinem habere: nisi in hoc tantum qꝫ inde incipit scribere in inferiori linea: ꝛ grecus ꝛ latinus: ꝑm qꝫ superius dictum est: quia aliud est esse principale principium: aliud principium de principio: ꝛ aliud esse principium vnum ad vnum: aliud esse duo simul vnum principium ad vnū: ꝛ ita quoqꝫ vt vnus habeat hoc ab alio: ꝛ simul habeat hoc cum illo a quo habet. Licet ergo filius principium sit ꝛ ipse spiritus sancti: quia tamen ꝛ ipse a patre est: ꝛ a patre habet vt sit principium spiritus sancti: nec sine ipso patre: sed cum ipso: nec vt sint duo principia: sed vnum principiū: non debuit illud comu quod retinet misterium filij omnino simile esse: nec quod retinet typū patris: ne vtrunqꝫ videretur esse principale principium quum ad solum hoc pertineat patrem: sed ipsa duo comua consideranda sunt simul: vt simul ambo ad tertiū vnum esse principium videantur: sicut pater ꝛ filius vnum sunt principiuz spiritus

sancti. Recte ergo duo comua inferiora in acumine desinunt quia ꝛ filius ꝛ spiritus sanctus a patre sunt ꝛ non ab eis alijs: ꝛ tantum duo ipsi sunt. Est tamen ꝛ aliud sacramentum quod debeat in hac re vigilāter pensari. Id quod acutum est in aliqua mysteriali figura significat principium siue finem. Et principium quidem si sic esset designarent illud ex quo incepit ars: finez in quo consumatur. Cum autem constet qō initiale acumen principium significet temporale: vtpote in rebus creatis que ab ipso qui est principium sine principio nō de aliqua: iam existenti re: sed omnino de nihilo sunt creata: merito idem principale comu acuminis artitudine caret. qꝫ deus pr̄ cuz filio ꝛ spiritu sancto: caret principio tēporum ꝛ dierum: qꝫ non aliquando cepit esse sed semper erat quod est. Si enim principale comu inchoaret ab acuminis artitudine: videretur esse simile illi rei que fieri cepit ex nihilo. Ut autē deus oipotens semp oñdatur esse principium sine principio: cōgrue satis comu ipsum sine acumine manet: ac si verbis suis aptis vocibus clamaret dicens. In dei oipotentis eternitate nō est querendū esse cepit: sed semper erat qō est. Si enim dicere ꝓsueuimus in ꝓfessione cōi. Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semp
Apo. Et Joānes euangelista in libro Apo. Qui erat ꝛ qui est ꝛ venturus est. Et in ipso principio euāgelij sui. In principio erat
Joān. 1. verbum. Apte ergo principale comu psalterij quod a similatur patri. acuminis artitudine caret: qꝫ eternitas illa que erat in deo ante tempora secularia: nobis omnino qui ex tēpore esse cepimus' inperscrutabilis est ꝛ quo suo occulto consilio voluerit creare ex tempore: quod nō fuit ab eterno hebetatur sapientia hominum: defuit sensus ꝛ intellectus. Sic igitur erat sicut est. Nunc pium sine principio: ipse solus cuz filio ꝛ spiritus sanctus: qui in ipso sunt: ꝛ ab ipso procedūt. Verumtamen ipse pater reuelatus est hominibus primo tempore magis qz filius ꝛ spiritus sanctus: vt ipse quoqz in suis tēporibus manifestius apparerent. Sed num quia duo comua inferioza definunt in acumine filius ꝛ spiritus sanctus habituri sunt finem: cum etiam electis omnibus eternitas temporum promittat? Absit. Sed quia soli ipsi acceperunt res visibilee in quibus apparerent hominibus: licet ꝛ alio modo filius: aliter spiritus sanctus: quia ille humanam naturam in vnitate persone: iste speciem columbe in figura sancte matris ecclesie. Non enim est vna persona ecclesia: vt posset simul ostendi que nec dum tota erat in mundo: quando vidit Joannes spiritum descendentem super Christum iesum: vt apparerent ibi simul sponsus ꝛ sponsa: cui. s. sponse dictum est in canticis canticorum. Una est columba mea: perfecta mea: Can.
vna est matris sue electa genitricis sue. Et ob hoc in typo huius ecclesie que vnita ē spiritui sancto: illa vz vnione de qua dicit apostolus. Qui adheret deo vnus spiritus est: ostensa est vna columba: sicut ꝛ in typo filiorum ecclesie apparuerunt aposto Actus.
lis dispartite lingue tanqz ignis: ꝛ in sedie (inquit) super singulos eorum. Et filius ergo ꝛ spiritus sanctus accepit corpoream creaturam: in qua demonstraretur hominibus: ꝛ in qua consumaretur opus: pro quo ꝛ missi sunt: vt perficerent illud. Unde ꝛ filius ipse in ꝓfessione sua quam scit ad patrem. Opus inqꝫ ꝓsumaui quod dedisti mihi. Et de spiritu sancto idem filius. Cum venerit ille spiritus veritatis: docebit vos oēz veritatē. Non enim eo modo: nō oportebat filium factum hominem non quolibet habere finem: quomodo nō poterat prius qz esset homo tempoz habere principium: qꝫ creatura temporaliter ꝓficit ꝛ quādoqz vltra proficere desinit consumata: etiā si in momēto proficiat. Apud deū autē non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Dicit tū ipsa diuinitas principiū ꝛ finis ꝑm illud Apocalypsie. Ego sum. A. ꝛ. ω. principiuz ꝛ finis. Dz aliud est habere principiū vel finē aliud est

se principiū siue finē. Est autē deus princi-
piū: qz ab ipso sunt oīa que creata sunt. Sz
si idcirco deus omnipotens vocatur prin-
cipium: qz omnia que sunt ab ipso sunt z es
se ceperunt. Num idcirco dī finis; qz in ip
so esse desistunt? Absit. Sz quia opera que
inceperunt ab ipso: per ipsum veniunt ad
pfectionē: z in ipso qui est summa bonitas
pfiumationē accipiēt. Hoc ergo modo pri
cipiū z finis. Sed z pro eo qy in principio
non erant creature: p qbus z cum qbus
tępora esse ceperunt: z nec filius nec spiri-
tus sanctus aliquam assumpserat creaturā
nequaqz nos temporales loquētes de deo
viuo z vero qualiter erat in illa eternitate
ita pgrue dicē possumus: fuit quo mō erat
vel esse cepit: qđ omnino esset impiū z in
quum: quomodo dicimus: erat z est: quia
fuit: de illa re pgrue dici potest que esse de
sijt quod fuit: vt est ille homo bonus fuit:
sed desijt esse qđ erat: z esse cepit de illa re
que aliqn non fuit: z modo est. Quia ergo
deus omnipotens nec esse cepit: nec desijt:
nec fuit q̄ cepit illi: nec esse cepit: sz aut erat
aut est. Hō enim ait veritas iudeis sese per
dere anhelantibus. Anteqz abraam fieret:
ego sum: vel esse cepi: sed antēqz Abraā fieret:
ego sum. Et cum dicerent illi. Tu quis es.
Respondit: principiū qui z loquor vobis.
Si ergo verū est qy deus non esse cepit: sz
semper est. Recte principale eorum qđ re-
fert ad pz: qui est a nullo z a quo pcedūt
filius z spūs scūs: caret acuminis artitu-
dine: vt non videat incepisse: semper esse
qy est. De filio autez z spiritu sancto: nō eo
modo dicere possumus: qy nō fm aliquid
habituri erant finem: quomodo neqz pa
ter neqz ipsi deitatis habuere principiū: qz
z filius habuit finē vite huius tęporalis in
assumpta carne: fm illud qđ ipse ait. Ea q̄
scripta sunt de me finem habēt. Vel certe
habiturus est in pfiumatione corporis sui:
quod sumus nos. Et spiritus sanctus ha-
biturus est in effusione donoz. Dictuz est
Psal. enim in typo solis de Christo. Sol cogno
uit occasum suum. Sane in typo doni spi-
ritus sancti quod effundit in corda electo
ruz. Replera'sunt vasa que habere potuit
vidua illa mulier que clamauit ad Heliseum: z licet modico illo oleo qđ habere vi
sa est p multa vasa effusum multiplicarēt:
z cresceret: tū cum vas defuit: stetit oleuz:
z tandem finē habuit effusio z infusio illa.
Dicit autē apostolus de vera illa effusione:
quam significat ista. Charitas dei diffusa ē
in cordibus nostris p spiritū sanctū qui da
tus est nobis. Hoc est illa virtus: que oīuz
est mater virtutū: sine qua pgregent virtu
tes reliquas: culmos vacuos z inanes ad
fructem aręa portare est. Ut enim humani-
tas christi plata est oībus creaturis: ita vir
tus charitatis: vniuersis virtutibus. Et si-
cut Joannes baptista preambulus fuit xpi
ta virtus humilitatis puia est charitatis.
De qua nimiz charitate que est precipuū
donū spiritus sancti: dicit psalmista. Om- Psal.
nis consummationis vidi finem latū mādā
tū tuū nimis. Et apostolus. Finis pcepti
est charitas de corde puro z conscientia bo
na: z fide nō ficta. Licet autē homo Chri-
stus ihesus magnus sit sup oēs homines: sz virtus charitatis magna sit sup oēs virtutes:
neutrū tū horum sine q̄ntitate magnū est:
neutruz.n. fm aliqđ nō fit: aut positus: aut
ponēdus finis: nō vt esse desinat: sed vt ter
minum quantitatis pro mensura operato
ris accipiat. Sola.n. diuinitas sine q̄ntitate
magna est sine qualitate bona: sola pro na
tura sui sine tpum varietate z volubilita
te immesa. Q: vero illa eternitas que erat
ante mundi principium: eius inscrutabi-
lis est: vtpote in qua nō erant aliq̄e creature que manerēt in ea: q̄uis nesciamus
q̄ longe vel prope ante mundi pstitutio-
nem: aut si in ipso exordio mundi creati
sint ordines angeloz. Merito eorum ipsuz
principale carere principio demonstratur.
ita vt videat representare principium si-
ne principio: fm qy erat deus pater cum fi
lio suo z spiritu sancto anteqz secula ince-
pissent. Non autem eo modo inscrutabi-
lis sunt: aut erūt nobis filius aut spiritus
sanctus

sanctus in operibus suis: siquid opera ipsa
beatū sunt in illo seculo futuro in quo eri-
mus z ipsi filij dei: sz erit intellectus no-
ster cōsumatus in reuelatione ipsorum:
sicut de se z de spiritu sancto: filius ipse
Joān. dicit. Multa habeo vobis dicere: sz nō po-
testis portare modo: cum aūt venerit ille
spiritus veritatis docebit vos oēz veritā-
tem. Quia ergo nec talis natiuitas pri-
net nisi ad filiū: nec talis spiritus sanctimis
sio v el effusio nisi ad spiritū sanctū: excē-
pto in eo qy vna est operatio triū pp ineffa
bile vinculū deitatis: nihilqz ptinet ppie
ad psonā patris: qđ eternū nō sit. Iure pri
cipale cognitus est duobus: qz nimiruz
patris eternitas cōmunis est filioz spiritui
sancto: tęporalia vero filij z spiritus sancti
que pscripsimus: ppria sunt filij z spiritus
sancti. Illud ergo inscrutabile est vt timea
tur: istud noscibile vt ametur. Illud enim ser-
uoz est istud amatoz. Nā ibi incōprehibi-
lis esse voluit: z hic cōprehēdi z agnosci.
Ergo ibi principiū tępoz nullū: qz diuini-
tas principio caret: hic finis ingressionis in
filio z spiritus sanctus in assumptis crea-
turis cōprehēdi ab hominibus voluerūt.
Quia post cōsummationē operū suoz qbus
sunt in assumptiōe exhibilis z humilis crea
ture reuelari dignati sunt: segtur eternitas
seculoz: que z ipsa inextimabilis est: sed se-
cundū qy dispositio cordaz initiū ipsius va
sis z finē esse demōstrat: integritatez eius:
z differentiā quidēter notamus: apparet
qy latitudo ipsa que est inter duo contraria
serioza opposita sint eregione sūmitati cor-
nu principalis: nimiz qz sicut in cornu prin
cipali visus est pater incepisse opera sua: sz
nō sint filio z spiritu sancto: ita quāuis nō
sint eodē patre ostendūt simul in duobus
cornibus cōsumare ea: ipsi in finibus secu-
loz. Inde est qy vetus testamētū videt p-
prie pinere ad patrē: nouuz ad filiū z spi-
ritū sanctuz. Et qm̄ sicut illa eternitas dei
que erat ante ipsa secularia: principium nō
habuit sz principiū erat: ita z illa que post fi
nem tępoz futura est: nō est habitura finez
seculorum. Recte initium psalterij z finis
acuminibus caret: ne qz filius z spiritus sā
ctus fines cōsumatorios habuisse ostēdi sūt
fines etiā cōsumptorios: qđ falsum est ha-
bere putenf. Sane in amplitudine spatij
que est in exitu latioū designat abūdantia
bonitatis dei quā ostēdit nobis in filio z
spiritu sancto: qui se prius ostenderat quasi
dūz terribilē in seipso: qz nō solū natura il
la incōprehensibilis z eterna sine fine ma-
net qđ est: verūetiā electoz agmina cuz ip-
so sint sine fine manebunt. Et bene pfiuma
tio totius operis in duobus cornibus data
est: qz nō nisi in fine seculoz redimendum
genus humanū filius z spiritus sanctus a
patre visibiliter missi sunt: q̄uis aliter filius:
aliter spiritus sanctus vt terroreż quē ostē
derat in seipso: in eis misericorditer mitiga
ret: z saluos faceret per clementiā: q saluari
nō poterant in operibus suis. Qui cum
eodēm filio z spiritu sancto: viuit z regnat
in secula seculoz. Amen.

¶ Explicit distinctio quinta
Incipit Sexta.

Non ē alienus a supradicto mysterio
ordo cōmunis orationis: qui quotti-
die solet fieri in ecclesia Christi: quotiens
cunqz cōpletis laudū solemnijs: eius cle-
mentiā postulamus. Nā semp inuocatio-
nem primā ad patrē facere pſueuimus: ex-
cepto cū occurrit aliqđ pro quo inuocatio
fiat ad filiū: sicut in aduentu ipsius: z ficu-
bi vt hoc fiat aliqua rationabili causa: vel
ppietas exposcit. Non inqz preter ordinē
rationis tā crebro istud fit in ecclesia Chri
sti: nec preter misteriū vere fidei patrem in
principio psonaliter inuocamus adiungē-
tes circa finē. Per dūm nostrum iesuz xpz
filiū tuum: z i fine: In vnitate spiritus san-
cti: qz nequaqz ita fieri in tot catholicoruz
ecclesijs ipsa que cunctis preſidet: pateret
diuinitas: si magne cultus fidei z pietatis
misteriū nō inesset. Ut igit tante fidei elu-
ceſcat archanum: statuamus si placet in pri

nio eorum: orationis initiū. Omnipotens sempiterne deus. Quesumus omnipotēs deus: z his similia: ac deinde p cordax lineas orationis speciē pcurrent ē in vltima cordax decē: extremū versiculū pferamus ita vt in sedo eorum incipiamus dicētes: p dominū nostrū iesuz christū filium tuuz in tertio quo cōcludit in fine: in vnitate spiritus sancti: ficqz oratione cōpleta cōfessio ortodoxe fidei in q̄ salus est oiuz: pfumet sriuolum quis esse causabitur: niſi verba hec simpliciter dicta maiori auctoritate munimus. In omnibus scripturis veteris testamēti z in oi illa serie tēpor que ab Adam: vsqz ad Joannem Baptistam longo anno rum spatio decursa est inuenitur nomen diuinum: patriarchis z prophetis z cunctis fidelibus illor tempor fide solemniter innotuisse: nunqz tamen de coeterno dei filio q̄ esset deus: sicut z pater nunqz hoc de spiritu sancto manifesta traditio patefacit: niſi in hac nostra tantum plenitudine tempor: qū p semetipsum dei filius visitare dignatus est mundū: z pspiritū sanctū qué dedit nobis ad cōsummanda ea que ipse inchoauit: agenda. Nā q̄uis deus vnus z trinus semper esset q̄ est: vtrū tamen esset trinus: non niſi raris pfectis innotuit a principio: nomen vero vnius psone. i. dei patris: tam seruis q̄z amicis annunciatum est oibus. f. illis qui dei plebs dicebant: ne populus ille adhuc pro tēpore rudis misterium trinitatis capere non sufficiens: vnius dei culturam iudeorum conuertere pluralitem. Quo circa' considerare est: q̄ infinita illa multitudo fidelium: q̄ abiecta pluralitate deor: deum vnum viuum z verū colendum esse dicebant: z si nec dum capere poterant misterium trinitatis in vnitate tamen confessione dei ac domini non errabant q̄: vere vnus est omnipotens: pius sanctus z verus habens in semetipso semē sanctum z vitam veram filium. f. z spiritū sanctum de quibus non est facta veteribus manifesta locutio ad hoc vt horum singulus diceret esse deus: ne inciderent vt tam dixi in pluralitatem deor. Si enim pueri illi (adhuc pro tempore) populo proponeretur confessio trinitatis nullo modo posset capere: niſi diuisam: tresqz magis diuisos q̄z vnum crederet deum verum: nec ei quis posset aliud verbo persuasibili itimare. Qz igitur in illa confessione: ipsa quidem erat: non error credere. f. vnum deum patrem ex quo oia: sed neseire eum habere filium z spiritum sanctum: tres vero deos dicere iniquuz est: nec possibile ē pueris sensibus habere discretionem rationis inter vnitatem z trinitatem: positum est illis quasi pueris fūdamētū fidei in vnodeo. Nobis autem vt senioribus euo archanū trinitatis mysterium patefactum est: nō. f. a principio: sed i hac senili plenitudine tēpor: qū misit deus filium suum in mūdū: illuminare his q̄ in tenebris z vmbra mortis sedebant: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Hoc igitur causa est: cur per tot preterita secula: vna persona tantū z non etiam tota trinitas innotuit populo illi terreno z animali: ne nos. f. deum trinum: sed magis tres deos credere cogeretur: presertiz cum paganor cultura in pluribus numeribus laterēt. Sed neqz q̄ ne sciebant archanum mysterium trinitatis: solum vt iam dixi: deum patrem coluisse illius temporis fideles credendi sunt: z nō etiam in patre filium z spiritum sanctum: cum vna sit substantia trium: z maxime cū frequens sit apud hebreos vocari trinitatem ipsam. Adonay z Eloym: sed manifesta tunc patris erat cōfessio: occulta filij z spiritus sancti. Qō patenter de filio exprimit Esayas dicēs. Domine quis credidit auditui nostro: z brachium domini cui revelatum est? Et ascendet (inquit) quasi virgultum coram deo: z sicut radix de terra sitienti. Sic igit in principio sine principio erat deus pater cū filio z spiritu sancto: nec tamen a mundi principio voluit reuelare brachium z charitatem suam: sed voluit occultare inextimabiles diuitias quas habebat apud se: vsqz ad plenitudinem temporum z fines seculor: filium. f. suum q̄ est eius virtus z eius sapientia: z spirituz oris sui: qui eius ē charitas: z bonitas eius: ita vt solis prophetis eos detegere dignaret: qui z plura de eis p enigmata in suis voluminibus locuti sunt. Jaz qui vellet ipa oracula colligere ex prophetis: grandi voluimine idigeret. Sed necesse non est: quia a multis inueniuntur digestum. At q̄ztumcunqz esset illa manifestatio: nulla tamē fore visa est. comparatione eius que facta est in tēpore suo. Tunc enim q̄ esset deus filius: z deus spiritus sanctus: aliqbus quidem: nō omnibus qui fidem vnius dei videbantur habere. Nunc autez generaliter omnibus illorum reuelatio facta est. Facta est aūt vt iam dixi per visibiles creaturas: vt per ea que facta sunt visibilia: illor inuisibilia nosceremus. Quibus vz: creaturis visibilib? a filio z spiritu sancto tēporaliter assūptis consummatum est: vt iam dixi qō in acutis cornibus designatur. Acuta quippe decebat esse cornua: que has exhilitates duarū personarum designant. Distinguendū est autem inter primuz cornu z alia duo: z qd habeat veritas: pro vt ipsa donauerit: inquamus. Maximum z principale cornu sic sibi videt esse proprium: vt tamē sicut supra iam diximus: tanqz fons z origo cōmune appareat esse duor. Duo vero alia cornua esse propria sibiipsis: ipse quoqz extremitates testantur: q̄ nimiruz sic deus pater est id quod est. vt tamen coeternum sibi dei filiū z coeternū sibi spūz scrū ad electos ex seipso dign ē mittere creaturas. Nō aūt vnigenit? dei filius sic ē id qō ē. vt suū mittat ad aliquem genitorem: aut spiritus sanctus patrez ipsum a quo procedit: sicut nec filiū cuius est spiritus: niſi in eo qd homo est ipse filius: q̄: nimirum pater sic est deus: vt a nullo sit: filius vero sic est deus: vt tamen non ex eo pater sit: sed ipse ex patre: z spiritus sanctus sic est deus: vt tamē non ab eo pater z filius sit: sed ab vtroqz ipse q̄ z si pater z filius z spiritus sanctus vnus sit deus: vnus dominus: vna z coeterna maiestas: solus tamen pater genitor est: solus filius genitus: solus spiritus sanctus ab vtroqz procedens. Solus autē pater sic mittit filium z spiritum sanctum: vt a nullo mittatur: z idcirco eterna patris diuinitas communis est filio z spiritui sancto. Incarnatio vero filij: propria filij est. Assumptio columbe vel ignis, ppria spiritus sancti: z si vna sit operatio trium. Augu. De hoc Augustinus in libro de trinitate. Quamuis pater filium genuerit: z ideo filius non sit qui pater est filiusqz a patre sit genitus: z ideo nō sit pater qui filius: spiritusqz sanctus: nec pater sit nec filius: sed tātum patris z filij spiritus patri z filio etiā ipse coequalis z ad trinitatis pertinēs vnitatem: non tamen dicimus eandem trinitatem natam de virgine Maria: z sub pōtio Pilato crucifixam z sepultam tertio die resurrexisse: z in celos ascendisse: sed tantummodo filium: nec eandem trinitatem descendisse in specie colūbe sup Christum baptizatum: aut in die pentheco stes post ascensionem domini de sono facto de celo quasi ferretur flatus vehemētis z linguis diuisis velut ignis: sed tātūmodo spiritum sanctum. Nec eandem trinitatē dixisse de celo. Tu es filius meus dilectus: hic cum baptizatus est a Joanne: siue i mōte quando cum illo erāt tres discipuli aut quando sonuit vox dicēs. Et clarificaui z iterum clarificabo: sed tantūmodo patris vocem fuisse ad filiuz factam: cuius pater z filius: z spiritus sanctus ficut inseparabiles sunt: ita inseparabiliter operentur. Igitur nomen paternum quod principaliter z proprie patris est: filium z spiritum sanctum a se non excluſit vtiqz quia z filius pater dici potest: z spiritus sanctus pater dici potest: qz vtroqz creator: nunqz aūt deus pater aut filius dī: aut spiritus alicuius: Ut. n. rē satis simile i exēplū adducaz: q̄ dignitas pīarchatus quā decebat si nō peccasset Adā data ē Abrae: sic accipiēdus est Abraam patriarchaz primus: ac si patrem hominem non haberet: vt typum

Luce

Esa.

Actu.

Mat.

Joan.

dei patris retinere ꝓ oibus videat. Pri/
mus ergo patriarcha Abraam nullius pa/
triarche existimet filius: z apparebit quod
querit. Non aũt eo modo Isaac nullius est
dicẽdus filius patriarche quomodo Abra
am: sed ita ẽ dicẽdus filius patriarche: vt
tamẽ z ipse sicut z Abraã patriarcha dica
tur: z nihil hominus Jacob sicut Isaac z
Abraã. Sic sic deus pater trĩ: q; a nullo ẽ:
filius vero: nõ trĩ filius dicendus est: sed z
pater: z si dissimiliter: pater est trĩ oiuz nfz.
Similiter z spiritus sanctus ,pater dicen/
dus est: q; ab illo renascimur Quantũ igi
tur spectat ad creaturas: vnus deus pater
oiuz: pater z filius z spiritus sanctus. Quã
tuz ad deitatẽ: nõ filius: nõ spiritus sctũs:
sz solus pater: pater est filij: vnus. s. vnius:
z neuter eoz habet ꝑm. Quo circa ꝓfide
dum est: q; in illa omni secit tempoz: quo
deus vnus est pater oiuz: ꝑ dicabat esse ꝯ
lẽdus: nõ solũ in hoc nomine persona ꝑis
incultu illius populi permanebat: verum
etiã z filij z spiritus sancti. Quo circa nec
iniuriã facit filio: aut spiritui sancto: qui pa
trẽ primo loco z quasi specialiter inuocat.
Quia sicut laboriose ꝓlatũ est: quicqd sub
hac fide paterne impendit maiestati: inpẽ
dit etiã filio qui cõsubstantialis est patri: i/
pẽdit et spiritui sancto: qui ꝓsubstãtialis ẽ
vtriq;: Cũ vero addit circa finez. Per do
minũ nostrũ iesum christũ filiũ tuũ: qui te
cum viuit z regnat in vnitate spiritus san
cti deus specialia illa recolimus que de fi
lio z spiritu sancto in fine tempoz clarue/
runt: quatenus z in illa inuocatione quem
ad patrem facimus: excellentie differamus
diuine: vũ nos suos inutiles: z dignos sup
plicijs cõfitemur: z tãdez confortati i xpo
qui nobis fieri ꝓmus dignatus est: z no
uissime in spiritu sancto esse nos ꝓ eos libe
randos z liberos gaudeamus. Hoc est eni
Joã. 8. illud qđ ꝑ semetipsam veritas dicit. Simã
seritis in sermone meo: veri discipuli mei
eritis z cognoscetis veritatem z veritas li
berauit vos. Quis est enim qui manet in
sermone domini: nisi is qui patient expe
ctat quousq; doceat eũ veritas: que est sapi
entia patris: z ꝑ eã pueniat ad spiritũ san
ctum: de quo dicit apostolus. Vbi spiritus
dei: ibi libertas. Vbi est autez libertas: nisi
vbi dilectio? Est enim deus bonus: ouil
cio: amabilis z suauis: z ab hoc quia gno/
scunt illum: diligunt eum: z qui dili//
gunt liberant a timore: q; perfecta charitas
foras mittit timorẽ. Scriptum est enim de
timore z sapientia in libro psalmoz. Initiũ Psal.
sapientie timor domini. Antiqtus autẽ de/
us timor ob reuerentiam dicẽbat: sicut le/
gitur dixisse Jacob ad Laban socerum suũ Gen.
Nisi deus patrismei Abrae: z timor Isaac
affuisset mihi forsitan modo nudũ me di
misisses. Et paulo post. Juravit iacob ꝑ ti
morẽ patris sui Isaac. Dictus ẽ autẽ deus
timor: ꝓp illud qđ habetur in psalmo. Ve Psal.
nite z videte opera domini: terribilis i cõ
filijs super filios hominum. Intelligitẽ etiã
timor nomine potẽtie: siue nomine timo/
ris: accipiẽdus sit ꝓprie deus pater: sicut
nomine sapientie filius: recte principiuz sa
pientie confitemur timorem: q; principiũ
filij pater est. Sicut autez timoris nomine
patrem sapientie filium: ita charitas nomi
ne: intelligimus spiritum sanctum. Sz qđ
de charitate dicit apostolus. Plenitudo l
quit legis est dilectio. Quod si ita ẽ; liquet
q; initium sapientie in timore est: finis au
tem in charitate. Sed hec tria noia: coĩa
sunt tribus psonis: ita vt nõ solũ pater: ti
mor dicẽdus sit: v. rũetiã filius z spũs san/
ctus: q; timendus est non solum pater: ve
rumetiam filius z spiritus sanctus. Et nõ
solum filius sapia: sz z ꝑ z spũs sctũs. Et
nõ solũ spiritus sanctus charitas: sed z pa
ter z filius. Hac i re queritur: nõ absurde:
sz ex parte aliqua superius dictum sit: eiuſ
modi proprietate rationis pater timor: fili
us sapientia: spiritus sanctus charitas scri
ptura dicatur: ita cum dicitur. Initium sa
pientie timor domini. Et illud qđ superi Psal.
us dictum est: non filiuz intelligamus: nõ 32.
spiritum sanctum: sed tantum patrem cũ
dicitur sapientia dei: actum est hoc vel illõ
non

nõ patrẽ: nõ spiritum sanctum: sed tantũ
filium intelligamus: z cum dicitur. Deus
charitas est: non patrem: aut filium: sz tan
tum spiritum sanctum: cum hec tria nomi
na cõmunia sint triuz omnium: z perfecte
conueniant singulis personarum. Causa
vero proprietatis que sit videamus. Deus
pater qui de nihilo cuncta creauit volens
ondere potentiã suam z incutere terroz
hominibus ne peccarent: noluit a princi/
pio blande corrigere delinquentes: sz terri
bili seueritate puniens multos: multoꝝ
quoq; corda nimio timore ꝓcussit. Vñ fa/
ctum est: vt apud antiquos nescientes ali
ud nomẽ eius: vocaretur timor: nimirum
q; timore z tremore ad eius notitiã trahe
bant. Proprie vero vnigenitus dei filius:
sapientia dictus est: quia noluit timore po/
rentie debellare superbos: sed sapientie do
ctrina z humilitate: superboz colla calca/
uit. Sz z spiritus sanctus charitas dictus
est: q; charitatem dei z proximi nobis ipse
inspirat: ita vt soras misso timore liberos
nos esse letemur: z gloriemur in spe glorie
filioz dei. Ergo q; i patre timore cogimur
sicut serui in filio erudiri z instrui q̃si disci
puli veritatis: in spiritu sancto eripi a fla/
gellis: quasi omnino liberi z fideles amici:
non incongrue deo patri ꝓprie ascribitur
nomen timoris qui se per multa iudicia q̃
exercuit priusq̃ filius veniret in mundũ
se se terribilem dominum cunctis mortali
bus demonstrauit. Sane sapientie nomen
ita videt esse positum in locis vbi filiũ tan
git: ac si a sapiente: qui trĩ z ipse sapientia
sit exire videat: vt vz in hoc ipso manatio/
nis similitudo accipienda sit: quemadmo/
dũ si aqua oriens ex fonte dicat: fluuius fi/
ue riuus: non ad hoc q; aqua est: sz ad hoc
q; fluit: vel q; derivat ꝑ agros: aptus est ad
prata riganda. Nõ. n. ois aqua fluuius: sed
trĩ aqua que fluit: z fluens non tã supioza:
q̃z humiliora rigat: nimirũ q; deus super/
bis resistit: humilibus autẽ prestat gratiã.
Quo circa si aqua fluens sapiẽtiaz que est
Christus designat: z aqua nõ superiora: sed
humiliora naturaliter petit: liquet q; vbi
humilitas est ibi z sapientia z vbi superbia
ibi z contumelia. Inde vt vbi aqua scri/
bitur in typo Christi: plerunq; descensio/
nis mẽtio facta sit: vt eius humilitas intel
ligat: iuxta illud psalterij. Descendet sicut Psal.
pluuia in vellus: z sicut stillicidia stillãtia
sup terrã. Et in Esaya ex voce patris. Si/ Esa.
cut descẽdit imber z nix de celo z inebriat
terrã z germinare eã facit ꝛc. ita erit verbũ
qđ procedit ex oze meo. Porro vbi ortus
eius ex virgine designatus est: ascensus ma
gis ponit q̃z descensus: ꝺm illud libri Ge/ Gen.
neseos. Fons Ascẽdebat de terra irrigans
vniuersam superficiez terre. Significari t. n.
in hoc fonte vnigenitũ dei: antiqua nobis
est patrum expositione traditũ. Spiritus
quoq; sanctus idcirco ꝓprietatẽ quandaz.
Charitas dictus est: q; Charitas nõ ꝓprie
ad vnũ dr: sz ad plures. Omnis. n. qui bñ
diligit alterũ diligit nõ seipsum: q; minus
q̃z inter duos Charitas esse nõ potest: z si
dicat in ꝓprie de quibusdã. Erunt homi/
nes seipsos amantes. Nam z si hoc de car/
nali amore quo quomodo dici posse vide
tur: sz nõ de illo amore q; q̃ a distinctione
huius amoris. Charitas dictus est. Manı
festa est. n. apostoli sententia qua de hac
dilectione que charitas appellata est dicit.
Charitas nõ querit que sua sũt. Hec ergo
dilectio ad alterum tendit: z in quo ad al/
terũ tendit: z ab altero ad alteruz ꝓcedit.
Sicut ergo filius dictus est ad aliquid: sa
pientia ꝓ eo. q; missus est a patre doce/
re homines fidẽ dei: z illuminare oẽz ho/
minẽ venientẽ in hunc mundũ. Sic z spi
ritus sanctus ꝓprietate quadã dictus est Joã. 4.
Charitas: illa vtique qua ad nos missus ẽ
vt nos quoq; faciat diligẽtes: iuxta illud
apostoli. Charitas diffusa est i cordib⁹ mi/
sericordie ꝑ spiritũ sanctum qui datus est
nobis. Cetez qđ ad se spectat substantiali/
ter dici potest sapientia non trĩ filius: sed
z pater z spiritus sanctus. Et substantiali/
ter dici potest Charitas nõ modo spiritus
sanctus: sz z pater z filius: q; z si homines

qui docētur: ⁊ amant: nō essent: nihilomi-
nus tū in se deus semp charitas: semper sa-
pientia esset. Quia vero multo tēpore exer-
citatur homo in labore ductus spiritu ser-
uitutis priusq; imbutus sapientia perue-
niat ad libertatē amoris recte nomē pater-
num ad qđ specialiter pertinet timor lōgo
prius tempore humane innotuit creature
ad vltimum vero nomē filij ⁊ spiritus san-
cti: ne prius mitteret filius dei ad redimē-
dos eos qui erant sub lege: q̄z tempor ple-
nitudo preiret: ⁊ prius darētur hoibus do-
na spiritus sancti q̄z fundati in virtute hu-
militatis: discerent humilibus consentire.
¶ Tria certe data sunt nobis infa vir-
tutum: quor quor iubēte deo ad pfectionē
vocamur. Et hor quidē iā supra mētionē
fecimus: sed tū in hoc loco data occasione
misterij plenius est dicēdū de eis: siue q̄ il-
lor similitudines primt ad summā illaz
trinitatē que operatur oia in oibus ſm cō
silij voluntatis sue: siue q̄ ipsa tria instru-
mēta cōuenīt figillatiz tribus ordinibus
elector qui ad imaginē dei creati sunt. Ho-
rum primū est opus manuū. Secūduz stu-
dium lectionis. Tertiū psallendi orādiq;
deuotio. In actionis obtinētia: timor do-
mini. In lectionis studio sapientia. In ora-
tione ⁊ pfessione operat dilectio. Tenemur
obedire pp timorē qui est pater. Tenemur
legere pp sapientiā que est xp̄s. Tenemur
psallere ⁊ orare pp charitatē: que est spiri-
tus sanctus. In opere. n. timere necesse ē.
In lectione sapere diligere in psalmodia.
Per opus obtinētie reconciliamur patri.
Per lectionis studiū iungimur filio. Per
deuotam psalmodiaz adheremus spiritui
sancto. Ita tū si sensus noster nō iaceat in-
ferius: sed ad superiora recurrat. In timo-
re deniq; osculamur pedē: in lectione ma
num: in psalmodia os. Ibi. n. tantūmodo
dicere libet ⁊ lz aie fideli. Osculetur me
Can. 1. osculo oris sui. In actione ⁊. n. nostra am-
plectimur pedes: q̄z p hāc nos esse dei ser-
uos pie ac fideliter demonstramus. In le-
ctione manū: q̄z per eam opera dei facta in
sapiētia intuemur. In cōtemplatione os:
q̄z p eā oportēt deo iūgimur: in osculo pa-
cis ex cuius nobis ore spiritus dulc do di
stillat. In actione ergo nostrā agnoscimus
seruitutē. In lectione magna opera domi-
ni cum admiratione psalmus. In con-
templatione in ipsum deū a quo sunt oia sen-
sus noster dirigit. vt eo magis illū amare
possimus: quo eius dilectionis suauitatem
sentimus. Non. n. sufficit nobis vt pedem
ad osculādū porrigat: nō sufficit vt manū
extendat: q̄z osculet me (inquit) osculo oris
sui. Bonū initiū in osculo pedū melior p
seuerantia in osculo manus: optima con-
firmatio in osculo oris sui. Sicut ergo nō suf-
ficit ad pfectionē solū opus manuū ita nec
sola lectio nisi addat ⁊ psalmodia. Certe i
lectione sacra: xp̄s tibi proximus sit qui est
verbū dei ⁊ sapiētia patris quisq; te illumi-
nat doctrina sua vt scias quid vitandū sit:
qđ agendū. Sz memēto cū dixisse discipu-
lis suis. Nisi ego abiero paraclytus non ve-
niet ad vos. Si āt abiero mittā eū ad vos.
Nisi. n. mentē occupes a studio medita-
tionis eor que primt ad scientiā rer: que-
sicut dicit psalmista. In sapiētia facta sunt: Psal.
non poteris sentire dulcedinē amoris dei:
que ex pūcia sci spiritus liberis oīno men-
tibus ꝓsueuit infundi. Scripturz q̄pe est. Psal.
Vacate ⁊ videte qm̄ suauis est dñs. Sicut
enim in scriptur. p scientia pficere quis nō
potest: nisi a terrenor sollicitudine sese vi-
gilāter excutiat: ita nec essentiā illā simpli
cē que deus est: p aduentū spiritus sci ꝓtē
plari sufficit nisi a rer creatar ⁊ actionū ⁊
Si enim sic viuunt christiani sicut viuere debent: oportet singulos trium ordinum habere illa tria que i auro: myrrha ꝛ thure designata sunt. Aurum videlicet obedientie in operando quod bonum est: sicut ꝛ apostolus inbet: myrram compassionis fraterne que resistat putredini peccatorum. Thus deuotionis ꝛ laudis ad confitendum omnipotenti deo. Verum tamen vt iam dixi amplius incumbit laycis operari qꝫ ceteris duobus: amplius clericis instare doctrine: amplius monachis insistere oratori: ꝛ laudibus vacare diuine. Quo n. plus dat homini qđ deest sibi est eo plus infirmatur ꝛ deficit in his que deorsum sunt. Et hoc iuste fatio. Nam iustitia que de terra est: in longum protenditur merces eius. Que autem agitur (vt ita dixerim) inter terram ꝛ celum: media incedit inter vtrunq;. Que autez de celo est iustitia mox perducit ad regnum dei. Certe tria tempora esse didicimus. In quibus tres ordines isti consummationem accipiẽt. Ecce enim populus ille antiquus qui perseuerauerit in fide vsq; ad Joannem baptistam expectat remunerationem suam a domino in resurrectione futura. Similiter sequens populus qui credidit in aduentu christi. Similiter ꝛ populus tertius q in fine crediturus est. Ecce qꝫ longe ille: qꝫ prope iste. Nam nec exempla desunt mysteriꝫ: si ea prouide querimus in diuinis scripturis. Legimus enim Abraam in senectute genuisse: Joannem baptistam cum triginta esset annorum predicasse: sicut Ezechiel prophetam: ꝛ ipsemet mediator dei ꝛ hominum christus iesus. Benedictum veromonachorum patrem ꝛ ducem sicut ꝛ multos alios a puericia sua deo consecratus fuisse. Ex quorum euidenti mysterio luce clarius datur intelligi qꝫ diuturnior est ad percipiendum fructum mercedis sue vita cõiugati: vita clerici: diuturnior vita clerici: vita monachi. Quo enim quis longius recedit a deo per desideria vite huius: eo tardius perducitur ante faciẽ eius: ꝛ quo magis appropinquat illi per affectum amoris eo citius illuminatur in conspectu illius. Qui ergo occasione coniugalis vinculi carnalibus amplexibus astricti sunt: vix possunt in extrema etate vite sue fructum bonioperis competenter afferre: cum saltem continentie bonum imperat defecta senectus. Qui autem amore propinquorum vix media etate cum se ab illorum sumibus: diuisis possessionibus absoluunt. Inde est qꝫ patriarchis: vt iam diximus in senectute filij dati sunt: cum magis amore prolis qꝫ libidinis conuenirent cum vxoribus suis. Inde qꝫ exemplo domini triginta annorũ ad munus esse debet qui ministerium assummit predicationis. i. cum libera iam potest homo vti sententia rationis: vt habeas discretionem inter sanctum ꝛ prophanum: sciat reprobare malum ꝛ eligere bonum. Qui autez a puericia sua spretis omnibus que possident: adherent deo: eo possunt liberius seruire illi: quo calcantes huiusce modi necessitudines pestilentes: que ingerũt importune mortalibus: ꝛ iuxta iter scandalum ponunt electis dei: aut parum: aut nihil sentiunt de carnali affectu. Horum itaq; primum coniugatorum est proprium Secundum clericorum. Tertium monachorum. Verum quia fieri non omnes monachi equales sunt meritis: ita nec omnes clerici: nec omnes layci equales sunt: omittentes quid faciant illi: ꝛ illi pro desidia sua: quid facere debeant qui volunt esse beati in exemplum teneamus: quinimmo: ꝛ quid faciant multi quorum memoria in benedictione est. Psal.

De tribus exercitijs quorum singulus pertinet ad singulum trium ordinum.

Tria sepe scripta exercitia commemorata sunt nobis in tribus ordinibus sepe scriptis pertinentia ad imaginem trinitatis: opus doctrina ꝛ laus. Quia tamen i patre est filius ꝛ spiritus sanctus: in filio pater ꝛ spiritus sanctus: in spiritu sancto pater ꝛ filius: nihil sic attribuitur imagini vnius persone: vt non continuo inueniatur in eo similitudo ouarum. Igitur ꝛ in opere solo similitudo trinitatis habetur: ꝛ in doctrina sola: in psalmodia sola. Aliud est enim operari ad vtilitatem propriam: aliud ad subsidium proximorum: aliud ad gloriam ꝛ laudem dei. Similiter ꝛ in doctrina obseruandum est. Aliud est enim legere ad vtilitatem propriam: aliud ad edificationem ꝛ institutionem: instructionez proximorum: aliud ad gloriam ꝛ laudem dei. Similiter ꝛ in psalmodia. Aliud ẽ psallere ad consolationem propriam. Aliud ad

laudem dei. Ad vtilitatem ꝛ enim propria operari videmur: cum nobis ex his q̄ agimus: prouidemus stipendia vite temporalis: ad subsidium proximorum aliquid agimus: cum eis necessitatem habentibus in quibus possumus: ministramus. Operat autem quis ad gloriam dei cum edificationi basilicarum impendit curam: vt in illarum magnificētia honoretur deus. Eodē modo ad propriam vtilitatem legimus cū nos ipsos edificamus querētes in diuinis paginis que propie saluti necessaria sunt. Ad vtilitatem proximorum cum preparamur ad responsionem eorum qui nos interrogant de verbis dei: vt audientes a nobis verbum salutis: edificentur vt salui fiant. Legimus nihilominus ad gloriam dei: cū querimus intelligere misericordias eius ꝛ memoriamur iudicioꝝ eius que a seculo sunt. ꝛ pro nostra etiaꝫ ꝛ per proximorū vtilitate psallere comprobamur cum psallentes in cōspectu altissimi: pro nostris excessibus exorauus dicentes. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et illud. Comprehenderunt me iniquitates mee ꝛ non potui vt viderez. Multiplicati sunt super capillos capitis mei ꝛ cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine vt eripias me: domine ad adiuuandum me respice. Quid dico cū pene tertia pars psalmorum oratio pro peccatis esse videatur. Inde est q̄ pro nostris ꝛ pro aliorum peccatis dicere psalmos consueuimus orantes ꝛ pro propria ꝛ pro proximorum salute. Ceterum quod maius est ad gloriam ꝛ laudem dei debemus sine intermissione psallere ꝛ cātare dicētes: quotidie cum psalmista. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea. Et his similia. Ecce q̄ distincte probatum est quod prediximus haberi. s. tres modos in singulis tribus. Et sciendum q̄ primū singulorum pertinet proprie ad populum qui fuit sub lege: qui suam vtilitatem potius q̄ aliorum populorum querebat. Secūdum ad populum christianum qui se ipsum tradere iubetur vt plures lucrifaciat. Tertium magis pertinet ad populum spiritualem qui erit tertij status. Qū data vndiq; pace ꝛ letitia: conuertetur pre solito ad laudem dei: dicens assidue cum psalmista. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum ꝛ circundedisti me letitia. Vt cantem tibi gloriā mea ꝛ non cōpungar domine deus meus i eternum confitebor tibi. Que cum ita sint liquet q̄ in opere ꝛ doctrina sicut ꝛ in psalmonia trinitatis mysteriuꝫ reperitur. Nēpe ꝛ psalterium decem cordarum: Sicut scripsimus in primo libro triangulatū est: ita vt trinitatis mysteriuꝫ in vnitate: ꝛ vnitatem in trinitatem quibusdam naturalibus vocibus exclamare ꝛ exprimere videatur. Nunc autem locus est exsoluere nos: si possumus a promisso quod de mysterijs quindecim graduum nos supra fecisse cuꝫ de illis ageretur: meminimus.

Mors

Psal.

Psal.


Psal.


¶Quod tante perfectionis sit quindenarius numerus vt sub ipso contineatur oīs perfectio misteriorum dei. Et q̄ idē numerus in ternariū quinarium: ꝛ septenarium distinguatur: ꝛ q̄ ipsa sit causa tante perfectionis.


NOnnulla dicta sunt de quindecim gradibus ꝛ de superna illa ciuitate Jerusalem p̄m numerum psalmorum q̄ndecim decadarum: sed adhuc alia viciniora luci seruata sunt vsq; huc: vt tenebre ēs luminare minus fugauerat ex parte: superueniēte sole altioris intelligentie remicāte serenius deleātur Quod vt fieri possit ternarius ꝛ quinarius necnon ꝛ septenarius numerus qui simul coniūcti: quindenariū ꝓstituūt numerū: multis modis: vt apparebit inferius considerādi sunt: siue sub eodem sensu: tricenarius: quinquagenarius ꝛ septuagenarius: qui illud idem designāt. Neq; enim pro alia causa: decem pro vno: viginti pro duobus: triginta pro tribus: ꝛ


sic de ceteris accipi puto: q̄ vt eos ille de q̄ bus loquimur: perfecte esse intelligantur. Ar de his in sequentibus. Oportet enim nos in loco suo seriatim ostendere quibus modis accipiendi sunt ipsi quindecim gradus p̄m q̄ plures sunt intelligentie: quibus hec ꝛ alia accipienda sunt. Nunc igitur cōtemplandi sunt ipsi numeri in illa celesti cīuitate: vt exinde ad contemplandum eū qui fecit omnia sublimari possimus: eo enim q̄ dei est proprium eo subtilior diligentia inquirendum est ꝛ tenendum: quo constat: q̄ ipse deus finis est inquisitionis ꝛ desiderij nostri In eo quippe ꝛ apud eum manet illa felicitas de q̄ dicit scriptura. Oculus non vidit: deus absq; te: que preparasti diligentibus te. Vt igitur ad contemplandum ipsum: qui solus est amandus ꝛ venerandus: oculus mentis nostre eleuari queat in sancta illa ciuitate de qua gloriosa dicta sunt. Numeri ipsi de quibus agitur: assignādi sunt: immo vt assignati sunt a deo reuelandi: quemadmodum ad totam illaꝫ ciuitaꝫ pertineāt ternarius numerus ad totam quinarius ꝛ septenarius. Primo. n. considerāda sunt tria: vici sub vrbana ꝛ vrbs: deinde in structura murorum considerande sunt duodecim partes: que distinguuntur portis ꝛ fundamentis. Et enim ex que ꝛ septem duodenarium numerum cōsistere manifestum est: quibus addita tria: quindenarium perficiunt. Differt autem inter tria prima ꝛ duodecim sequentia: q̄ illa tria generalia sunt: ista duodeciꝫ specialia. Vt autem hoc totum factum esse liqueat ad imaginem dei: iam nunc lipidius cōsiderare libet q̄ in his tribus numeris cōtineatur mysterium deitatis: ꝛ ita vt videatur posse sufficere ad omne: quare ꝛ enim ternarius: pertinet ad tres proprietates personarum: p̄m quas vnaquęq; persona intelligitur per se subsistere: ꝛ non esse alia. Quinarius ad quinq; relationes. Septenarius ad septem modos: quibus dicitur: deus ad se. Siquidem per tres proprietates intelligimus tres distinctas personas. Per quinq; relationes intelligimus quis a quo: vel quis a quibus. Per septem modos quibus dicuntur ad seipse persone intelligimus perfectionem vniuscuiusq; persone: ꝛ duarum siue trium perfectissimam vnitatē. Et hoc quidē ꝑ Anagogen. Moraliter autem ternarius ad illa tria exercitia q̄ pertinēt ad tres ordines suprascriptos. Quinarius ad quinq; virtutes: quarū suprafecimus mētione. Septenarius vero ad septē virtutes anime naturales. Sed de hoc in sequentibus. Primo autem ostendi oportet quomodo ternarius vel potius tricenarius numerus pertineat ad trinitatem. Quinarius vel quinquagenarius: ad quinq; relationes: Septenarius vel septuagenarius ad septem modos quibus dicitur: deus ad se: Quatenus intentum quinquaginta psalmis ostendatur nobis iter veniēdi ad perfectionē catholice confessionis: ꝛ in quindecim gradibus memorabis in hoc opere ingrediendi additum ad sancta sanctorum. Amen: Primo itaq; in fundamento fidei nostre statuenda est trinitas ipsa: que est id quod est: deus. s. Abraam: ꝛ Deus Isaac: ꝛ deus Jacob: p̄m q̄ significatuꝫ est in tribus illis angelis qui apparuerunt Abrae: (hoc est:) vt ante omnia credamus esse tres perfectas personas: non diuisas: sed distinctas proprietatibus suis. Deinde esse vnam personam ab vna ꝛ aliam a duabus: ꝛ ab ipsis tribus septem spiritus ipsius domini missos in omnem terram: p̄m q̄ in quinq; relationibus contineri subsequens tractatus ꝛ imagines docent. Deinde esse singulam personam verum deum: ꝛ duos simul vnum deum: ꝛ tres pariter vnum deum. Igitur locus est: vt agentes de trinario numero: premissis competentibus figuris: ad intellectum trium personarum mentis oculum dirigamus: querentes pro res visibiles intelligere inuisibiles: ꝛ per res creatas rerum omnium creatorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca









¶ De mysterio trinitatis.

Gene. Manenti Abrae sub arbore in ferue re diei apparuerunt ei (vt ait scriptura) tres viri. Dixerat autem superius: apparuisse deum Abrae sed cum ageret de modo apparitionis: tres viros apparuisse subiunxit: quia vero interius illustratus é vidit z intellexit. Vidit tres z ipsos tres: quasi tres z quasi vnum adorauit. Sed cū illos tres quos vidit Abraam: celestes spiritus indutos corporali specie: prout deus melius nouit: fere teneamus. Quare non angeli a principio sed viri dicti sunt. Adyltimum autem vnus eorum qui sterit i mō te: non angelus: sed dominus dictus est. Duo vero qui descenderunt Sodomam: primo quidem angeli: deinde dominus dicti sunt: nisi q; vbi dicti sunt tres viri vnitatē trīn z eqlitatē itimari voluit psonarū: vbi āt duo eoz dicti sunt angeli: q interpretant nūtij: m nifestē voluit inotescere: filiū z spiritū sanctū mittendos esse ab vno patre pro salute generis humani. Et vbi vn⁹ qui z dominus dicitur stetisse in monte: a quo missi sunt duo: ostensum deum patrē: non habere patrem: nec esse et principium a quo mittatur. Et vbi duo qui descenderunt: dominus dicti sunt: aperte innotuit in vnitate eos manere paterni dominy z diuine glorie maiestatis? Unde z benedictum est ibi. Dixit domino a domino: q
Gene. z filius z spiritus sanctus vnus sunt dominus qui pluit: z pater solus vnus est domīnus a quo pluit. Igitur i hac figura apte ostenditur trinitas personarum. Sed quia trinitas ipsa dicit in apocalipsi. Ego
Apoc. sum Alpha z .ω. q. d. o. duobus hīs modis scribitur apud grecos: quod sparsim z distincte dicturi sumus in sequentibus: vt manifestius quod dicitur: capiat: In his tribus figuris sūmatim z distinctius exhibetur. Ecce enim in prima figura que dicitur Alpha: aperte ostenditur esse deū tres personas: z in tribus illis personis que apparuerunt Abrae: z in gestis earum aperte ostēditur q filius z spiritus sanctus mittantur ab vno patre. In secunda autem q elenatis tribus virgulis: respuit superius: z in tribus patriarchis: quorum vltimus egressus a duobus abijt in Aram duobus manentibus in montibus israel: manifeste innuitur: q vnus spiritus sanctus procedit pariter a patre z a filio. Porro in tertia que est rotunda esse vnum deum z vnū dominum intimatur. Et bene vnum é elementum: sed duplex figura quo relatio p sonarum designatur z vnitas: quia eo ipso quo intelligimus filium semp esse a patre genitum: z spiritum sanctum ab ambobus indefinenter procedere necesse cogimur illorum perfectam intelligere vnitatem: q; q nō semel sed semp ab alio ꝓcedit: nō pōt ab eoꝛa quo exire nō desinit. ſparari.

Esa.

Apoc.

¶ De quinq; relationibus personarum.

Licet in prefinatis figuris ostendantur z relationes z vnitas personarū quia tamen de ternario numero: qui proprie pertinet ad trinitatem: plenius disputauimus: parum vero de quinque relationibus: z quinq; modis quibus dicitur ad se. Locus est vt de ipsis relationibus paulo diffusius disseramus: inuenientes donante deo: qualiter vna persona dicatur ad alteram aut due persone ad vnam: aut vna ad duas: aut tres ad subditam creaturaz. Habbet enim pater quandam propriaz relationem ad solum filium quia vnus é ibi pater vnius filij: z quandam propriam solus filius ad solum patrem: quia vnus est ibi filius vnius patris: z quandam simul pater z filius ad vnum spiritum sanctuz: quia duo sunt ibi tantum qui mittūt vnū spiritum sanctum: z quandam simul filius z spiritus sanctus ad vnum patrem: quia duo sunt ibi tantum qui mittūtur ab vno patre z quandam simul tres ad oēm creaturam: quia ipse tres persone sunt vnus deus z vnus creator: de quo dicit apostolus. Ab ipso z p ipsuz z in ipso sunt omnia: ipsi gloria z imperium in secula seculoz. Amē. Quod qui forte minus intelligit lectum. Ex pñti pōt leuius inuestigare figura.

Apoc.

Prima Relatio	Patris	Ad filium	Quia solus pater genuit
Secūda Relatio	Filij	Ad patrem	Quia filius genitus est
Tertia Relatio	Patris z filij	Ad spūz scūm	Qz simul ambo mittūt vnuz
Quarta Relatio	Filij z spūs sancti	Ad patrem	Qz simul ābo mittūt ab vno
Quinta Relatio	pris z filij z spūs sci	Ad creaturam	Qz ipsi tres vnus creator sūt
			Qui é ꝓdito: totius creature

¶ Eodem modo z si non eque consimili possumus dicere q; vnus Abraaz habet relationem ad vnuz Isaac: z vnus Isaac ad vnum Abraam: z versum Abraam: z Isaac ad vnum Jacob: quia vnus iste a duobus illis: z Isaac pariter z Jacob ad vnū Abraam: q; duo isti ab illo vno. Et simul tres ad totum populum filiorum israel quia totus ipse ab illis tribus patriarchis: z eis ad huc aliquid in eodez mysterio: quod paulo acutiorem intellectum requirit: ꝟ q; a communi relatione nulla eximitur personarum: quin aut vnus habeat relationem ad duos: aut duo ad vnum: aut tres ad aliquid. In quo tamen modo relationis. sola missio manet in causa: nimiruz q; vnus é q mittit duoa: z duo sunt q mittūt vnū: z duo sunt q mittunt ab vno: z vnus é q mittit a duobus: z tres sunt q testimoniū dāt in celo: a qbus ꝓcedūt septē spiritus missi in omnem terraz. Quis verō nullo modo duo procederent indefinenter ab vno: aut vnus a duobus: si non duo essent vnum: z vnus cum duobus vnuz: Ut hec facilius capi queant: recurrendum est ad imagines preparatas a deo: vt quod forte nudo verbo appareret obscurum: opposito lucris speculo: fiat perspicuum z manifestum. Querimus autez intelligere quomodo aliquando pater accipiendus sit solus cum dicitur mittere filium z spiritum sanctum: aut quomodo spiritus sanctus accipiatur solus: cum dicitur mitti a patre z filio: aut quomodo pater z filius credantur simul vnus deus cum dicuntur simul mittere spiritum sanctum: aut quomodo filius z spiritus sanctus credant simul vnus deus cū dicūt mitti ab vno ꝑ: aut quō si mul tres credāt esse vnus deus cū dicunt mittere septē spūs i oēz terrā ad btificādā: quā ipse ꝓdidit creaturā me (q d abit) maius aliqd extimet duo simul quā singulus aut mn⁹ aliqd singulus q; duo simul vel tres. Sane ad designādā excellentiā tā archani mysterij: electi sunt i exordio prioris testamēti ab ipso de quo z loquimur creatore: q; q; venerabiles viri: i qbus q; q; iste relationes: ita ineffabili modo ꝓnotate sūt vt nil supersit vel desit a perfectione mysterij. Sunt autem viri isti: Abraam: Isaac: Iacob: Ioseph z Effraim: Nempe Abraam specialius pre ceteris patribus accipi consueuit: in designatione patrie. Isaac aliquā do in designatione patris: vt i eo loco vbi benedicit Jacob filium suum: aliquando in designatione filij. Jacob aliquando in designatione patris: vt in eo loco vbi benedicit Manasen z Effraim: aliquando in designatione filij: vt in eo loco vbi amouit lapidem ab oze putei: aliquando in designatione spiritus sancti: vt cum dicitur.

Apoc.

Gen.

Ego sum Deus Abraam: z Deus Isaac: z Deus Iacob. Joseph quoq; aliquādo significat filium: vt in eo loco vbi venditus est a fratribus: aliquando spiritum sanctum: vt vbi conatus est transferre dexteram manum patris super Manasen. Porro Effraim qui interpretatur fructificatio significat spūz scūz qui fructificauit in gēte⁹: sicut z manasses vnigenitū dei. Igit abraā significat patrem. Isaac significat filiū. Jacob spiritum sanctum. Rursuz Isaac significat patrē. Jacob significat filium. Joseph spūz scūz. Rursuz Iacob significat piez. Joseph significat filiuz. Effraim spūm scūm: ꝑm q; in hac figura apertius demōstrat.

Gen. Exo. Gen. Gen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pater	Filius	Spūs scūs
Abraam	Isaac	Jacob

Pater	Filius	Spūs scūs
Isaac	Jacob	Joseph

Pater	Filius	Spūs scūs
Jacob	Joseph	Effraim

CConsidera lector ter trinū figuraȝ: ꝛ
coisce quare cantet ecclesia ter añ missam ter trinum Kyrieleison: quoȝ ipsi qui invocantur non sint nisi tres. Et enim ex hac figura colliguntur illi quinq; modi relationum qñ quidem aperte ostenditur in ea: q; in Abraam solo designatur pater. In Isaac solo designentur simul pater ꝛ filius. In Jacob solo pater ꝛ filius ꝛ spiritus sanctus. In Joseph solo filius ꝛ spiritus scūs. In Effraim solo spiritus sanctus. Quare autez istud? Ut ostendatur: nec minus aliquid esse solus pater: aut solus filius aut solus spiritus sanctus: q̄ȝ tota trinitas: nec plus aliquid simul tres q̄ȝ singulus: trium sed ita perfectus deus: solus deus gen: tus: vel ingenitus: vel procedens: quomodo tota trinitas vnus deus: ꝛ maxime vt ex hoc apertiuȝ ostendatur veritas relationuȝ in deitate: qualiter. ſ. vnus mittāt duos ꝛ duo mittantur ab vno: duo mittāt vnū ꝛ vnus mittatur a duobus ꝛ simul tres habeāt relationem ad septez dona spiritualia: quę dicuntur septem spiritus domini missi i omnem terram. Sane ab ipsis septem spiritibus non fit recipꝛoca relatio ad tres personas ſm equalitatem personarum: quia nō sunt nisi tres tantum persone deitatis aquibus sunt septez illa dona sicut ꝛ cetera oīa. Neq; enim de substantia sunt diuine nature ipse diuisiones gratiaꝝ: sȝ profecto vnus est spiritus sanctus qui manens integer in singulis: dat de suis donis: non quantū volunt illi in quibus manet: sȝ sicut ipse vult. Cum enim diceret apostolus. Diuisiones gratiarum sunt: idem autem spiritus: ꝛ subiungeret. Alij per spiritum datur sermo sapientie: alij sermo scientie ꝛc. adiecit ꝛ ait. Hoc autem omnia operatur vnus atq; idē spiritus: diuidēs de suo singulis p̄ut vult. Esa.
Nam ꝛ propheta cuȝ diceret singulariter. Requieſcet super eum spiritus domini: p̄tinus adiecit ꝛ ait. Spiritus sapientie ꝛ intellectus ꝛc. quatenus ꝛ vnus spiritus: ꝛ plura intelligerentur esse dona eius: quetñ ꝛ ipsa spiritus scriptura cognominat vt Johannes in Apocalypsi. Ecce septem (inquiens) spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt. Juxta igitur similitudo patris in Abraam: Isaac ꝛ Jacob. Similitudo filij in isaac: ꝛ Apoc.
iacob: ꝛ ioseph. Similitudo spiritus sancti in iacob ioseph ꝛ Effraim. Ita enim miro modo in quinq; perfectionibus istis: ac si i quinq; literis vocalibus: sacri huius mysterij continetur archanum: vt aperte ostendatur quid speciāliter pertineat ad patrez vel ad spiritum sanctum: ꝛ quid communiter ad patrem ꝛ filium: siue ad filium ꝛ spiritum sanctum ꝛ quid communiter ad simul tres. Solum enim patrem significat Abraam: quia a solo patre mittuntur filius ꝛ spiritus sanctus. Solum spiritum sanctū significat Effraim: quia solus spiritus sanctus mittitur a patre ꝛ filio: a quibus ꝛ procedit. Solus isaac significat duos: patrē. ſ. ꝛ filium: nec tamē duos deos: sed vnū deū quia ipsi duo qui sunt vnus deus designatus in isaac mittunt vnum spiritum scūm designatum in iacob. Solus ioseph filius iacob significat: similiter duos simul: filiuȝ scilicet ꝛ ꝛ spiritum sanctum: non tamen duos sed vnum deū: quia ipsi duo q̄ simul sunt vnus deus designatus in ioseph: mittuntur simul ab vno patre. Neq; enim de nuſſione illa visibili quȝ dei filius factus ē homo: aut de aliquo huius sermo est: sed de illa missione spiritus ill: qua mittit q̄ottidie ad beandos ꝛ illustrādos alios fideles

ſm quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sȝ ꝛ vnus Jacob significat simul tres patrem. ſ. ꝛ filiū ꝛ spūm scūm: nec tñ tres deos: sed vnū deū qui est creator omnium bonorum: visibilium. ſ. ꝛ inuisibiliū a quo omnia per quem omnia in quo omnia quia ipse ē creator totius visibilis ꝛ inuisibilis creature. Adhos quinq; modos relationum pertinent ille quinque virtutes de quibus superiuelocuti sumus. Quod melius apparebit si eisdē q̄nq; relatiōibus q̄nq; sua ipa coaptamus.

CDe differentia quinq; temporum.

Primū tempus
IN primo sane tempore quod sunt añ legem: assumpsit deus Abraam ꝛ cōstituit illum patrem multarum gentium. Erat Abraam (quod nullus ante eum fecisse legitur patruȝ:) satis admodū ꝛ quasi supra modum sollicitus de herede: dicens ei qui cum eduxerat de terra sua. Domine deus quid dabis mihi? Ego vadam absq; liberis: ꝛ filius p̄uratoris domus mee: iste damascus eliezer. Addidit q̄ȝ Abraam. Mihi autem non dedisti semen: ꝛ ecce vernaculus meus: heres meus erit. Tantam vero benignitatem oñdit deus eidem Abrae ꝛ Isaac ꝛ Jacob tribus. ſ. patriarchis: vt non tam eorum dominus: q̄ȝ pater esse putaretur: respectu duntaxat aliorum patrū: qui legis oneribus grauati sunt. Sed ꝛ taȝ aperta iudicia veritatis eis a domino facta sunt: vt non possent dubitare de promissione dei: sed crederent firmiter promittenti ꝛ reputaret eis ad iustitiā. Et hȝ de Abrā solo scriptum sit verbū illud: dubiū tamen non est q̄ de omnibus fidelibus accipiendum sit. Gen.


Secūm tempus
In tempore vero quod fuit sub lege: eduxit populum de egypto: induxit dominus in desertum: ꝛ dictuȝ est q̄ angelus domini precedent israel. Qui vȝ angelus apparuit filijs israel: post mortez Josue ꝛ ait illis. Eduxi vos de Egypto ꝛ introduxi in terram p̄o qua iurauī patribus vestris: ꝛ pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum: ita dumtaxat vt non feriretis pactū cum habitatoribus terre huius: nec audiretis vocem meam. Ecce q̄ȝtus erat angelus iste domini: Qui se dicit eduxisse populum israel de egypto ꝛ introduxisse in terram p̄ qua iurauerat patribus suis. Hoc libris ueteris ipse sibi ascribit: deus vnus ꝛ verus: ꝛ ipse se hoc iurasse testatus est. Quis igit erat iste angelus: nisi ille de quo dicit pater. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: ꝛ angelus testamenti quem vos vultis. Hinc est q̄ in hystoria Sanson: ꝛ deus ꝛ angelus dictus est. Apparet autem q̄ ex eo tempore quo locutus est Deus ueteri seruo suo: filius qui est verus legis lator ꝛ dominus magister inceperit sub occulto enigmate: hoc sub specie angeli: ostendere maiestatem suam ꝛ facere iudicia in nationibus ꝛ increpationes in populis: ꝛ etiam in ipso qui dicebatur populus eius: vt se ostenderet esse simul cum patre dominum vniuerse terre. Secutum est tertium tem- Tertiꝰ tempus
pus sub regibus ꝛ prophetis a diebus Samuelis prophete in quo tempore edificata est Jerusalem ꝛ vncti sunt reges qui preessent populo illi: dictumq; est primo eorum. ſ. Sauli q̄ cum videret gregem prophetarum in hiere in eum spiritus domini ꝛ prophetaret: ꝛ de Dauid dicit scriptura q̄ vnxerit eum Samuel in medio fratrum suorum: ꝛ directus fuerit spiritus domini in eū in die illa ꝛ in reliquuȝ. Igit ex eo tempore manifestius ꝛ frequentius preter solito locuta est scriptura de spiritu domini incipiente reuelari: ꝛ not⁹ fieri in regibus ꝛ prophetis: licet enim ꝛ in tempore iudicium ꝛ ab ipso principio loquatur scriptura de spiritu domini: non tamen ita certa indicia dare voluit sui ipsius: quomodo a tempore prophetarum ꝛ regum. Subeodem quoq; tempore: due tribus regales ꝛ leuitica alije discedentibus a domo Dauid: facte sunt vna tribus: vt essent i Jerusalem ꝛ iuda perfectum mysterium trinitatis: in qua ꝛ prophete domini multi- i. Reg.

plicari ceperunt: qui ⁊ irruẽte super se spiritu domini: aperte de fide trinitatis locuti sunt: ⁊ tam de aduentu filij in carne q̃ de effusione spiritus sancti pari voce pphetauerunt ⁊ que viderunt ⁊ predixerunt: reposuerut in libris: ⁊ pro futura posteris reliquerunt. Quia igitur in primo tempore reuelauit se deus pater: sicut voluit: ⁊ quibus voluit patribus qui fuerũt ante legẽ. Secundo adiuncta est demonstratio filij in angelo domini: qui ⁊ Deus ⁊ dominus vocatus est. Tertio subsecuta ẽ exhibitio spiritus sancti loquentis in regibus ⁊ prophetis. Apparet q̃n tertio tempore: ꝝ sub obscuro enigmate: tota trinitas q̃ vnus deus ẽ simul se ondẽrit opari: ⁊ q̃ nõ vna tantum persona esset deus: sed pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus. Considera nũc si potes mentis oculis: quale erat tempus illud in quo non erat lex: quale illud in quo data est lex: quale illud in quo apparuerunt prophete. i. tempore patriarcharum. tẽpus iudicum: tempus prophetarum ⁊ regũ: ⁊ agnosces quanta inter tempus ⁊ tempus differentia fuerit. Et bene in corpore ciuitatis Rex simul ⁊ iudex extimandus est Deus: quia ⁊ Rex Dauid qui teneret locum eius constitutus est ab ipso super syon montem sanctum eius: ⁊ non lõge post subsecutus est Helyas qui accensus igne zeli dei vniuersam terram israel afflixit ficcitate ⁊ estu: ⁊ eriaz igne iudiciario cõ-
Quartuz tps cremauit superbos. Sed transeundum est ad tempus quartum: in quo filius ⁊ spiritus sanctus qui nõ ita aperte reuelati erãt in preteritis temporibus: quomodo pater manifesti apparuerunt ita vt alius vsq; ad ascensionem: alius multo tempore per apostolos (ꝝ non alius sine alio: sicut nec sine patre:) operaret manifeste opera sua: sicut ⁊ operantur vsq; ad presens: vt consummarent opera que ceperunt. Hac in re monendus est lector: ⁊ ne forte alibi iam commonitus: dormiter: studiose pulsãdus: quatenus vbicunq; vna persona dicit operari: nõ intelligat (quod absit:) operari ipsam solam: aut me hoc alicubi intellexisse: etiam si in aliquibus locis non notet ame: qui vtiq; non infidelibus sed fidelibus loquor: ⁊ dicũt valde sit: in omnibus locis: eadem dicta: semel bis ⁊ tertio. iteruz atq; iterum per singula momenta notare: ꝝ ita plane intelligendum est: ita tenendum: q̃ idcirco pro loco ⁊ tempore tacet scriptura de vnabus personis: ⁊ loquitur de vna: vt opus illud de quo agitur ascribatur ei proprietate mysterij: ad hoc vt intelligat q̃ alia sit persona patris: alia filij: alia spiritus sancti. Q̃ autem in hoc tempore quod' quartum est: respectu eoz que supascripta sunt simul ostensi sunt operari filius ⁊ spiritus sanctus: quandoquidem ⁊ ipse filius baptizatus est a Joanne vt sanctificaret aquas: ⁊ spiritus sanctus descendit in eum in specie columbe: vnum simul deum se intelligi voluerunt ⁊ ad redimenduz genus humanum ambos missos esse a patre: Jaz vero si de humilitate agitur: quod humilius q̃ dei filium apparere in carne: spiritũ vero sanctum in specie simplicissime volucris que nec parnissimos vermiculos ledere cõ sueuit? Quare autem in specie columbe ⁊ non sicut postea in specie ignis: nisi q̃ q̃ significat: iam tũc incipiebat ⁊ apparebat: quod autem significat ignis: futuruz erat? Hinc est q̃ Jacobus ⁊ Joannes volentes zelare exemplum Helye: ab ipso humilitatis magistro audierunt. Nescitis cuius spiritus estis: filius hominis non venit animas perdere: sed saluare. Igitur Filius ⁊ Spiritus sanctus simul sub eodem tempore missi sunt a patre: dicẽte angelo ad Mariam. Spiritus sanctus superueniet in te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi: vt apparet q̃ ambo procederent ab vno patre. Ego (inquit) filius a deo pcessi ⁊ veni. Et hec differentia. Omnis qui nascitur procedit: sed non conuertitur. Sed iam nũc agẽdum est de tempore quinto in cuius initio sumus nos: in quo oportet adhuc spirituz sanctum missum a filio operari opera sua: multo altius q̃ hactenus operatus est: vt

omnes discant honorificare spiritum sanctum: sicut patrez ⁊ filium. Jn quo? Haud dubium quod in euangelio eius. Non enim sicut decet honorificat illum: qui non subiectus ⁊ deuotus: recipit euangeliũ eius. Et quod est euangeliuz eius? Illud de quo dicit Joannes in Apocalypsi. Vidi angelũ dei volantem per medium celum: ⁊ datuz est illi euangelium eternum. Quod ẽ euãgelium eius? illud quod procedit de euangelio christi. Litera enim occidit: Spiritus autem viuificat. Propter hoc enim veritas ipa dicit. Cũ venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Et vt ostenderet q̃ de euangelio Christi ⁊ de scriptura eius acciperet: ⁊ commutãs quasi aquam i vinũ inebriaret electos: adiecit: ⁊ ait. Non enim loquetur a semetipso: sed quecunq; audiet loquetur: ⁊ que ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet ⁊ annunciabit vobis. Hoc ergo opus operabitur i nobis spiritus sanctus: vt docens nos omnem veritatem: erigat mentes nostras ad celestia desideria: ⁊ faciat expectare diem illũ ad quẽ suspirauerunt omnes sancti: ⁊ gloriari in spe glorie filiorum dei. Oportet enim illuz immutare mentes nostras: quod potest facere quando vult ⁊ prout vult sicut deus ⁊ transferre corda nostra a carnalibus desiderijs: ad amorem celestium: vt quodammodo non simus quod fuimus: sed alij esse incipiamus. Ecce si reminiscimur eoruz que dicta sunt. Jn primo tempore operatus est deus: fidem. Jn secundo patientiã. Jn tertio zelum. Jn quarto humilitatem. Jn quinto spem. Verumtamen quia in vita ista: non est in veritate regnum sed exiliuz: nec operãdũ in iudicio sicut fecit Helyas: sed in mansuetudine sicut docuit Jesus. Illud quod de tempore medio dictuz est: (hoc est) de tempore Regum ⁊ Prophetarum: ad ostensionem magis factum est eorum que futura sunt in parria post finem mundi: q̃ vt tunc causa tanti mysterij consumata fore credatur. Igitur in futuro seculo consumandum est: quando iudicatis ab omnipotente Deo omnibus impijs in igne zeli sui circunstantibus etiam iudicibus in sedilibus suis: regnabit solus ipse in Hyerusalem ⁊ replebit in ea gaudio ⁊ letitia corda totius populi habitantis in ea: sicut (inquit.) Letantium omnium habitat o in te. Ut autem conferamus mysteria cuz his que veraciter gesta sunt. Unus Abraam significat solum patrem. quia ipse vnus pater mittit Filium ⁊ Spiritum sanctum. Unus Jsaac significat: simul Patrem ⁊ Filium: quia simul pater ⁊ filius vnus deus sunt: ⁊ ipi duo pariter mittunt spiritum sanctum. Unus Jacob significat simul tres personas: quia ipse tres persone vnus deus sunt. Et ab ipso vno deo: qui ẽ trinus ⁊ vnus missi sunt septem spiritus in omnem terram. Unus Joseph significat simul filium ⁊ spiritum sanctum: quia simul ipi duo vnus Deus sunt: missiq; sũt simul ab vno patre. Unus Effraim significat solum spiritum sanctũ: quia ipse vnus spiritus sanctus mittitur a patre ⁊ filio. Diro autem modo deus pater habet in re dissimili: simile aliquid cuz spiritu sancto. Pater ⁊ filius cum filio: ⁊ spiritu sancto. Trinitas vero non habet cuius similis sit: quia ipsa est ⁊ nõ ré altera. Nam vnus pater habet mittere filium: ⁊ spiritum sanctum. Unus spiritus sanctus habet mitti a patre ⁊ filio. Pater ⁊ filius habent simul mittere spiritum sanctum. Filius ⁊ spiritus sanctus habẽt simul mitti a patre. Sane simul tres habent dare ⁊ mittere dona sua ad beatificãdos electos factos participes plenitudinis sue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Dicte rei exemplum.




QUia vidimus in primo loco de mysterio trinitatis in secundo de quinq; relationibus quibus persona distinguitur a persona vel etiam ipsa trinitas a rebus q̄ sunt ab ipsa create. Nunc laus est agere de septem modis quibus dicitur ad se quicqd dicitur deus: aut quod colitur: Singula. s. persona: due pariter: ⁊ tres simul. Sz ⁊ hoc vt facilius capiatur recurrendum est similiter ad exempla.

¶ Quibus modis dicantur ad se persone deitatis siue singule: siue due pariter: siue tres simul.

DEus est sanctarum scripturaruz: vt nomine carnis accipiatur homo: vt
i. Esa. est illud. Et videbit omnis caro pariter salutare dei. Ex leuitico etiaz ⁊ ex alijs locis scripturarū dari potest q̄ omnes ꝓpinqui sint vna caro: sicut ⁊ vir ⁊ mulier: Quodsi ita est non solum caro vnius hominis dicenda est vna caro: verumetiam simul caro viri ⁊ caro vxoris: caro patris ⁊ caro filij: caro patrui ⁊ caro nepotis: ⁊ sic de ceteris. Igitur Abraam solus vna caro est. Isaac solus vna caro est. Jacob solus vna caro est. Deinde Abraam ⁊ Jacob simul sunt vna caro: Abraam ⁊ Isaac simul sunt vna caro. Isaac ⁊ Jacob similiter vna caro: ⁊ simul tres ipsi vna caro. Hoc sane dicitur ⁊ intelligitur. ⁊ si omnino longe distet vnitas carnis ab vnitate spiritus ⁊ maxime illius spiritus cuius mirum est qcqd est. Qd̄ si aliquid: q̄ sit bonum ⁊ amabile de rebus infimis dici potest quanto magis de domino deo omnipotente bonorum omnium creatore. Quam vero sit amabile hominibus habere in heredem carnez suam: potius q̄ extraneam: exemplo ipsius Abrae probari potest qui desiderauit ⁊ habuit.

Exemplum dicte rei.



Ut ergo vtar verbis Augustini loquentis de maiestate illa que excedit omnez sermonem in libro de trinitate. Et singulus pater vnus deus ē: ⁊ singulus filius: vnus deus est: ⁊ singulus spiritus sanctus vnus deus est. Sed pater ⁊ filius simul vnus deus sunt. Datur ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Filius ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Siue ergo ergo dicatur deus: siue sapientia siue bonitas: ⁊ siquid simile pari modo accipiendū est. Et sub istis septem cōfessionibus equali sententia coartandum. Ubi ⁊ illud quoq; vigilanter obserua: q̄ simili modo accipiendum est: quicquid dicitur deus relatiue ad creaturē: vt deus creator omnipotēs rex pastor magister: ⁊ etiam pater cum relatiue dicit ad creaturas. Si enim ꝓstat eo: q̄ non mō deus pater dicendus est pī

fidelium populorum verumetiam filius ⁊ spiritus sanctus:liquet q; isto modo nec solus pater dicēdus est pater:nec tres patres dicēdi sunt simul tres:sed singula persona: pater:⁊ simul tres:vnus pater. Cum vero relatiue ad filium dicitur pater:tunc solus ipse dicendus est pater:sicut solus filius dicendus est filius. Ut autem non pigeat replicare:que de relationibus dicta sunt. Ut qō ibi minus diximus addi queat. A solo patre missi sunt filius ⁊ spiritus sanctus:q; ab eo a quo sunt mittuntur. Et secundum hoc dicitur deus pater relatiue:non solum ad filium:sed ⁊ ad spiritum sanctum. Sed ⁊ pater simul ⁊ filius dicūtur relatiue ad spiritum sanctum:in hoc q; eum mittunt ⁊ donant. Sed ⁊ filius simul ⁊ spiritus sancⁱ relatiue dicunt ad patrē:q; ab ipso mittunt. Sic ⁊ spūs scūs relatiue dī ad p̄rem ⁊ filiū:q; ab ipsis mittit ⁊ donatur. Dis enī qui mittitur ab aliquo relatiōem habet ad eum qui mittit illum. Porro simul tres relationes habent ad illa septē dona:que dicuntur septem spiritus domini missi in omnem terram:⁊ ad omnem electam creaturam:specialius autem ad omnes nuntios suos. Hec missiones ex tempore esse ceperunt:ex quo esse ceperunt creature ad quas mitterentur:q; missi sunt filius. s. ⁊ spiritus sanctus ⁊ ab ipsis etiam illa septem dona: que dicta sunt septem spiritus domini missi in omnem terraz ⁊ omnes qui missi sunt alio p;opter eos qui hereditatem accipiūt salutis. Unde ⁊ sancti angeli dicti sunt. Neq; enim in relationibus istis eterna illa nativitas filij ⁊ processio spiritus sancti intelligende sunt:sed qō ex tempore esse cepit: non (qō absit.) q; mutabilis est illa natura apud quam non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio:sed q; non erāt creature p̄ quibus hec omnia dicta sunt. Nec ita intelligendus est filius:qui est verbum dei:⁊ spūs sanctus qui est charitas dei trāsire de loco in locum qūo corporales creature:aut saltem qūo ipse quoq; spirituales que cogitando hec vel illa accedunt ⁊ discedunt:cuz vbiq; sint filius ⁊ spiritus sanctus sicut ⁊ pater per diuinitatis p̄sentiā sed quia non vbiq; sunt per inhabitantez gratiam:quemadmoduz si cecus aut quartanarius poneretur ad solem:⁊ nec ille lucem videret p̄sentem: nec ille p̄ frigore calorem sentiret:diceretur autem peruenisse ad eos virtus solis:cum ceci aperirentur lumina:⁊ egroti frigiditas pertrāsiret:Sic ergo relationes iste temporales fuere:⁊ tamen nec dissimiles:nec aliene sunt ab illis que eterne sunt:q; ille fuerit causa istarum ⁊ p̄m illas accesserunt ⁊ iste:q; enim pater ⁊ filius p̄tulerunt ex se (ut ita loquar) spiritum sanctum:⁊ ipsi ambo mittunt euz a quibus fine fine procedit. Quia a patre procedit filius ⁊ spiritus sanctus:licet aliter filius:aliter spiritus sanctus a patre simul ambo ad redimendum genus hominum missi sunt. Unde ⁊ angelus ad mariā. Spiritus (inquit) sanctus superueniet in te:⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Et bene sic missi ambo ad operandum:vt tamen vnus eorū nasceretur ex virgine:q; vnus non ambo: genitus est semper de patre:quia vero idē spiritus qui procedit a patre procedit:procedit nihilominus ⁊ a filio: ab ipso quoq; filio mittitur ad homines ⁊ donat. Quia simul in seipsis tote tres persone habēt posse dare septem spiritus:qui sunt septem dona ipsius spiritus: mittunt illos in omnē terram:hoc est in omnem electam ⁊ preelectam ad dño creaturam. Igitur eterne relationes extitere quodammodo temporaliuz causa faciente domino:licet ipsa ad imaginem (vt ita dixerim:) ⁊ similitudinem suā. Denicq; ⁊ ille quinque virtutes de quibus supra locuti sumus tēporales sunt quo ad laborem:licet quo ad fructum eterne. Nā neq; seruitus hūilitatis:neq; pena patiētie neq; argumentum fidei: neq; desiderium spei:neq; ardor reliquo zeli:p iustitia eternus est. Et tamen fructus eorum sine fine manebit. Nimirum q; in patria illa nemo erit superbus:nemo impatiens:nemo infidelis:nemo desperans:nemo amās iniqui-

Luc. 1

tatem. Sz propterea desinent illa omnia:q; obtinebunt illas beatitudines p;o quibus diutius certauerūt. Quamuis charitas nō eo modo quo alie quatuor transitoria sint: ⁊ si eius tpale exercitium nequaq; maneat in ternum. Habēt itaq; aliquid simile iste quinq; virtutes cum quinq; relationibus istis:sicut ⁊ septem dona spiritus sancti cū septem illis modis quibus dicuntur ad se persone deitatis:sive vnaquaq; sigillatim: sive cōiter due vel tres. Que:vz:septem dona q̄z̄uis sint verissime totius trinitatis:p pter ea tamen specialius eidez spiritui ascribuntur:ne sicut filius est a patre ⁊ nō a spiritu sancto ita putari posset esse aliqua dona a solo patre vel a solo filio: que non essent a spiritu sancto. Alias autem sicut verbum dei filius:filius est summi patris:spiritus vero sanctus:spiritus patris ⁊ filij: ita ista septem dona patris sunt:⁊ filij: ⁊ spūs sancti. Et notandum q; illarum virtutum que supra scripte sunt:due inferiores videntur pertinere ad humanitatem Christi:humilitas. s. ad animam: patientia ad carnez: relique tres ad ipsam (que deus est) trinitatem:fides. s. ad patrem:q; ipsa est fundamētum virtutum. sicut ⁊ pater principium in deitate:spes ad filium:qui veniens in mundum promisit nobis regnum:⁊ futuram vitam:charitas ad spiritum sanctum qui datus est nobis:vt diffunderetur ipsa charitas in cordibus nostris. Qui autem radicatus ē in quinq; virtutibus istis:dignus existimatur apud deum:vt accipiat illa septez specialia dona:que sunt septem spiritus domini missi in omnem terram.

Similitudo dicte rei



Igitur hec septē dona a tota trinitate mittuntur ⁊ donantur:⁊ si spiritui sancto ascribantur proprie:sicut ⁊ charitas: q; ab ipso singulis diuiduntur. Si autem queris quo modo sit hoc:aut qūo dicatur idem spiritus diuidere de proprio prout vult:aut qūo dicitur deus pater vel filius dare de spiritu sancto:aut qūo intelligatur illud psalmiste. Accepisti dona in hominibus? non est huius tpis differere. Hoc tāmen scimus q; ipse spiritus sanctus:est summuz donum dei spiritus. s. ⁊ filij: in quo ⁊ sub quo continentur omnia ista dona sicut ⁊ alia multa. Et notandum q; sicut aliter intelligitur vnaquaq; persona trinitatis cum dicit ad alia: aliter cum dicitur ad se:ita ⁊ dona ista. Et enim quo ad patrem ⁊ filium ⁊ spiritū sanctum dicuntur dona:⁊ nisi quo ad se autez septem spiritus:vel etiam septem virtutes. Videtur autem q; sicut ille quinq; virtutes pertinēt sm aliquid ad illas quinq; relationes:ita iste septem ad illos septem modos:quibus dicitur deus ad se: quamuis similitudo id faciat intellectuum magis q̄z aliqua propria causa:nimiruz q; vt in superiori intellectu:qui dicitur anagogicus tres denarij psalmorum videntur pertinere ad notitiam trium personarum:quinq; denarij ad notitiam quinq; relationum: septez denarij ad septem modos: quibus dicunt

nā se persone deitatis:ita in intellectu contemplatiuo:tres denarij designant tria illa exercitia:quorum supra decimus mentionē graciam.s.preuenientem gratiam cooperātem ⁊ gratiam perficientem quinque denarij:quinq; supradictas virtutes:septez denarij:septem dona spiritus sancti. Sed vt hoc facilius intelligi queat:oportet nos de plenitudine ipsa specialium intelligentiarum aliquid inferere in hoc opusculo:vt p pauca que notamus ipsi in fide illius summi magistri:qui habet clauem Dauid:presumat lector cui vacat:etiam maxima explicare. Habemus adiutorē ipm q est dux eaz intelligētiaz ⁊ spūm scūm in quo nobis facta est rei huius ꝓmissio:q̄ cōplenda est: ſm plenitudinem in tēporibus suis:nā ab aliquo ꝓpheta aut apostolo q̄z ab ipsa met veritate que dicit cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

¶ De plenitudine intelligētiarum que in numero ternario:quinario ⁊ septenario cōtinentur.

IN his que vsq; modo domino protegente tractauimus:ostensa sunt archana misteria summi dei:cuius est totum quod est optimum:quemadmodū triginta psalmi pertinēt ad notitiam sancte: ⁊ individue trinitatis:quinquaginta ad quinq; relationes quibus dicuntur persone ad personas:⁊ ad vltimum ipse tres ad dona sua. Septuaginta ad septem modos: quibus dicūtur ad seipse persone deitatis:siue vnaquaq; sigillatim:siue due ⁊ due simul: siue etiam simul tres. Nunc autem dicendū est aliquid de plenitudine ipsa intelligentiaz: ſm ea que hactenus dicta sunt:vt multiplicatis testimonijs veritatis:cōuertantur oculi nostri ad admirabile nomē suū. Sciendum quippe est q; duodecim sunt intelligētie speciales externo fonte litere miro modo manantes:non quidem ex tota scriptura noui aut veteris testamenti:sed ex illa que historice scripta est:⁊ hoc ipsum ſm partem. Non enim omnes intelligentie in omnibus locis historiarum assignari queunt:sed in multis. Est autem fons ipse litere:quem trinuz esse dicimus. Vetus ac nouum testamentum:⁊ institutiones sanctorum patrum inter quas continetur misterium ecclesie:eō ⁊ multiplex est:ad magnū aliquid designandum a viris apostolicis institutum. Igitur ex hac trina litera: duodecim intelligentie spirituales procedūt. Harum due inferiores sunt ⁊ humiliores:⁊ rame per eas in humano genere fructus vberior reperitur. Prima horum duarum dicitur historica:eo q; ad exemplū historie institutum aliquid esse doceat:vt cum ad aliquod nouum monasterium mittitur Abbas cū duodecim monachis Christi ⁊ apostolorum. Secunda vocatur moralis:eo q; per ipsam componantur mores:vt cum rebus visibilibus:bonis ⁊ malis:vitia virtutesq; signantur. Sed melius ostendimus ꝓprietates singularum:historice.s.⁊ moralis: si ea que nudis verbis protulimus: roborem⁹ exemplis. Est aliquis homo habens vxorem verbosam ⁊ lasciuam:⁊ nolens cō tristare illā:assentit ei in omnibus sequens voluntatem illius. Hunc si presbyter suus arguere querit super confusione sua: eum Adam miserum esse dicit: qui secutus est Euam. Sanson miserabilem ⁊ enervatum qui per amorem impie mulieris:capitis singulari illa fortitudine sua:ac veluti de luminibus priuatus est. Est ⁊ alius bonus vir: qui habet mulierem castam timentem dominum ac fidelem:custodiens illam amore dei potiꝰ:q̄z libidinis sicut Joseph Ada riam:qui tamen pro eo q; illa mulier est:ipse vir designatur forte sequi in aliquo voluntatem ipsius. Hunc ergo dicendum est quatenus sic discat ꝑesse vxori sue:vt tamē illam que prudens mulier est ⁊ timēs deū: extimet Sarram:si autem reputet Abrā: sciatq; q: vt ejceret ancillam ⁊ filiuz eius: non propriam voluntatem secutus est Abraam:sed vxoris quemadmodum ⁊ Isaac

volens benedicere Esau: superatus est a vxore:vt beneditceret Jacob:pia pie vxoris deceptione deceptus. Diligebat eni Isaac quez dñs non amabat. Rebecca vero amabat quez dominus. Et idcirco vicit illa:cuius vna erat cum deo in amādo voluntas. Haud dubium q; spiritu inspirata diuino. Dicamus hoc apertius:vt facilius intelligatur. Sarra non solum vxor sed ⁊ soror:dicta est abrae. Est autem aliquis bonus vir qui habet sororem nolētem virum: sed magis eligentem viuere in castitate: vt sit (iuxta apostolū) libera ⁊ sancta ⁊ seruiat deo mente ⁊ corpore. Videns aut eam ille deuotionem sororis:non vult eam contra votū eius tradere viro qui pascat ⁊ regat eā: sed ei ipse vite viri decernit in omnibus obligari:que videſ tandem q; sic expediat:cōsulit fratri vxorem ducere filios procreare. Sed ⁊ ipsa quia filium carnalem nō habet:querit quomodo habeat specialem (nihilominus volēte fratre:) ⁊ ei in omnibus assentiente. Videt enim aliquem orphanū ⁊ misereturipsius:quem assumens in domum suaz:ipsa simul ⁊ frater eius:adoptāt in filium ⁊ metuunt deo. Hunc autez q̄ accidere solet incipit inuidere is qui natus ē de vxore(si forte sapientior illo est) ⁊ querit quasi ludendo opprimere: ⁊ subijcere sibi eum:matre vidente⁊ assentiente. Hoc quemodo qui natus est ſm carnez de opere seruili:persequitur eum qui natus est ſm spiritum. Pertinet autez ad virginem dei opponere partem suaz pro filio spirituali:⁊ dicere fratri suo. Ejice ancillam hanc ⁊ filiuz eius. s. si: habeto in opere exterioi vxorem ⁊ filium qui natus est tibi ſm carnez: vt tamen istum qui spiritualiter vnit solum interioribus manere constituas:q; iste magis q̄z ille heres est:huic magis q̄z illi hereditas iusti patris debetur. Hmusmodi ergo exempla ⁊ similia historice intelligētie asscribendi sunt. Pertinet etiam ad hanc intelligentiam consolari pusillanimes tempore afflictionis propositis exemplis iustoruz q; similia passi sunt. Quod tunc recte fit si patienti exilium per inuidiam propinquorum reuocetur ad memoriam Joseph. Si fugienti a facie inimici:proponantur exempla Jacob:exēpla Moysi Dauid ⁊ Helye: vt discat si bonus est:fiduciaz habere in eo qui non deserit sperantes in se dicens quotidie in orationibus suis. Si dominus mihi adiutor est:non timebo quid faciat mihi homo. Si flagellatus a deo respiciat Job. Si afflictus a subiectis Moysen ⁊ Aaron. Si depositus a dignitate Samuelem prophetam. Si attritus pro iustitia eos qui p iustitia passi sūt. Hmusmodi ergo doctrina:que assignatur in superficie litere historica dicta est:eo q; assimilatis rebus de quibus agitur:similibus suis ostenditur p eaz simplicibus quid debeāt cupere quid cauere. Secunda intelligentia que vocatur moralis:nō sicut historica in solis exterioribus agitur:q̄z uis ⁊ ipsa historica tangat aliquādo interiora:sed velut inter vtrunq; incedens:modo interiora:modo exteriora complectitur:⁊ non in multis personis assignāda est:sicut hystorica:sed alio quodaz subtilioꝝ modo. Verbi gratia:Abraā habuit duos filios:vnum de ancilla ⁊ vnum de libera. Querimus quid ista significent ſm intelligentiam moralem:⁊ inuenimus significari in Abraam:hominem nuper conuersuz a vanitate seculi ad seruitiū dei. Et huius quidem vxor legittima est conuersatio bona quaz elegit. Ancilla vero sollicitudo carnalium quam prohibet dominus in euangelio dicens. Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus:aut quid bibemus: aut quo operiemur. Et hoc quidem prohibet dominus:qui ⁊ alibi dicit. Estote ergo vos perfecti:sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est. Verum q; plerunq; velut ex necessitate comitatur hominem ascendentez de egypto propter sterilitatem spiritualis vxoris que nōdum meretur videre fructū de labore suo:tollerāda est ad tempus ⁊ secundanda prole:vt saltem opus eius prosit vtentibus ad salutē. Sed quia fructus huiusmodi exercitij non bene conflauit lu-

Scda intelligētia

Gen.

Gen.

lectioni. Igit trinitas litere: vel eo vel isto modo accipiat. Verumtū ſm Jeordiā: sabbatum habuerūt filij israel: cū intrarēt terraz p̄missionis. Sabbatū habuerūt xp̄iani cū data fuit pax ecclesie: in diebus sancti iohannis euangeliste. Sabbatū habituri sunt adhuc fideles: cū ꝓsumato labore p̄dicationis sue: dabit eis pax a laboribus suis. Sane ſm hystoricā intelligentiā: diem mēsez vel annū septimū seruare: e aliqū feriari ab actionibus mūdi: vt saltez in diebus festis vacent q̄ dicunt xp̄iani: psalmis z meditationibus diuinis. Secundo morale intellectū: ille optime seruat sabbatū q̄ relicta vanitate seculi q̄uertit se penitus ad seruitiū dei. Nozro ſm tropologicā sabbatū seruare est cessare ab obseruatione legis ſm literā: z seruare legez: ſm spiritū: vbi enim spiritus dei ibi libertas. Cōtemplatiue autez sabbatizare est de pfectione vite laboriose: transire ad vitā ociosam. Anagogice vero ille sabbatizat q̄ solutus mole carnis regesit in pace. Hec de quinq; intelligētijs. In prima specie intelligentie typice: sabbatuz habuerūt filij israel: qñ abolita seruitute legis: acceperūt spiritū adoptionis. In secūda specie sabbatizabūt xp̄iani cū ꝓsumato labore huius secūdi status q̄ sustinēt electi pp verbū crucis: rebelles quoq; iudei q̄uertent ad deū. In sabbatū habebunt bi q̄ in fine seculi q̄uertent ad deū: cū ꝓsumatis vniuersis pſecutionibus sathane: dabit pax in toto oꝛbe terraz. Muto āt q̄ pp ea erit in sexto tpe duplex tribulatio: z reges post p̄mā: z reges post secūdā: vt q̄ſi duo gomoz colligant i sexto die ad ꝓsumationē mysterioz: ne itez laborare cogerēt in sabbato. Erit ergo secūdū sabbatū post sextaz tribulationez: que fiet: p gentes infideles i tpe sexto. Tertiū post aliā tribulationē que sequet sub eodē tpe sexto: z durabit (vt putaf:) in sexenis mensibus aut septenis. De quo vz tertio sabbato: videt dicere scriptura. Erit mensis ex mēse z sabbatum ex sabbato. Hāc posterius tribulationis senariā: (vt ita dixerim) fatigationem designauit la-

Gen. bor ille iacob: qñ post septem ⁊ septem ānos seruitutis sue: nato sibi Joseph: decreuit reuerti ad patriā suā: ⁊ tñ renouato pacto: seruiuit rursum ꝓ gregibus annis sex. Sed ⁊ templū dñi prius edificatū a Salomone ⁊ destructū a rege Babylonis: ceperunt quidem reedificare secūdo filij transmigrationis: ⁊ paulo post destiterunt: deinde accepta licentia edificandi in sex continuis annis consummationem accepit. Quo circo sicut puto: quēadmodū prius status post longum laborem meruit habere breue sabbatum: ⁊ secundus post longum similiter laborem nihilominus breue sabbatum habiturus est: ita ediuerso tertius status: breuis quidem temporis ⁊ si non breuis labore: transitum habiturus est: sabbatum autem integrū ⁊ pfectum. Et de his pro loco satis dictū. In quarta autez specie typice intelligentie: accipiendi sunt simul greci cū his qui crediderūt est circumcisione: quia ⁊ ipsi acceperant legem qñ Christus venit in mundū: a quibus eos sabbatizare iubet Paulus in epistola sua que inscribitur ad galathas. In quinta specie accipiendi sunt latini cū eis qui crediderūt exercitio cisione tangz filij cū patribus suis. Secūdū qd ⁊ Sarra significat simul vtrunqz: vnā. s. iustoz ecclesiā a tpe ipsius Sarre: vsqz ad finem secūdi status in quo ⁊ accelerat partus eius. Siquidem ceptus eius in aduētu dñi: partus: vel in tpe vel circa tempora antichristi. Erit autem ⁊ illi sabbatum post tribulationem quam facture sunt gentes infideles: qñ ⁊ dñiuz babilonis dissipabitur ⁊ erit dissipatum in eternum. In sexta specie iungendus est populus tertij status: cū populo secūdi: vtpote qui sub vno nouo testamento simul dimicant: licet ille vltimus velut in vna hora: vt vnū accipiāt premiū retributionis eterne. Et ꝑ hoc illud tēpus accipiendū est sabbatū: quod tertiū diximus a duobus. In septima specie habiturus est sabbatum generale populus dei: respectu sex etatū mundi: ⁊ vtiqz illud sabbatū de quo dicit apostolus. Relinquet sabbatismus populo dei. Et si bñ reminiscimur. 15. modis assignatū est mysteriuz sabbatoz: iqtenus p tria siue p quatuoz expla que data sunt a nobis: discat lector aperta ianua intrare in tabernaculū dei sui: ⁊ tā gratanter cū gratis haurire in gaudio de fontibus saluatoris: dicente dño Samaritane. Qui bibit ḋ aqua hac: sitiet itez: Qui autez biberit de aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitā eternā. Ut aūt repetamus ꝓposita: quo ex tribus patriarchis orti sunt duodeciz filij israel: ita ex trina ꝓcordia litere oriunt duodeciz spirituales intellectus. Et qūo ex duodeciz filijs israel ꝓcesserūt duodecim tribus quarū multitudo sicut arena maris: ita ex duodecim intelligentijs innumere expositiones oriunt: adeo vt prius mūdus deficiat: cū possit mortalis homo tante plenitudinis exhaurire ꝓfundū. Terū qz ꝑm qd decem sunt corde psalterij: decē sunt intelligentie: quibus cōprehendimus plenitudinē quandā operū ⁊ donoz dei: pp ea vnaque qz istaz vsqz ad quindenarū numerū: propagat: ita vt simul oēs res vel modi de quibus agit sint. 150. qz ⁊ si verba litere mutant: adhuc tñ numerus in his que designata sunt: manet. Neqz enim plures sunt aut pauciores species: de quibus agit in tropologica intelligentia cū. 15. aut plures virtutes de quibus agitur in cōtemplatiua cū. 15 ⁊ sic de ceteris octo. Qd̄ si decem sunt ipse intelligētie: ⁊ vna queqz habet quindeciz proportiones: liquet qd ⁊ decies quindeci ⁊ quindecies decem: pportiones sunt: acper hoc decem corde: ⁊ quindeciz gradus: ⁊ psalmi numero. 150. Ut autē agamus aliquid de via huius exitij ꝑm terminum quindecim graduū ⁊ numerū decem cordarum ⁊. 150. psalmoz: libet ꝓsiderare generationes a principio seculi vsqz in finez: vt sciam° illud qd ait psalmista. Magnus dñs ⁊ magna virtus eius ⁊ sapie eius non est numerus. Psal.

Qd̄ ꝟz mysteriū psalterij dinumerāde ⁊ assignande sint generationes seculoz. Psal.

Si enim numeramus p ordinē generationes seculoz incipientes ab adā qui primus oīum parens fuit in singulis pene decadum generationū inuenīt principiū: ⁊ vbiqz manifestū ⁊ lucidū sacre mysterū trinitatis. Qz vero non sunt plures trinitates sed vna: nō oportebat singulum gradum habere tredecim personas: vtqua si in tribus primis assignaretur mysteriuz trinitatis: in decem autem sequentibus: decez pfectiones ꝑm qd tria sunt cornua psalterij ⁊ decem corde: sed in vno tñ gradu supersunt tres in quibus assigneī principaliter mysterū trinitatis: ⁊ oñdatur qz tres sunt tñ q operanī simul oīa in oibus. Pater: verbū: ⁊ spūs scūs. Et q sunt ille? Abraam: Isaac: ⁊ Jacob. Lz enim Adā penitentiā verā egisse credaī de reatu suo. Lz Noe deus ipse iustū fuisse testet: nuscz tñ legit: dixisse deus. Ego sum deus Adā. Ego suz deus Noe: sed ego sum deus Abraam ⁊ deus Isaac ⁊ deus Jacob. Terū ⁊ si tres ipsi supsunt tñ: qz tñ nō possunt prescribi singulis decadis: vt ita iueniī i singulis gradibus: quomodo deus vbiqz est: oportebat in alijs ꝑsonis id ipsum qd in Abrāā ⁊ Isaac ⁊ Jacob in singulis gradibus apparere vt in oibus presto sit mysteriū salutis nostre: nequis putet sic manere deū i vna aliqua primara mansione iustoz: vt nō possint frui alij pūria visionis illius. Igit ⁊ si in illis tribus manifestius qz in ceteris sacrum mysterium ꝓtineī: nihilhominus tñ ꝓtinetur in singulis gradibus: quemadmodum ⁊ in tertio: cui ipsi presunt: ⁊ in oibus vni formis psonaz numez numer° ad supplementū misterij reperīt. Adiro autem modo actum est: vt tres persone prime subsequentis decadis: finis esset decadis pcedētis: ꝑm q Zacharias sacerdos: ⁊ Joannes baptista: ⁊ homo Christus iesus medij fuerunt inter vtrunqz testamentū: ita vt sub eis ꝓsumareī tempus legis ⁊ inciperet gratie. Unde ⁊ lapis angularis dictus ē Christus: qz sic obseruari in se voluit apparentibus precepta legis: vt tñ ipse per seipsum colligeret aliquot discipulos: quibus infunderet gratie libertatē: mittens illos p vniuersum mundū predicare oibus gentibus ⁊ baptizare illas in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūs sci. Ita āt tres psone ipse que supsunt a numero decadaz: ⁊ segregate esse videntur a ceteris in mysterium trinitatis extimande sunt. quasi si in oibus gradibus inueniri queant: ⁊ tñ a nullo teneri possint: quatenus cuz agimus de primo gradu tñ in prīc pio esse putenī ⁊ nō in fine: ⁊ cuz agimus de secūdo similiter. Uerbi gratia ab Adaz vsqz ad Arphasath q fuit nepos Noe: sunt duodecim generationes. In harū āt principio ⁊ in fine: habeī mysteriū trinitatis. Cū tñ agit de isto gradu nō ē querendū ipsiuz mysteriū in fine earūdē generationū: sz in principio. Diximus āt qd vltime tres generationes accipiēde sunt pro fine ⁊ p principio: sicut homo Christus iesus: Ioannes baptista ⁊ Zacharias pater ei°. Qua pp cū transimus ad secūdū gradū nō ē incipiēdū a filio Arphasath sz a tertia aī se generatione: hoc est a Noe anno suo. Siqdē a Noe vsqz ad iacob. 13. generationes fuere. Tot. n. necessarie erāt ad ꝑsumationē mysterij. Qd̄ āt ab adā vsqz ad arphasath nō sunt. 13. generationes: sz. 12. ideoscūz ē: qz Abel p quo posuit deus aliud semen eue: a quo processerūt filij dei: vice vni° generationis accipiēdus ē. Fcūz ē āt hoc causa magni mysterij ptinētis ad rē: de qua put deus donauerit in sequēti dicemus: Si āt tres generationes vltie in singulos gradibus iterāde sunt: liquet qd decē tñ sunt generationes: que determināt singulū gradū: tres āt addunt de sequēti ad cōplendū sacrū mysteriū: ⁊ rursuz repetūt eedē tres scribēde ꝑme i gradu suo: vt ꝑme sicut iaz dixi ⁊ vltie esse videanī: mimirū qz ⁊ deus ipe dicit: Ego sum. A. ⁊. ω. principiū ⁊ finis. Si. n. assignamus in adā ⁊ duobus filij° ei° mysteriū trinitatis: qd̄ est simile psalterio decē cordaz hñti in se cornua tria: tunc in similitudine decem virtutū que significantur in decem cordis: accipiende sunt decez Apoc.

subsequentes generationes: quaꝝ oīuz nomina in sequēti scribemus. Igit in primo gradu accipiēdus ē Adā cū Abel ⁊ Seth in mysteriū trinitatis: ⁊ tūc Noe: Sem ⁊ Arphasath accipiēdi sunt in similitudine triū vltimaꝝ cordaꝝ: illaꝝ. s. triū cordaꝝ dico que significant fidem: spem. Charitatez quatenus ⁊ i hoc ipso similitudo ipius trinitatis ineste ꝑm aliquid videat: qz iste sūt ille tres virtutes sine quibus deus trinitas haberi nō potest. Porro i scdo gradu Noe Sem ⁊ Japhet: gerūt mysteriū trinitatis. Decem aūt generationes que sequuntur a Sale filio Arphasat vsq; ad Iacob: gerunt typum decē virtutū ⁊ sic de ceteris. Sed ⁊ hic causa mysteriy vite Arphasath positus est: Japheth: qđ quare factū sit: apparebit inferius cū agemus de tertio gradu: nimirū qz ⁊ in tertio celo agnoscunt mysteria. His ät vice prefiguracule: necessario preliba tis: ad retexendam huiuscemodi telā generationū eveniendū est: vt singula oīdi queant infra limites suos.

Adā q fuit primus parens ⁊ radix huius linee primitiuus genuit Abel quez occidit Caym. ⁊ Seth de quo ait mater. Posuit mihi deus aliud semē ꝓ Abel quem occidit Cayz. Significat ät Adā i hoc mysterio: eū a quo ois paternitas: in celo ⁊ in terra nominat. Justus Abel q ꝓ iustitia sua occisus est a fratre ipio: passuza fratre ꝓ iustitia scriptū. Seth q datus est matri: vice Abel: eū de quo ait filius tpe passionis sue. Ego rogabo patrē ⁊ aliū paraclitū dabit vobis. Ecce i his trib⁹ similitudo, psalteriy: nota aūt eoꝝ q id significāt qđ decem cordē: sunt ista. Primus Henos: secundus Cayna: tertius ⁊ Malaleel: qrtus Jareth: qnt⁹ Enoch: sext⁹ ⁊ Mathusalē: septimus Lamech: octau⁹ Noe: nonus Sem: decimus Arphasat. Nec in primo gradu: in secūdo autem sic. Noe vir iustus q fuit pater oīuz succedentiū populoꝝ: oēs. n. q nō fuerūt filij eius mortui sunt i diluuio: excepta vxore sua: ⁊ vxoribus filioꝝ eius: significat de/ um patrē q ſcut ⁊ regit sabaōt totius mū

Gen.

Joan.

di. Sez vero de cuius semine natus ē christus ꝑm carnem ⁊ populus iudeoꝝ: significat ipsuz xp̄z q ē pater xp̄ianoꝝ. Japhet in cuius semine effusa est gratia spiritus scī ⁊ de quo electa est ecclesia que esset sponsa xp̄i: significat spūz sanctū: qui apparuit in specie colūbe: vt eius speciale similitudinē habere oīdat ecclia: iuxta qđ in cāticis scriptū ē. Una ē colūba mea. Et būdictū ē in būdictione dilatet deus iaphet ⁊ habitet i tabernaculis Sem: q: spōse est ingredi domū viri ⁊ habitare in ea: ꝑm qđ ⁊ Rebecha de lōge veniens ad virū suū intrauit ⁊ habitauit in tabernaculo Sarre. Ecce ⁊ in his similitudo psalteriy. Nomina aūt eoꝝ q id significāt qđ decez cordē sunt ista. Primus Salez: secūdus Heber: tertius Phaleg: quartus Ragau: quintus Serneh: sextus Nachor: septimus Thare: octau⁹ Abraaz: in tertio gradu Abraā: nonus Isaac: decimus Jacob. Pater credētiū: significat deuz patrē: Isaac filiū: Jacob spiritū scū. Hic tā locus est vt nos absoluamus a ꝓmisso. Cur i primo gradu Abel: q: fuit extra lineaa: significauit filiū. Seth vero frater ei⁹ q manet in lineā: spiritū sanctū: i secūdo edūerso: Sem q manet in linea significat filium. Japhet q manet extra lineā q fuit frater ipius: Sem spiritū sctūz. In tertio isaac significat filiū: Iacob fili⁹ eius spūz scūz: ⁊ vterqz manet in linea. O magnū mysteriū: in primo gradu oīdit q: filius ⁊ spūs scūs ꝓcedūt a patre: sed tū solus is q significat spūz scūz: manet in linea: qz tpe primi status: filius manebat occultus ⁊ quotidie in mysterio mactebat ⁊ nesciebat: ō spiritu aūt scō: manifestius loquebant scripture: maxime in ꝓphetis ⁊ oīdit manifeste operari cū patre: ⁊ si carnalis ille populus nō intelligeret que legebat: In scdo oīdit illud idē. i. q vterqz ꝓcedit a deo patre: sz tū vterqz manet: qz ⁊ ielus agnitus est: in hoc secūdo statu q sit filius dei ⁊ spūs, sanctus q procedebat a patre. Manet autem hic in filio linea generationū: qz in populo latino ad quez missus est: Petrus q tppū

Cam.

Gen.

tenuit

tenuit passi xp̄i: potius q̄z in greco: ad quē iuit Joannes q significat spūz scūz: manet successio patriarchaꝝ: q̄tenus vnigenitus dei q tpe primi status non suscepit honorē ab illo popło: susciperet ab alio i secūdo: dicente ipso. Neqz enim pater iudicat quenq̄z: sed oē iudiciū dedit filio: vt oēs honorificent filiū sicut honorificant patrē. Porro q̄ in tertio gradu Jacob q significat spiritū scūz: ꝓcessit ab Isaac significat id qđ greci negant ꝓcedere s. spūz scūz a filio ⁊ dari ab eo sicuti ⁊ a patre q̄ tū hoc i tertio gradu potiusq̄z in primo ⁊ secūdo desiguatū est. Q: vz in tertio statu seculi veritas sacramenti huius manifeste grecis ⁊ latinis: iudeis: ⁊ gentibus innotescet: ꝓfitentibus vna voce ac dicentibus esse iesum filium dei: ⁊ non minus ab ipso q̄z a patre: ꝓcedere spiritū sanctum: dicente de eo ipso filio. Ille me clarificabit q̄ de meo accipiet: ⁊ annunciabit vobis. Et alio loco. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat ⁊c. Unde ⁊ ꝓgruēti mysterio ambo simul in linea manent: q: populi q modo sunt diuisi efficientur vnus populus ⁊ vna plebs: vt sint vera genus electū: ⁊ gens sancta: ⁊ sit vnū ouile ⁊ vnus pastor. Non. n. sicut de Sem ⁊ Japhet: qđ ꝓsumatū ē i grecis ⁊ latinis: ꝓcedent due linee: sz vna erit gēs ⁊ vnus populus creatus ad laudē dei cognoscens optime deū suū a minimo vsq̄z ad maiorē. Videt ät ꝑm hoc primus gradus ꝓnere ad vicos: secūdus ad suburbana: tertius ad vrbē: maxime q: viri vrbani sapiētes sunt: ⁊ inter illos Paulus loquit sapientiā. Et de his qdez sic. Nos ät expediti a debito: redeamus ad iter ⁊ ea q̄ incepimus exeq̄mur. Abraā, sicut diximus: significat deum patrē: Isaac filiū: Jacob spiritū scūz. Noia vero eoꝝ q id significant: qđ decem cordē sunt ista. Primus Judas: secundus Phares: tertius Esron: quartus Araz: quintus Aminadab: sextus Naason: septimus Salmon: octauus Booz: nonus Obeth: decimus Jesse. Hic quoq̄z ꝓsiderādū est aliqđ ꝑm ea que dicta sunt supius de spū scō: ne

Joan.

gos: (q: Seth ⁊ Japhet ⁊ Jacob non sunt de patribus suis:) extimet spūz scūz natum esse de patre ⁊ filio: quasi de patre ⁊ matre cū ediuerso magis spūs scūs: similitudinez mulieris in qbusdā locis scripturaꝝ demōstret habere. Neqz ergo putarek esse natus sicut ⁊ filius dei: mutata est ab hoc loco ⁊ in antea similitudo ipius ⁊ translata in aliquā psonā spālem: que nec frater esset nec filius illius psone: que significat filiū: sz tm̄ ꝓtempozanea eius. Igit in tertio gradu incipiendū est a Booz q fuit auus Jesse: pro auus David. Fuit ät iste Booz vir miseri cors ⁊ bonus q inter cetera opa misericordie nō desperxit alienigenā mulierem que erat pauper ⁊ inops: accipere in vxorē: pp qđ ⁊ deus benedixit illi dans ei filiū nomine Obeth: q fuit pater Jesse: auus David de cuius semine natus est xp̄s. Significat ät Noemi que abyt peregrinātu: imo aborta fame in terra Juda: partem synagoge in deoꝝ que ꝓ eo q̄ ꝓspera que ꝑmittebant prophete filijs israel: nō accedebāt iuxta literā famē patiebat circa fidē: ⁊ quasi desperata ibat peregrinari in gentibus: ⁊ maxime in gente grecoꝝ: que a diebus alexādri dominata fuerat israelis sicut ⁊ aliaꝝ gentiū que erāt i partibus illis. Duo filij Noemi designant duos populos in qbus diuisum fuerat regnū David: iuda vz ⁊ israel: vel certe duas tribus que remāserant: q̄ decez translate sunt i assirios: iuda. s. ⁊ Beniamin. Mortui sunt ät ipsi ⁊ etiā pater eorū: qz tā sacerdotes q erāt de tribu leui: q̄z ⁊ ipsi populi defecerūt in fide: eo q̄ nec inter ipsas gentes cederent eis ꝓspera: sed semper aduersa. Neqz enim reputabant aliqđ: ꝓsperitatem spūs sz carnis: nec inhiabant ad patriā celestem: sz ad terrenā quia qualis terrenus: tales ⁊ terreni. Remansit ät femina sola mortuis viris: q: deficientibus viris militaribus ⁊ q ꝓfortabāt eaz in dño: circa ꝓsperitatē mundi: remāsit ipsa quasi femina vidua absqz aliq̄ spe: ⁊ decreuit vt reuerteret ad terrā suam: (hoc est:) ad humilitatem antiquā: in qua vixerant

Reg.

Mccc

ptres eius a principio non habentes hic mmentem hereditatem: sed futuram inquirentes. Adheserunt autem due mulieres proxes filiorum suorum qui obierant Noemi: sed tamen vna reuersa est: eo q non esset fortis in fide: quia ⁊ his qui trāslati sunt in mediam: ⁊ his qui erāt in egypto: terra in qua regnabant greci: adhesserunt aliqui de gentibus iudeis: vt seruarēt legem vnius dei: sed tamen orientales tanquam non habentes fundamentū: abierunt retro: oe grecis autem post translationem legis quam fecit transferri Ptolomeus rex grecorum: multi firmiter adheserunt iudeis: ita vt ecclesia primitiua: que abhominabatur gentiles: multos grecorū fuisse constat a principio: quos proselitos fuisse manifestum est: alioquin zelatores legis participare illos secum non pateretur: Agitur Ruth moabitis: partem illā gētiliū designat que adheserat iudeis in fide: ⁊ facta erat vnus populus cū iudeis: qñ xps venit in mūdū. Unde ⁊ ysaie aduersanti sibi socrui ⁊ dicenti: vt reuerteret ad deos
Ruth suos: ⁊ ad populū suū: respōdit ⁊ ait. Deus tuus: deus meus: populus tuus: populus meus: q: semp iudei exosos habuerūt gentiles: ⁊ eis volentibus seq eos verbis singularibus restiterūt dicentes. Nos sumus populus dei q sumus de semine Abrae: sed tñ gētiles pualuerūt in fide ⁊ ꝓfugerūt multi ab ipso principio ad culturā vnius dei: de quoꝝ nūero fuit Raab mater huiꝰ Booz ⁊ Ruth ista de qua ⁊ loquimur ⁊ alij multi. Nō. n. pūt dicere iudei q de solis patriarchis eoꝝ nasciturus esset xps: cū ostet q ⁊ Raab ⁊ ruth de gētibus fuerit: ⁊ tñ ex eis natus est Dauid de cuius semine nascitur erat xps: sicut ipsimet vna voce ꝓfitenē nobiscū. Unde bñ Obeth quasi duas matres visus est habere i domo cōi: q: vnigenitus dei filius quē designat Obeth sicut ex verbis istis loculenī apparet: de iudeis ⁊ gētibus natus est: Unde ⁊ p ꝓphetā dr. Emitte agnū dñe: dñatorē terre de petra deserti
Esa. ad montē filie syon. Et bñ Obeth iste nō fuit filius noemi: sed quasi filius: Ruth āt nō quasi filius: q vere filius fuit: q: magis xps matrē extimauit ecclesiā que i fide parturit mēbra eius ꝙ synagogā iudeoꝝ de q̄ sm carnē natus est ipse: nimirū q: nō natiuitas spūs p carnis natiuitate repta est: sꝫ magis natiuitas carnis p natiuitate spūs i figura ꝓcessit. Cū. n. diceret illi qdā. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris querētes te: ipse ꝓtinꝰ respōdit dicēs. Que ē mater mea ⁊ fratres mei? Et extendens mgt manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea ⁊ ⁊ fratres mei. Quicunq; n. fecerit voluntatē patris mei q in celis est: ipse mihi frater ⁊ soror ⁊ mater est. Igiꝫ Booz dei patris: Obeth vnigeniti dei filij: nati de virgine: typū gerit. Sane simsilitudo spūe sci q nec genitor: nec genitus est: ⁊ magis spūalē copulā ꝙ carnalē regrit: ex isto articulo clare cepit: in quo nec i fratre: Obeth designatus est: sicut in fratre Abel ⁊ Sez: nec in filio ipsius: sicut in Jacob filio Isaac: sꝫ magis in Samuele ꝓpheta q nepotez huius Obeth iubente domino vnxit in regem: 1. Reg
vt significaretur in eo regule sacerdotium quod gentium populo datum est: reprobato superbo populo iudeorum: quod significatum est in Saule. Fuit enꝫ Sophyn pater Samuelis: i quo initiate sunt hystorie regum: cōtemporaneus huius Obeth patris Jesse. Samuel contemporaneus iesse: q fuit pater Dauid. Lz ergo nō fuerit Samuel filius Booz sicut facit Seth filius Adā: ⁊ Japhet filiꝰ Noe: nec filiꝰ Obeth sicut Jacob filius Isaac: inconsimiliter tñ generatione sm temporis cursum claruisse dignoscitur. Incipiebat enim ex hoc loco attenuari similitudo carnis: initiari vero similitudo spūs: lꝫ vsqꝫ ad Christum cō certatio quedā sctā fuerit inter carnē ⁊ spiritum: quemadmodum inter domū Saulis ⁊ domum Dauid: prophetis quidē sanctis ad superiora tendentibus: carnali vero populi multitudine ad inferiora trahēte. Signat ergo Booz omnipotentem deum: Obeth vnigenitum dei filium: qui fie

est filius hominis vt tamen sit verus deus de deo vero: Samuel autem spūz sciz. Nomina autem eorum qui significāt id quod decem corde sunt ista. Primus Dauid: secundus Salamon: tertius Roboaz: quartus Abias: quintus Assa: sextus Josaphat septimus Joram: octauus Ochozias: nonus Joas: decimus Amasias. Hic sūt cōplete ab Adam generationes quadraginta due: in quaruz consumatione initiatuz est testamentum nouum in prophetis: incipiētibus Osee ⁊ ⁊ Esaia: vnde ⁊ in firmari cepit omnino simulitudo carnis: ꝓfortari aūt similitudo spiritus: non solum quo ad spiritum sanctum: verumetiam quo ad patrē Nec pretereunduz silentio: cur a principio cum adhuc viderentur homines esse carnales: voluerit assimilari aliquibus eorum qui nati sunt de patriarchis sm ipsam carnis naturam: qua caro procedit ex carne: deinde processu temporis carnalem similitudinem ammouere: spirituales vero exhibere longe feliciorem ꝙ carnis. Sed ⁊ primo nos opoꝛtet ostendere quomodo paulatim defecerit: quod animale est: ⁊ successerit quod spirituale: vt cum hoc plene claruerit: ⁊ tiam cur hoc eluceſcat? Quod vt fieri possit relicto ordine narrationis: precurrendum est ad sequēta: Ab Obet vsqꝫ ad Ochoziam qui fuit auus Amasie: fuere pariter generationes decem: non fuit autē iste Ochozias qualis fuit Noe: qui fuit decimus ab Adam: aut qualis Abraam: qui fuit decimus a Sem: aut qualis Booz qui fuit decimus ab Isaac: quia illi viri iusti: iste impius ⁊ peccatoz fuit. Non ergo fuit dignus qui significaret deum patrem: sed neq; Joas filius eius qui significaret filiū: sed neqꝫ Amasias qui significaret spiritum sanctum. Propter quod ⁊ a Matheo pretermissi sunt. Sed hoc quare? Num quia illi merito suo consecuti sunt: isti culpa sua honoris huius gratiam perdiderunt? Absit. Si hoc esset: immutari posse videretur propositum sapientie dei. Sed qui iusto ⁊ occulto iudicio suo: aliud quidem vas sacit in honorem: aliud vero in contumeliā: sustinuit haberi in genealogia patrum eli-
quos viros reprobos tempore quo ipso voluit: vt ostenderet quid differret inter carnem ⁊ spiritum: inter iustitiam que de terra est: ⁊ ad defectum venit: ⁊ eam que de celo est ⁊ manet in eternum. Occisus est ergo Ochozias in iniquitate sua: ⁊ claruit Joiada summus pontifex: qui pro merito iustitie sue in consortio regum Juda sepulturaz accepit: Sed ⁊ filius eius Zacharias nomine: cum esset ⁊ ipse iustus sicut Abel ab impio rege Joas interfectus est: sicut ⁊ vnigenitꝰ dei filius i cuꝰi quoꝝ typo occisi sunt. Hi viri isti. Zacharias. s. ⁊ Abel: his qui se querebant occidere in euāgelio dicit. Ecce ego mitto ad vos prophetas ⁊ Mat
sapientes ⁊ scribas: ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vestris: ⁊ persequimini de ciuitate in ciuitatem vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti: vsqꝫ ad sanguinem Zacharie filij Barachie quem occidistis inter templuz ⁊ altare. Justus itaqꝫ vir foze noscitur: Noe qui fuit decimus ab Adam: iustus Abraam qui fuit vigesimus ab Adam: misericoz Booz qui fuit trigesimus ab Adam: vt in nomine Trinitatis que Deus est: initialis illa imago dei circa finem tricenarij numeri triginta: scilicet generationum in carnis propagine compleretur. Ut autem statueretur vel ex parte iustitia que suo tempore reuelanda erat: defecit ex aliqua sui parte in quarto gradu iustitia que erat in propagine carnis: ⁊ veluti temporalis claritas lune ad defectum venit. Quid enim boni inuentum est in Ochozia isto: q fuit quadragesimus a primo parente: nisi quia numerus quadragesimus: aut consumationem significat: aut defectum? Non igitur absqꝫ causa primus ex regibus Juda interfectus est gladio: effuso super Jehu zelo Helisei proꝑhete: ad delendam domum Achab: q tamen zelus Helysei: imo spiritus sancti: qui odit ea que sunt carnis: ⁊ amat ea que sua sunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

imo que multoz salutis puenit (iusto iudicio) vsqz ad Ochoziaz istũ: q z pene in semine deletus est: vt nõ glozietur omis caro in ꝓspectu eius. Nõ igit in hoc quarto gradu Ochozias rex iniquus gerit imaginez patris: ſz Iozada sacerdos iustus: q fuit ꝓtẽporaneus eius: nec Joas Ochozie filꝰ vnigeniti dei: ſz Zacharias filius ipsius Joiade quẽ secit martirẽ idẽ Johas: mirũ qz hoc q ſz carnem natus fuerat: pſecutus est eũ q ſm spũz. Nec Amasias filius Joas significat spũz scũz: ſz Helyseus ꝓpheta: p quẽ data ẽ occasio vt occideret Ochozias z Hyeu z filius eius vsqz ad tertiã generationẽ: ꝓualerent regibus iuda. Nec miruz si zelus viri iusti q significat spũz scũz accẽsus est ꝓtra eos q gloriabant in carne dicẽtes se habere patrẽ Dauid z nolentes imitari opera eius ambulãtes ſm carnẽ z nõ ſm spũz: qz z Paulus dicit. Caro ꝑcupiscit aduersus spũz: spũs ãt aduersus carnẽ. Pro eo enim q Dieu vtcunqz videbatur obtẽperare ꝓphete: significãs eos q ꝓtendit obedire spũ magis qz carni: datũ ẽ vt vinceret Reges impios z humiliaret eos q ambulabãt ſm carnẽ: imo q significant eos q carnalem nobilitatẽ preferunt spirituali: z iustitiam terrenam illi iustitie que de celo est. Quamuis. n. pãlenda domo Achab regis israel vnctus esset Dieu i principem sup israel: ꝓpterea tñ cũ rege israel punitus est pariter z rex iuda: qz z si de domo achab egressa erat iniquitas: mihilominꝰ tñ mediãte affinitate puenerat eo tpe vsqz ad reges iuda. Mortuo itaqz rege impio: iustus q erat verus rex eleuauit caput: z ſz nõ posset ꝓualere in oibus: bona tñ quepotuit: docuit z ostendit. Et notandũ qz nullus de regibus Juda a Dauid vsqz ad Josiã occisus est gladio preterq̃z tres isti quos pretermittit Matheus: vt eadẽ causa mysterij: pretermissi intelligant in nouo: qua i veteri testamẽto occisi esse narrant. Igit i exordio quinti gradus amplius visus est ꝑ naluisse spũs q̃z i exordio quarti: qz ibi Samuel abiectus ẽ a populo neq̃z hic Helyseus ꝓpheta iudex iudicũ effectus est: ſz z ibi venerandũ mysteriũ trinitatis in vna sola ꝓsona separũ est a lege carnis: (hoc ẽ:) in Samuele ꝓpheta: hic in duabus: hoc ẽ in Joiada z in Helyseo. Nõ enim Joiada summus pontifex aut Helyseus ꝓpheta ꝺ linea fuerũt que ſz carnis natiuitatẽ tã soléniter scripta est: sed neq Zacharias. Sed q vnus fuit filius Joiade: alius nequaq̃z: illa vtiq causa est: qua solũ filiũ natũ esse a patre: z nõ ex spũ scũ ꝓtemur. Igit ex hoc loco infirmari cepit lex carnis: z quasi furtim reuelari lex spũs que omnino reuelãda erat i tribus suis. Et sciẽdũ q ex hoc loco vel circa istũ: trinũ qd ꝓsiderari oportet in linea generationũ: ſz ipsa linea nõ sit nisi vna. Aliter enim ꝓsiderãda est: ſm q pertinet ad vetus testamentũ. aliter q ex eodẽ loco aut circa eundẽ locum initiatur ẽ nouũ. Pro eo enim q in his oibus similitudo illius summe trinitatis est in causa: vt aliqd de illius pulchritudine: saltem per aliquã similitudinẽ predestinatũ ad vitam quo ad electos mortale genus hominũ videret habere: videnẽ ex hoc loco vel circa istũ locũ ꝓcedere ex eadẽ linea: ac si ex vno stipite duo furculi hinc z inde: quibus excrescentibus z ꝓficientibus: similitas ipsius trinitatis ad finẽ puenit. Et q: pp imperfectionẽ quã habuit ille populus sub ꝓtore testamẽto: ꝓtemnit claritas veterũ respectu nouorũ: videt preclara illa similitudo trinitatis que ptinet ad tocũdũ psalteriũ: deferere ipsaz lineã: quo ad vetus testamentũ z transferre se ad nouuz: qõ imitatio ipsa ꝓsonarũ z linee aptissime docet. Igit õmissa vna via: duabus semitis est herendũ: vna que videt ꝓtinere ad filiũ: alia que ad spũz scũz. Causa vero quare hoc in ope ꝓcordie initiata est. Ne aũt taceat oino qz ex hoc loco initiatũ est nouũ testamentũ: sub quo reuelati sunt manifeste hoibus: filius z spũs sanctus: z qz nõ ita spũs scũs ꝓcedit a solo filio quẽadmodũ filius a solo patre: qz z ipse quoqz sic a patre procedit: vt vtraqz causa mysterij pãderet hominibus in tempore

Reg.

bus suis ita voluit opera sua facere in sapientia: ne in ipsis posset contemplari egena creatura: quod de tante sublimitatis maiestate tenere per piam fidem in secretario animi videtur. Igitur ex hoc loco omisso quod videtur spectare ad vetus testamentum: duabus vt ita dixerim semitis appropinquandum est nouo: quinimo nõ duabus semitis ſz vna duobus modis: vno quo ꝓsideret: qõ videt ptinere ad filiuz: alioquo accẽdit qõ pertinet ad spirituz sanctũ. Sed quid pertinere potest ad vnũ quod non pertineat ad alium: cuz oia sint eis cõia? Puto q hec propriꝰ tas nõ sit cõsideranda in aliqua re: sed potius in imagine rei: nimirum qz in aliquibus ſm qd inuenitur potius similitudo patris: in aliqbus filij: in aliqbus spiritus sancti. Et hec regula generalis sit tibi lector. Ubicũq; aliquid z aliquid alicui personarum specialiter dicitur a tribuum. Igitur ſm primaz diffinitionem que pertinet ad spiritũ sanctum: Joiada accipiendus est pro Ochozia: Zacharias ꝓ Johae: Helyseus ꝓ Amasia. In his tribus simulitudo psalterij z similitudo trinitatis. Nomina vero eorũ q significant id quod decem corde sunt ista. Primus Ozias: secundus Jothan: tertius Achaz: quartus Ezechias: quintus Manasses: sextus Amõ: septimus Josias: octauus Joachim: nonus Jechonias: decimus Salatiel. In isto Salatiel defecerunt reges iudaz: ceperunt esse principes proeis: sicut z in principio. Ut autem deficiente regno carnis: regnum spiritus confortaretur: siquidem omnes reges vltimi: q geniti sunt in trãsmigratione babylonis: pessimi fuerunt in ꝓspectu domini: electi sunt tres viri sancti in spiritu prophetie: Hyeremias. s. qui fuit quasi pater: Ezechiel qui fuit heres ꝓphetie ipsius: z Daniel cui revelata sunt secreta celestia. Fuit in q̃z Hyeremias pater Ezechielis in prophetia non in carne: qz de prophetia Hyeremie qui ꝓphetando precesserat: pendere prophetia Ezechielis verbis similibus ꝑsa est vterq; enim ꝓphetauit de ruina vrbis: vterq; mala futura: alter quidem in Hyerusalem: alter in babylone populo nõ credenti ſz contradicenti predixit. Sicut autem duo viroꝝ qui apparuerunt Abrae: descenderũt Sodomam vnus autem non descendit: ſz remãsit in monte: ita solus Hyeremias nõ descendit in babylonem. Ezechiel vero z Daniel descenderunt in eam. Queris causam? Sodoma z Hyerusalem significant regnum celi. Sodoma z Babylon regnum mundi. Scimus enim qz pater nunq̃z legitur missus: ſz soli filius z spiritus sanctus. Sed quo missi: nunquid ad filios babylonis? Absit. Sed ad filios: z cum filijs Hyerusalez: qui aliquãdiu z vsqz nunc sedẽt iuxta flentes super flumina babylonis. Igitur Hyeremias patris: Ezechiel filij: Daniel vir castissimus z honoratus: quem reges quoqz superbissimi venerati sunt: typum gerit spiritus sancti: quod etiam eloquiorum aut reuelationum differentia cõprobare dignoscitur. Nepe Hyeremie sermo: pene absq; ordine scriptus ẽ: z ob hoc obscuritate nimia ꝑ duobus aliis tenebrescit. Ezechielis sermo obscurus quidem: ſz ex parte z recto ordine consumatus. Daniel non solum ordinem seruat verumetiam his que vidit: expositionem adiungit. Et hec quidem ex maiori parte: lucida z perspicua sunt. Tempore nepe illo quo multifarie multisq; modis locutus est deus patribus in prophetis eis qui seruierãt ei timore seruili: eo q adhuc pro tempore homines essent z carnales: non est datum scire quid faceret dominus eorum. Tempore autem sequenti cum vnigenitus dei filius venit in mundum: omnia que audiuit a patre suo nota fecit amicis suis: ſz tamen sic nota: vt nonnulla adhuc superessent de quibus diceret. Multa habeo vobis dicere ſz non potestis portare modo: cum autem venerit ille spiritꝰ veritatis docebit vos omnem veritatem. Nequis in die pentheco/stes dicat generaliter esse ista completa: audiat post diem illum: disputantez adhuc

Psal.

Joan.

apostolum ac dicentem. Ex parte enim cognoscimus ⁊ ex parte, pphetamus: cum autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Opz ergo esse tempus in quo loquatur nobis apertius spiritus sanctus: vt que hactenus vidimus i enigmate: incipiamus videre facie ad faciē. Igitur Jeremias accipiēdus est vice Joachim: Ezechiel ⁊ Daniel q simul abierunt in babylonē: vice Jeconie ⁊ Salatiel. Nomina vero eorum qui significant id quod decem corde sunt ista: primus Zorobabel: secundus Abiuth: tertius Eliachim: quartus Azor: quintus Sadoch: sextus Achiz: septimus Eliuth: octauꝰ Eleazar: nonus Mathan: decimus Jacob. Iste Jacob pater Joseph viri Marie sunt contemporanei aut quasi contemporaneus senis Zacharie patris Joānis baptiste: sub quo mchoatum est regale sacerdotium in tribu Juda: ſm q ex voce paterna dictum est regi xpo in libro psalmorum. Tu es sacerdos in eternum ſm ordinem Melchisedech. Nunc autem mirari debet quis mutationem mysterij: ⁊ in re consimili dissimilitudinem sacramenti: quia ⁊ hoc ipsum vt ita fieret digna satis memoria exigebāt mysteria. Nō enim a principio cum adhuc viderent homines ꝺz tempus esse carnales: aliqbus eorum assimilari voluit: vel ideo id facere dignatus est qz nondum erant homines spirituales sicut ex eo tpe quo xp̄s venit in mundū: qz primus homo vt ait apostolus de terra terrenus: ⁊ qualis terrenus tales ⁊ terreni. Tū ⁊ Joannes baptista quo nemo maior inter natos mulierum in typo illiꝰ populi de seipso loquebāt dicens. Qui de terra ē ⁊ de terra loquit: vel vt nobis oſtenderet affectū benignitatis sue: nō dedignatus assimilari illis hominibus qui vel in peccato genuerunt: vel in peccato geniti sunt: etiam in hoc ipso qꝺ taliter aut genuerunt i peccato: aut de imūdo semine ꝺcepti sūt: qui inter cetera magnalia dei satis ē admodum admirabile. Nō āt processu tpis i ali quibus bonis viris inter quos nō tam carnis esset propagatio q̄ virtutis designari voluit: ideo factū est nequis putaret vitam coniugalem non modo equandā celibatui verūetiam ꝓferendam. Ut ergo per incrementa tēpoꝝ quid sibi plus placeret: oſtenderet: paulatim amouēdo imagines carnis: spūales induxit: ac si iam in tpe illo aptis vocibus loquerenf. Quod natum ē ex carne caro est: ⁊ quod natum est ex spiritu: spiritus est. Nec repente id factū est: vt mox oīs nouis: penitus vetera soluerēt ne nō meliora bonis qō verū ē: ꝙ oīno bona malis: qꝺ falsuꝝ est: substitui putarēt. Neq; n. qꝺ pīnasit ds vitā castā: idcirco ꝓiugia que iceperūt ab adā ꝺdēnasse credēdus ē: nec qꝺ dixit homini illi q̄ rebat vitā pfectaꝝ. Uēde oia ⁊ da pauperibus: idcireo dānauit eos q volūt posidere q̄ sua sunt: ⁊ manet sibi. Sꝫ plane ptē Marie se potius diligēr demōstrauit cū dixit. Maria optimā ptēꝝ elegit q̄ nō auferet ab ea. Et virginitatē potius q̄ ꝓiugiū: cui sibi velut in tēplū ꝓpriū matrē virginē dedicauit. Uis. n. scire q vnus istoꝝ bonū ē: alteruꝝ melius? Discerne inter fructum ventris coniugate Elisabeth ⁊ fructum vteri virginalis Marie: ⁊ agnosces magnum bonum esse coniugiuꝝ ⁊ tamen distare a celibatu q̄ntum distat inter carnem ⁊ spiritum: ⁊ haud minus q̄ꝫ inter celum ⁊ terram. Uita quippe ista que communis est hominibus ⁊ iumētis: vita hominum est: illa non hominum: sed angelorum. Que pertinent ad vitam istam: nota sunt omnibus ⁊ notoria: de illa audita sunt secreta verba: que non ꝫ homini loq. Non ergo quia secreta est vita hec: reprobata est illa: sed potius honorata quia virginitas que procedit de coniugio: haud minus ornat vitam illam: q̄ꝫ florum pulchritudo nudā faciez terre. Et hoc qsi? Ꝓsecto in exordio veris: in vicinitate estatis. Nō igit ꝓtēnēda erat humilitas vite huiꝰ: ſꝫ qz ꝓpe erat tps beatū ⁊ felix eternitas seculoꝝ: ornāda erat facies eiꝰ virginitatis flore: vt bonū qꝺ i se habere nō meruit: a seipsa posideret q suppleret. Sꝫ ꝺ hīs alias nūc

Psal.

Luc.

redeūdū ē ad Oziā vt ꝫ id qꝺ spectat ad similitudinē filij: patrū lineꝫ ꝓsequamur.

Quinq; gradus.

Ban.

Diximus q ab Ochozia duobus modis ꝓsiderāda erat linea generationū pp filiū ⁊ spūs scūz: ⁊ ꝫ id qꝺ quod ptinet ad spūz scūz: tres generationes ꝓme cōmutāde erāt ꝫ id qꝺ ptinet ad filiū: nec cōmutā dē qꝺē: nec statuēde erāt ꝫ ab aliaꝝ nūero secludēde. Et ꝫ hoc qntus gradus ichoādus ē ab Ozia. Iste ozias bonus fuit a principio: ⁊ ipse ⁊ Joathā filiꝰ eius. Manet āt Ozias i radice noui testamēti ꝫ initiationē: sicut ⁊ Adā i radice ꝓtis. Tū ⁊ imaginē patris gerit in hac parte Ozias: sicut ⁊ filius eius Joathā gerebat domū eius imaginē filij q est rector ⁊ redēptor eccīe: Qō āt Ozias lepra ꝑcussus ē: ⁊ extra tēplū eiectus significat plagā cordis sacerdotum iudeoꝝ: ꝓ qua expulsi sunt de domo ꝓpria: ⁊ manēt sequestrati vsqꝫ ad diē obitus sui: vsqꝫquo deſitiat in eis illicitus zelus legis vt moriant̄ in ea parte in qua male viuūt in peccato suo. Interiꝫ āt sacerdotes Christi qui electi sunt de populo gentili: gerunt vicem christi: regūt domū ecclesie disponēt ꝺ oia ſm deum: incipientes a Christo ⁊ a Petro principe apostolorū. Manent āt sic donec deficiat ille populus i ea dūtaxat parte in qua viuit in lepra imunditie sue. Deniqꝫ eodem populo in tali conuersatione accipiente finē: incipiet quodammodo regnare Joathan: quia regnū quod est sub ter omne celum dabitur populo sanctoruꝫ altissimi. Ut autem Adam peccato nō amisit similitudinem seu patris seu filij: nimirum: quia ad aliud se habet similitudo paternitatis: ad aliud similitudo culpe. Ita Ozias non in quo percussus ē lepra: significat deum patrem: sed in quo constitutus est in eo loco linee: vbi initiatum est nouū testamentum. Sane Esaias qui propheta uit in diebus eoꝝ: ⁊ etiam post dies eoꝝ: significat spiritū qui locutus est ꝑ ꝓphetas tpe primi status: ⁊ locutus est ꝑ apostolos ⁊ doctores in diebus secundi loquet nichilominus in tertio. Sicut āt in primo gradu: accipiendus fuit Abel ꝓ vna generatione vt semper fieret recapitulatio a decima generatione hoc ē a decima: a vigesima: a trigesima: a quadragesima: ⁊ a qnquagesima: ita ⁊ hic vt cōcordia teneri queat. Esaias ꝓpheta qui prophetare exoꝝsus est a diebus Ozie: ꝓ vna generatione accipiēdus est. Manet enim vt iam dixi. Ozias rex in radice noui testamenti: sicut in radice veteris prothoplaustus Adā. Nomina ergo viroꝝ q significant id quod decē corde sunt ista. Primus Achaz: secūdus Ezechias: tertius Manasses: quartus Amos: quintus Josias: sextus Joachiz: septimus Jechonias: octauus Salatiel: nonus Zorobabel: decimus Abiuth. Igit Zorobabel semotis illis tribus generationibus q̄ segregāde sunt ab alijs ratione supraꝰscripta: qn quagesimus ē in nūero patrū: ſm fidē hystorie: ⁊ sub ipo aut circa ipsuꝝ ꝓsumate sūt hystorie veteris testamēti: ⁊ sub ipso data ē libertas popło israel: vt ibi oīderet ꝓsumatus magnus inbileus: ꝓsertim cū ab Adā vsqꝫ ad Cyrū iueniāt ꝓsumati septuagenarij ānoꝝ q̄si q̄dragintanouē. Fuit āt q̄dragesimus nonus ille i quo egit terra sabbata sua: ꝫ ꝓphetā Hieremie ꝓphete. Quo ꝓsumato ⁊ ichoato qnquagesimo: data ē libertas a Cyro popło iudeoꝝ ascēdēdi de babylone i hyerusalē: āno (vt putaf) quo' p cussa ē babilō ⁊ deletū ipiuꝝ chaldeoꝝ. Ibi ergo finis ꝓmi magni iubilei: ibi cōpletū ē qꝺ significāt ꝓmi qnq̄gesimi psalmi. Creditf āt Salatiel cuiꝰ cognomine apellatus ē iustus filius: vir bonus fuisse ac timēs deuz: qz nūq̄ legimus viros iustos cognoiatos noie pīuꝝ suoꝝ: nisi quoq; tales fuerit: q tātoꝝ viroꝝ pies cognominari mereret. Inde ē qꝺ Ezechias ⁊ Iosias nō filij eoꝝ q genuerūt eos i ꝓmo gradu quos ꝓstat ipsos fuisse: ꝫ filij dauid appellati ſſ. Igit Salatiel typū gerit dei pris: qz Zorobabel typū filij: nimiꝝ qz ⁊ ille domū dñi manufactā edificare studuit: ⁊ iste nō manufactaꝝ hucusqꝫ edificare non cessat. Postro vice Abiuth gerit typuꝝ spūs sancti: Josedech

sacerdos magnus qui simul cū Zorobabel edificauit templum domino deo suo. Nomina autem eoꝝ qui significāt id qđ decē corde sunt ista. Primus Eliachim: secundus Azor: tertius Sadoch: ꝙrtus Achim: quintus Eliud: sextus Eleazar: septimus Mathan: octauus Jacob: nonus Joseph: decimus Christus. Sane in hoc gradu q fuit septimus a primo: Zacharias sacerdos qui exultauit vt haberet heredem: deus patrem designat. Joannes qui noluit esse pater: vnigenitum dei: ipse vero vnigenitus dei filius homo Christus iesus: qui in terra nec patrem habuit nec filium ſm carnē illius in trinitate persone typum tenet: q nec filius nec pater est: spiritus vtrīq; sc̄ti: qui a patre filioq; procedit. Igitur i Christo defecit ex toto linea carnis: in eo. s. gradu qui fuit septimus a primo: vbi z qꝫ preesserat in figura ostensum est in veritate: ꝗzus z post ipsius (ex virgine) natiuitatez nō defuerit aut desit similitudo vsq; ad extremum iudiciuꝫ Finis est legis Christus ad salutem omni credenti. Sed nobis iam sufficere debet taliter hucusq; dinumerasse cordas: z vsq; ad septimuꝫ gradū assignare psalterij sacramentum. Tempus est: vt hīs omissis: cātare z psallere debeamus. Durum est enim z laboriosum querere id ipsum in nouo testamento per singulas decadas generationum: z si extremem non deesse. Sufficit nobis scire qꝫ in quatuor decadis generationum spiritualium: sub breuioris satis temporis spatio consummandus est cursus huius status secundi: ac si in sexhebdomadis quadragenarij: z si in ḡdraginta diebus. Que vꝫ generationes contīcte illis decem que inceperunt a Cyro: inuenimus ſm pentheccosten: ꝫ qnquagenarium: ſm iubileum: in quo percutienda est noua babylon: z mater ecclesia que est noua Hyerusalem ab eius tyrannide liberanda. Nam sicut ibi percussa est vetus babylon: ita z hic percutiēda est noua: sicut scriptum est in libro Apocalypsis: vbi agitur de eadem specie magne meretricis: in cuius

Septimꝰ gradus

expositione omnes (pene) doctores concordare noscuntur. Quamuis diem z horaꝫ: Non est tuum neꝫ meum. Queris tēporis vicinitatem? Scito qꝫ ab Abiuth filio Zorobabel: sub quo vꝫ Zorobabel percussa fuit vetus babylon: complete sunt generationes quadragintanouem: z maior pars quinquagesime que z presens est. Si autez hec ipsa est generatio quinquagesima: cōsulto hic qui manent in medio babylonis: vt fugiant de medio eius. Sed z sicut in fine quadraginta dierum celebratur memoria passionis Christi: ita in fine quadraginta generationum timendum est fidelibus a facie arcus. Prima z enim tribulatio delebit imperium babylonis. Secūda castigabit peccata delinquentis ecclesie. Exinde quod restat temporis: velut a pascha vsq; ad pentheccosten: ac si in qnq; decadis spiritualium generationum cōsumabit opus dei. Et sic per quindecim gradus vel decadas: intrabimus in sancta sanctorum. Siqdem in centumquinquaginta psalmis continetur psalterium: z in centūquinquaginta generationibus vniuersitas temporuꝫ: (hoc est) ab Adam vsq; ad consummationez seculi. Caue tamen ne longum annorū spatium tibi proponas in his extremis quinqꝫ decadis generationum: nimirum qꝫ ab Adam vsq; ad Sem generationes decem sunt: z a Sem vsq; ad Abraam decem: similiter generationes: z tamen numerus annorum inter duas illas etates in tantum dispar est: vt maior fuerit sola generatio Noe q̄ tota illa vna etas sub decez generationibus: a Sē filio Noe vsq; ad abraam. Utrum ergo generationes iste future dierum sint: an mensiuꝫ: an annorū: z quot annos fuit mensis per singulas: scient illi: qui ibi futuri sunt: nunc autem illud quod de tribus generationibus quas numerum decadarum excedere supra diximus: remaneat indiscussuꝫ: scito esse magni mysterij: vt ita tres ipse generationes excederēt numerū decadarū: nec aliud q̄ illud quod i centūquinquaginta tribus piscibus pascha

lis z vltime piscationis Petri: designatuꝫ est enim supra singulos quinquagenarios presidet vnusquilibet trium: patens est z p sp cua causa rationis. Unus ē enim deus pater ad quem ptinet quinquagenarius primus. Unus est deus filius ad quez ptinet quinquagenarius secūdus. Unus deus spiritus sanctus ad qué ptinet quinquagenarius tertius. Et qꝫ vnus est omnipotens deus q presidet super omnia in tribus personis: pater z filius z spiritus vnus est: z Dei populus a principio vsq; in finem: z vnus liber psalmoꝝ qui continet in seipso quinquagenarios tres. Qꝫ vero non vnū tm̄ sed plura psalteria decacorda Dauid z Salomon: ad pfitendū domino fecisse scribūtur: liquet qꝫ ſm numerum graduum decadumq; psalmoꝝ quindecim psalteria decacorda sub vno psalmoꝝ l b:o accipiēda sunt: vt vꝫ vnaquaq; iustoꝝ mānio psallat pariter in ordine suo: ꝫ qꝫ eas superius cum de celesti illa ciuitate memoriam faceremus: distinximus. Quinqꝫ ergo ptinēt ad primum statum: quinqꝫ ad secundū: quinqꝫ ad tertium. Et in minori diuisione euidentissima (vt iam dixi) trinitatis est similitudo. Si igit volumus z possumus: optamus z pmittimur bū psallere deo nostro: tunc nos sciamus exaudiri ab eo: tūc sciamus accepta fieri in ꝓspectu eius sacrificia laudū nostraꝝ: si eum laudamus sicuti est: si qua laus debeatur singulis psonis: z tribus cōiter intelligimus: hoc exhortabatur psalmista electos dei: qū dicebat. Rex omnis terre deus est: psallite sapienter. O q̄ prave psallebat Sabellius: qui vnū tm̄ denarium: z hoc ipsum nō intelligens decantabat dicens. Una psona deus est pro velle suo pater: pro velle filius: p velle spiritus sanctus. O q̄ peruerse organizabat Auius q dans patri vnū denarium filio z spiritui scō minorē portionē faciebat dicēs. Pater maior est: filius minor: spiritus sanctus minimus: z minister duoꝝ. Tale enim erat ac si patri offerreret denarium: filio quinarium: spūi scō inferiorem numerum. O q̄ p

uerse modis oibus emēdauit vtrunq; qui dixit vnā ſbam esse quandam summā rem communē tribus personis: z singulis personā esse illā ſbam. Tale est. n. ac si pro ſba ponat centenarius numerus: p personis aūt denarij tres: aut si non vult illaz dicere maiorem cuiuscunq; persone: ac si tres denarij ponerent pro psonis z quartus denarius pro ſba: tanq̄ si non esset deus trinitas sed quaternitas. Qui aūt eo modo nituntur palliare vesaniam istam: vt dicant vnam quāq; psonā esse illam ſbam: ac si dicerent tres denarios esse vnū denarium: z vnum denariū esse tres: vtrunq; āt iniquū ē. Sz denarius vnus ptinet ad pāz: denarius vnus ad filū: denarius vnus ad spūz scūz: trinarius simul ad trinitatē. Qđ si dicis. Ergo plus aliqd sūt tres simul q̄ duo vel singuli: falsuꝫ est. Si dicis Plures: Verū est. Ibi enim notat singulus: hic simul tres. Non autem plus aut minus: quia singula persona sine quātitate est magna. Denarius itaq; numerus positus est pro designanda psectione persone: non pro significanda q̄titate. Ternarius pro designanda trinitate: non pro significanda q̄titate: vbi finis nō est: nulla significatio dari potest. Et vide. Si quero quot persone sunt? Secure respondebis tres. Si quero de quantitate: deficies. Magnus. n. dñs z laudabilis nimis: z magnitudinis eius non est finis. Tres ergo denarij: tres personas designāt: quaꝝ quelibet psectus est deus. Unus tricenarius qui est collectio denarioꝝ: vnius ſbe trinitatē: q̄ perfectus deus trinitas: p fectus deꝰ singula personaꝝ. Respice finē questionis in isto sacro nomine dei quod est. JEUE. JE. Unum nomen est z refertur ad patrē. EU. Unū nomen est z refertur ad filiū. UE. Unū nomen est z refertur ad spiritum sanctum. JEUE. Unuꝫ qdem nomen est: sed nō q̄ simpliciter possit referri ad patrē solū aut filium solū: aut spūz scūz solū: sed simul ad tres: nisi forte ꝫz illud qđ dicit apostolus. Ab ipso z p ipsuꝫ z in ipso: quatenus sic i tribus ꝓpositionū

bus notet mysterium trinitatis: vt tamen in hoc qđ ait. Ab ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso: tam trium personaruꝫ vnitas: q̃ singulaꝝ simplicitas inuiolata ꝓsistat. Pater. n. Iz ⁊ de singulis ⁊ de tribus cõmuniter dicit quēadmodū ⁊ illud. Ego sum deus abraã ⁊ deus Isaac ⁊ deus Jacob. Nos ergo q̃z tum ipse decerit: psallamus ei sapienter dicentes quottidie cũ sanctis animalibus ⁊ Seraphin. Scũs Scũs Scũs: dominus deus omnipotens: qui erat ⁊ qui est: ⁊ qui venturus est: ⁊ cum eo cui data sunt sacra ista mysteria. Benedicat nos dominus deus noster: bñdicat nos deus ⁊ metuent eũ omnes fines terre.

¶ Explicit liber Secundus psalterij decem cordarum.

Incipit liber tertius de institutione psallentium.

